SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

HELMOLDI PRESBYTERI BOZOVIENSIS CRONICA SLAVORUM.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1909.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

HELMOLDI PRESBYTERI BOZOVIENSIS CRONICA SLAVORUM.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1909.

HELMOLDI PRESBYTERI BOZOVIENSIS CRONICA SLAVORUM.

EDITIO SECUNDA.

POST IOHANNEM M. LAPPENBERG

RECOGNOVIT

BERNHARDUS SCHMEIDLER.

ACCEDUNT

VERSUS DE VITA VICELINI ET SIDONIS EPISTOLA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1909.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

PRAEFATIO.

Helmoldi Chronicorum Slavorum primam editionem criticam omnium qui exstant codicum ope institutam et optimis annotationibus ornatam paravit I. M. Lappenberg b. m. Cuius editionis omnibus fere exemplaribus divenditis cum novae editionis parandae cura mihi demandata esset, textum cum codicibus iterum collatum recenseri et post multas dissertationes, quae de Helmoldo editae sunt[1]*, annotationes novas addi et veteres quasdam mutari necesse visum est. Atque cum Helmoldus de multis rebus unicus nobis testis sit, haec tantum annotare conatus sum, quae ad fidem eius diiudicandam, ad auctores veteres, quos legerit, indicandos, pauca ad explanandam dictionem, non quae ad omnes res ab eo narratas illustrandas quidquam facerent. Ex iis quae I. M. Lappenberg annotavit ea reieci, quae ad locorum nomina non dubia declaranda aut ad dictionem scriptoris a regulis grammaticae vel veris verbis Latinis differentem explicandam pertinerent, quae aut indici aut glossario reservavi, ceteris quoad fieri potuit retentis et littera* L *insignitis. Ex viri doctissimi praefatione ea, quae nondum obsoleta erant, retinui.*

1) *Libri infra saepius sine titulo dicti sunt hi: P. Bahr, 'Studien zur nordalbingischen Gesch. im* 12. *Jh.', Inaug. Diss., Leipzig* 1895; *A. Böhmer, 'Vicelin. Ein Beitrag zur Kritik Helmolds und der älteren Urkunden von Neumünster und Segeberg', Inaug.-Diss., Wismar* 1887; *H. v. Breska, 'Untersuchungen' = 'Unters. über die Nachrichten Helmolds vom Beginn seiner Wendenchronik bis zum Aussterben des lübischen Fürstenhauses, Lübeck'* 1880; *idem, 'Forschungen' = 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXII, p.* 579 *sqq.; H. Bresslau, 'Zur Chronologie der ältesten Bischöfe von Aldenburg', 'Forschungen z. Brandenburg. und Preuss. Gesch.' I, p.* 402 *sqq.; C. Hirsekorn, 'Die Slavenchronik des Presbyter Helmold', Inaug.-Diss., Halle* 1874; *P. Regel, 'Helmold und seine Quellen', Inaug.-Diss., Jena* 1883; *C. Schirren, 'Beiträge zur Kritik älterer holsteinischer Geschichtsquellen', Leipzig* 1876; *O. Voelkel, 'Die Slavenchronik Helmolds', Inaug.-Diss., Göttingen* 1873; *F. Wigger, 'Jahrbücher d. Vereins f. Mecklenburg. Gesch. und Altertumskunde' XLII (Schwerin* 1877*), 'Anlage D' p.* 21—63.

De vita Helmoldi pauca tradita habemus, alia ex ipsius verbis colligi possunt. Geroldum episcopum Aldenburgensem et Lubicensem, magistrum scolae in Bruneswich et canonicum urbis eiusdem [1], *praeceptorem suum fuisse ipse refert* [2]. *Adolescentulus vidit* in loco qui dicitur Nezenna *ad Travenam fluvium sito* fundamenta oratorii et caminatae murato opere facta [3]. *A.* 1150. *subscripsit inter fratres Novi-monasterii tabulae Vicelini episcopi* [4] Helmoldus diaconus. *Cum diaconum esse viginti quinque annorum canones deposcerent* [5], *non post a.* 1125. *natus esse videtur* [6]. *Annis* 1154. *et* 1155. *eum rebus Novi-monasterii gestis affuisse testantur narrationes cap.* 78. *et* 79 [7]. *A.* 1156. *Geroldum episcopum Aldenburgensem provinciam peragrantem secutus est, ut ipse refert* [8]; *num iam Geroldum* [9] *ad Hartwicum archiepiscopum proficiscentem* [10] *comitatus sit, dubitare licet. Inter annos* 1156. *et* 1163. *presbyter Bozoviensis* [11] *factus astitit Geroldo episcopo in hac villa a.* 1163. *die Aug.* 13. *decedenti* [12]. *Tabulae Heinrici episcopi Lubicensis a.* 1177. *datae* [13] *subscripsit* Helmoldus presbyter; *at num* Helmoldus prepositus, *qui inter testes tabulae authenticae Conradi episcopi a.* 1170. *Nov.* 21. *datae* [14] *legitur, historiographus noster fuerit, cui titulus praepositi alibi nusquam datur, dubitare licet, quamquam alter Helmoldus hoc tempore in hac regione alibi non inveniatur. Quo anno vita decesserit, ignoratur.*

Ad bona testimonia accedunt quaedam vel nullius momenti vel omnino falsa, quae facile refelli possunt. Sido praepositus Novi-monasterii scribens [15] *de Helmoldo* socio et coetaneo nostro *nihil certi vel aliunde incogniti tradidit; versus de vita Vicelini* [16] *perperam eum a Vicelino presbyterum in villa Bozoviensi factum esse contendunt; nam a.* 1152. *Bruno fuit presbyter Bozoviensis, qui ibi usque post mortem*

1) *Infra p.* 149, *l.* 20 *sq.* 2) *P.* 2, *l.* 16. 3) *Infra p.* 28, *l.* 27 *sqq.* 4) *Edidit C. Schirren, 'Zeitschrift d. Gesellschaft f. Schleswig-Holst.-Lauenburg. Geschichtskunde' VIII, p.* 310, *ubi male* Helmodus. 5) *Hinschius, 'Kirchenrecht' I, p.* 18, *n.* 8. 6) *Fere inter a.* 1115. *et* 1125. *eum natum esse mihi verisimile est. Pleraque, quae de aetate, patria, vita Helmoldi coniecit W. Ohnesorge, 'Zeitschrift d. Ver. für Lübeckische Gesch. und Altertumskunde' X (Lübeck* 1908*), p.* 21—38, *probare non possum. Cf. etiam 'Vaterstädtische Blätter' (Lübeck* 1908*), nr.* 51. 52; 1909, *nr.* 1—3. 7) *Cf. e. gr. p.* 147, *l.* 17: nobis diversa commentantibus. 8) *Infra p.* 158 *sqq.* 9) *Nota verba I,* 83, *p.* 156, *l.* 34 *sq.:* Visitans . . episcopus et alloquens filios ecclesiae suae *(Bozoviensis); quae tamen diverso modo interpretari possis.* 10) *Infra p.* 157. 11) *P.* 1, *l.* 2 *sqq.* 12) *Infra p.* 186 *sq.* 13) *'UB. der Stadt Lübeck' I, nr.* 4, *p.* 7. 14) *'UB. des Bistums Lübeck' I, nr.* 9, *p.* 14. 15) *Infra p.* 242, *l.* 9. 16) *V.* 201, *infra p.* 231.

Vicelini mansit[1], *Helmoldus hoc tempore Novi-monasterii vixit*[2]. *Presbyter Bremensis saec. XV. in Chron. Holsatiae c.* 15.[3] *scribens Helmoldum* sancti Vicelini discipulum *fuisse perperam hoc coniecit, cum legisset Helmoldum maxima veneratione Vicelinum coluisse, neque ulla fide dignus est. Verba Auctarii Aquicinctini* Helmoldus presbyter et canonicus Butsoniensis historiam conversionis Henetorum sive Sclavorum ad Christum a temporibus Karoli Magni usque ad haec tempora perduxit *a Miraeo*[4] *litteris obliquis expressa nullius auctoritatis sunt, cum unde haec acceperit, teste Ludovico Bethmann*[5] *nesciamus, cum non ex uno quodam codice excerpta, sed e plurimis auctoribus ea conquisita, quaedam ab ipso composita esse videantur.*

Ad pauca haec certa alia ex aliis locis Cronicae Slavorum vel minus evidenter de vita Helmoldi collecta vel coniectata sunt. Quarum quaestionum vel maxima est, utrum Helmoldus ex Saxonia an e Holsatia oriundus fuerit. Alteri opinioni assentiri videntur verba de oratorio et caminata Nezennae ab adolescentulo visis, sed alteri multo plura. Neque enim homo Holsatus scribere[6] *potuit se demum a.* 1156. *experimento didicisse, quod ante fama vulgante cognoverit, scilicet nullam gentem honestiorem Slavis esse hospitalitatis gratia*[7]; *neque tam infesto in Holsatos animo fuisset*[8] *nec cum comitibus Nordalbingiae e terra aliena oriundis, nobilibus viris de Scowenburg, contra populares suos Holsatos illis vix aut non oboedientes*[9] *sensisset. Vicelinus ipse et omnes fere socii eius conversioni Slavorum studentes e Saxonia vel aliis terris remotioribus in Holsatiam et Wagriam venerunt, nemo eorum praeter solum, ut videtur, Deilawin Slavus vel Holsatus genere fuit. Ubique Helmoldus terrae Saxoniae notitiam prae se fert; etsi multa Vicelinus Quernhamele natus, Ludolfus Verdensis*[10], *alii Saxones in Holsatia degentes ei narravisse possunt, alia tamen ipse vidisse videtur, ut urbem Hildesheim*[11]. *Cum igitur Helmoldum e Saxonia, non ex*

1) *Infra p.* 143. 163 *sq.* 2) *Supra p. VI, l.* 10 *sqq.* 3) *SS, XXI, p.* 261. 4) *(Sigeberti) Chronica p.* 222. 5) *SS. VI, p.* 298. 6) *Infra p.* 158, *l.* 30 *sqq.* 7) *Hunc locum recte attulit F. Bruns, 'Vaterstädtische Blätter' (Lübeck* 1909*) nr.* 2. 8) *Cf. infra I,* 47. *p.* 92 *sq.; I,* 67, *p.* 129; *I,* 92 (91), *p.* 179 *sqq.; Schirren, 'Beiträge', p.* 40 *sq.; Breska, 'Untersuchungen' p.* 9 *sq.* 9) *Cf. v. Aspern' 'Beiträge zur älteren Geschichte Holsteins' (Hamburg* 1849*) p.* 33 *sq.* 10) *Si quidem est Ludolfus presb., praepositus Cuzalinae.* 11) *Cf. infra p.* 39, *n.* 1. 3. *Num Helm. etiam viderit terras Balsemerlande et Marscinerlande olim a Saxonibus inhabitatas,* ut videri potest *etc. (infra p.* 175, *l.* 11 *sq.), dubitare licet; haec etiam ab aliis accepissse potest.*

Holsatia natum fuisse pro certo censeam, coniecturam quandam minus certam afferre mihi liceat. Nemo praeter ipsum de sexcentis familiis Holsatorum in montibus Harticis habitantibus[1] *quidquam retulit, fortasse ergo ipse fuit ex his Holsatis vel e Saxonibus in vicinia eorum degentibus.* 5

Eum Novum-monasterium, in quo a. 1150. *diaconus extitit, post a.* **1147.** *intrasse arbitror. Nam miraculo a Thietmaro decano hoc anno facto non ipse affuisse, sed ab aliis hoc accepisse*[2], *ipse vero* magna signa *inter a.* 1147. *et* 1150. in celo versus aquilonem[3], *quae alibi relata non* 10 *inveni, in Nordalbingia vidisse videtur, qui et optime strages in sequenti bello factas esse scivit. Extunc Helmoldum in Holsatia vixisse, priora eum ex aliorum relatione accepisse iure sentire mihi videor.*

Animi fuit Helmoldus sagacis et sollertis; inter paucos 15 *medii aevi historicos recensendus est, qui rerum reliquiis ab ipsis visis ad historiam indagandam usi sunt. Wagriam et praecipue silvam inter urbes Lutilinburg et Sleswich quondam a Saxonibus inhabitatam fuisse e sulcis, quibus iugera quondam fuerint dispertita, et aggeribus in rivis congestis*[4] 20 *collegit; item Saxones quondam habitasse in terris Balsemerlande et Marscinerlande similes aggeres super ripas Albiae congesti ei persuaserunt*[5]. *Fuit praeterea in opere suo scribendo magnae diligentiae magnique studii veritatis dicendae; cui studio raro tantum obfuit, quod ipse conversioni Sla-* 25 *vorum ad fidem Christianam accelerandae et terrae Slavorum habitationi Saxonum aptandae toto animo deditus illis, qui his rebus obesse ei videbantur, derogaverit, fautores vero summis laudibus extulerit.*

Chronica sua Helmoldum bis et in variis recensionibus 30 *edidisse contendit Reinerus Reineccius, alter chronicorum editor. Is enim codicem viri clarissimi Christiani Distelmeier, cancellarii Brandenburgensis, nactus talibus verbis eum describit*[6]*:* Sed pergo nunc ad Distelmeierianum codicem: cuius id veluti meritum proprium est, quod additam 35 in historiae Helmoldi primum librum praefationem habet, qua tam Schorkelianus quam Puchenianus[7] caret. De

1) *Infra p.* 53, *l.* 6 *sqq.* 2) Ferebatur autem a fidissimis nobis, *infra p.* 124, *l.* 9. 3) *P.* 125, *l.* 5 *sqq. [Minime vero constat, ubinam haec signa visa sint. O. H.-E.]* 4) *Infra p.* 24 *sq.* 5) *Infra p.* 175, 40 *supra p. VII, n.* 11. 6) *Chronica Slavorum, seu Annales Helmoldi, presbyteri Buzoviensis, opera et studio Reineri Reineccii (Francofurti MDLXXXI), Prooemium p. II^v. De Reineccio vide P. Zimmermann, 'Allg. Deutsche Biographie' XXVIII, p.* 17 *sqq.* 7) *Hodie Lubicensis.*

reliquis discrepantia mirifica est, sic ut Distelmeierianum codicem exemplum plane diversum statuam. Sunt enim narrationes et rebus et verbis imperfectiores, imo alicubi integra capita desiderantur. Ac licet plerunque sententia
5 respondeat, in orationis tamen contextu, quo Distelmeierianus codex epitomen repraesentat, ut altera exempla propius ad historicam copiam accedunt, discrimen est. Ut inde coniectura et opinione augurer, historiam Helmoldi diversis exemplis exiisse, et principio quidem
10 rudius, cuius exemplum sit Distelmeierianus codex, deinde ubi sub incudem auctor revocasset, et accuratiorem limam adhibuisset, politius et locupletius, cuius exemplum credi recte Schorkelianus et Puchenianus codex posse videtur. — — — Desinit Distelmeierianus
15 codex eo loco, iisque verbis, quibus caeteri. *Valde dolendum est, quod Reineccius novam editionem libri Distelmeieriani ope institutam non pararerit, sed editionem Schorkelianam auxilio codicis Lubicensis correctam repitivit, pauca varia lectione codicis Distelmeieriani in margine adnotata.*
20 *Nam hic codex hodie latet et periisse putandus est*[1], *neque quid de eo et altera Helmoldi chronicorum recensione putandum sit, pro certo statui iam potest. Sed, quamquam praefatio libri primi Reineccium re vera alium codicem ac nostros habuisse evincat, tamen num conclusionibus omnibus viri*
25 *docti assentiri possim, dubito. Nam cum Helmoldi librum per totum medium aevum multi rerum scriptores expilaverint, mirum esset, si nemo eorum praeter Reineccium exemplum prioris illius recensionis nactus esset. At si posteriores omnes historicos perscrutatus fueris, pauca quidem invenies*
30 *cum varia lectione codicis Distelmeieriani a Reineccio annotata congruentia apud Albertum Stadensem et Chronicon Slavicum quod vulgo dicitur parochi Suselensis, unde eos similes codices ac Distelmeierianum habuisse suspicari posses, sed ceterum per longas sententias ita ad verbum cum nostra*
35 *chronicorum recensione conveniunt, ut dubitaturus sis, num liber ille Distelmeierianus re vera aliam operis recensionem ab Helmoldo ipso institutam et editam praebuerit. Suspicari enim possis eum epitomen operis continuisse ab alio ad bonum et antiquum exemplar factam*[2] *praefatione servata, non*

40 1) *Cum Distelmeieri scripta magna ex parte comitibus de Lynar relicta sint, suspicatus sum fortasse etiam hunc librum in archivo castelli Lübbenau latere, sed benignissime admissus frustra eum quaesivi.*
2) *Hoc colligendum quoque videtur ex verbis quibusdam in cod.* 4 *male mutatis vel additis; cf. infra p.* 63, *n.* b; *p.* 147, *n.* k; *p.* 160, *n.* n.

priorem recensionem ab Helmoldo ipso editam[1]. *At cum codex deperditus sit, rem in medio relinquamus oportet.*

Helmoldum historias suas debito fine, ut voluit *non consummavisse*[2] *Arnoldus Lubicensis tradit. Unde viri docti librum secundum, libro priore multo minorem, imperfectum esse colligere voluerunt, sed huic opinioni repugnant ipsa verba ultimi capituli libri illius, quae Helmoldum ad quendam narrationis finem se venisse putantem luce clarius demonstrant. Ideo v. d. H. de Breska*[3] *suspicatus est eum posteriore tempore duobus primis libris tertium addere voluisse, sed non potuisse. At fortasse ipse Arnoldus tantum propter parvitatem libri secundi adductus est, ut imperfectum esse putaret; verba eius tanti facienda esse mihi non videntur.*

Quo tempore Helmoldus scripserit, idem vir doctus dissertatione sua modo laudata exposuit; et librum quidem priorem post mensem Iulii a. 1167, *ante Arconam a.* 1168. *die* 14. *mensis Iunii captam, librum secundum circa finem a.* 1172. *scriptum esse censuit. Post a.* 1168. *Helmoldum dicere non potuisse a saeculo nono superstitionem apud Ranos perseverare* usque in hodiernum diem[4] *luce clarius est. I,* 93. (92). *post arces Heinrici ducis Malachou, Cuscin, alias a.* 1164. *captas scriptum esse apparet, et ea, quae cap.* 67. *de Adolfo comite dicuntur, post mortem comitis dicta esse veri simile est. Libri prioris cap.* 69. *de investitura Vicelini et capitula* 78. *et* 79. (78). *de morte eiusdem et de veneratione, qua dignus sit, scripta esse eo tempore, quo Conradus episcopus Lubicensis ab Heinrico Leone sede depulsus esset, scilicet post mensem Iulii a.* 1167, *de Breska opinatus est. Ex quibus omnibus colligere licet alteram partem huius libri inde a capitulo* 67. *ad finem inter annos* 1164. *et* 1168. *Iun.* 14. *atque potius, ut mallem, a.* 1167/8. *quam inter a.* 1164. *et* 1166. *compositam esse. Sed quando prior pars scripta sit, num Helmoldus totum librum brevi tempore unius anni composuerit, quod sequi possimus non habemus. Sed nil obstat, quin hunc a.* 1166. *et* 1167. *vel postremum a.* 1168. *Iun. confectum esse putemus. Librum secundum ante alteram filiam Heinrici Leonis circa finem a.* 1172. *natam scriptum esse de Breska l. l. ostendit.*

1) *Cf. p.* 189, *n.* 5. 2) *Chron. Slavorum, Prol., SS. XXI, p.* 115. 3) *'Über die Zeit, in welcher Helmold die beiden Bücher seiner Chronik abfasste', 'Forschungen' XXII, p.* 577—604; *vide p.* 603 *sq. Cf. etiam Ohnesorge p.* 24 *sq.* 4) *Infra p.* 17, *l.* 12 *sqq.*

Operis sui quale sit consilium, ipse Helmoldus exposuit in praefatione prioris libri: eorum in laudem, qui Slavorum — *Hamburgensis vel maxime diocesis, qui inter Travenam et Oderam fluvios habitant* — provinciam diversis etatibus manu, lingua, plerique etiam sanguinis effusione illustraverint, operis huius paginam *se dicavisse. Libro secundo hisce cum pauca tantum haberet quae adderet, Razisburgensis et Suerinensis diocesium historiam et Heinrici ducis res gestas pluribus illustravit. Veritati indagandae ubique quam maxime potuit studuit et magnam diligentiam non modo in colligendis, sed et pertractandis quas narrat rebus adhibuit. Numquam enim Adami Bremensis verba simplicium expilatorum more descripsit, sed propositi sui conscius modo retinuit, modo reiecit, modo mutavit eo consilio, ut ea narrationi suae ad alios fines tendenti, veritate rerum non corrupta, aptaret vel etiam aliquot errores praedecessoris, quoad posset, corrigeret. Neque tamen omnino ira et studio in scribendo abstinuit. Cum enim omne meritum fidei Christianae dilatatae solis principibus et praecipue Heinrico Leoni, praeterea etiam Adolfo comiti tribueret, in Hartwicum archiepiscopum Bremensem, inimicum ducis, hostili eum animo fuisse*[1] *negare non possumus. Hac de causa etiam praeteritis eum temporibus meritis archiepiscoporum Bremensium, quae magister Adamus extollit, derogavisse et plus iusto maxime in Adalbertum Bremensem*[2] *invectum esse omnino concedendum est. Attamen eum scientem ac prudentem non vera scripsisse nemo adhuc evicit.*

Iure igitur per multa tempora viri docti in Helmoldo explanando multum operis adhibuerunt et chronica eius magni fecerunt. Primus recentiore tempore de eo egit I. M. Lappenberg b. m., qui eius librum editurus quaedam de vita Helmoldi, de fontibus chronicorum, de posterioribus, qui Helmoldum secuti sint, scriptoribus exposuit[3]*, postea etiam quaedam ab Helmoldo de veteribus episcopis Aldenburgensibus relata in dubium vocavit*[4]*. Post quem O. Voelkel iterum de eisdem rebus fusius egit, deinde historiam saeculi XII. ab Helmoldo narratam perscrutatus ut fidelem et bene instructum*

1) *Praeter dissertationes supra dictas cf. de hac re Dehio, 'Hartwich von Stade, Erzbischof von Hamburg-Bremen', 'Brem. Jahrb.' VI (Bremen* 1872*), p.* 70*, n.* 3. 2) *I,* 22*, infra p.* 44. 3) *'Zur bevorstehenden Ausgabe des Helmold', 'Archiv' VI, p.* 554 *sqq.* 4) *'Über die Chronologie der älteren Bischöfe der Diöcese des Erzbistums Hamburg. A. Die Bischöfe von Aldenburg', 'Archiv' IX, p.* 384 *sqq.*

testem laudibus eum extulit. Cui primus contradixit C. Hirsekorn, qui Helmoldum libros Adami non bene neque fideliter expilasse contendit, sed veras causas, quibus commotus ille saepe ab Adamo recesserit vel verba eius mutaverit, non perspexit et multa, quae Helmoldum bonum et diligentem historicum demonstrant, crimini ei dedit. Deinde quam infesto in archiepiscopos Bremenses animo fuerit Helmoldus, recte quidem vidit, bene quoque exposuit causam irae hanc fuisse, quod Bremenses archiepiscopi conversioni Slavorum non satis, ut ipsi videbatur, studuissent, potius ei obessent; sed has res plus iusto in maius extulit et Helmoldum magis quam probari potest scientem et volentem hoc odio inductum historiam corrupisse atque adulterasse censuit. Tamen ad ultimum opus Helmoldi, etsi vitiis non careat, magni faciendum et bonum historiae fundamentum iudicandum esse declaravit.

At qui post eum maiorem librum praecipue de Helmoldo composuit, V. Cl. C. Schirren in hac tantum parte eum secutus est, qua Helmoldum vituperavit, et multo maiora ipse ei crimini dedit. Vehementissime enim invectus in miserum hunc multa eum commentum et ementitum esse, plura, quae re vera facta sint, ita eum mutavisse et callidissime veris falsa miscuisse contendit, immo probasse sibi visus est, ut ne in minimis quidem rebus eum fide dignum haberi vel quidquam, quod alio testimonio probatum non sit, ei credere liceret. Tria potissimum sunt, in quibus Schirren Helmoldum refelli et ea quae intenderit cognosci posse contendit. Helmoldum multa de antiquis episcopis Aldenburgensibus commentum esse et primum eorum Marconem, qui apud Adamum Bremensem non occurrit[1]*, adinvenisse opinatus est, ut Aldenburgensi, qui suo tempore Lubicensis iam erat, episcopatui maiorem inde vetustatem et honorem adscriberet, quin etiam res et possessiones eius augeret. Deinde eum facta Heinrici, filii Godescalci principis Obotritorum, omnino fallaciter enarrasse et verbis eo consilio auxisse affirmat, ut eum principem Wagirorum fuisse comprobaret indeque ecclesiae Wagirensi, id est Lubicensi, maiorem gloriam et occasionem acquirendae potestatis vel dominationis subministraret. Tertio gesta Vicelini eum adulteravisse, tacuisse vel in maius vero extulisse censuit, ut gloriam Lubicensis et Wagirensis ecclesiae ampliaret, meritis aliorum, praecipue vero Bremensis*

1) *Adam II, 23. episcopum quendam dicit nomine Merka, cuius episcopatum ignoravit; hoc nomen Helmoldum ad fictionem suam simulate vertisse Schirren asseveravit.*

ecclesiae, derogaret, denique in omnibus, quae scripserit, Helmoldum idem spectasse et nihil antiquius habuisse quam ut adversariis obtrectaret.

Haec vero fere omnia nulla sana ratione nituntur ac multa iam a viris doctis revicta sunt[1]. *F. Wigger*[2] *enim Marconem episcopum, qui ab Adamo Merka dicitur, re vera extitisse et episcopum Sleswicensem, cui etiam cura Aldenburgensis episcopatus commissa erat, fuisse probavit. Postea V. Cl. H. Bresslau*[3] *tabulam attulit, diu iam et saepius editam, tunc usque tamen neglectam, qua Marconis gentem et originem et quaedam de fatis eius patefecit et Helmoldum ab omni crimine falsi in hac re expurgavit. Ultimus de Marcone egit F. de Tessen-Węsierski, De tribus episcopis Sleswicensium a sede condita primis (Paderborn* 1895*). — Praeterea F. Wigger l. l. illum, quae de reliquis antiquis episcopis Aldenburgensibus et de eorum bonis et possessionibus I, cap.* 12—14. 18. *narrat minime commentum esse evicit, multas tabulas nobis perditas saec. XII. in ecclesia Bremensi praesto fuisse*[4], *alia eum ex ore populi accepisse commonens. Denique quam male C. Schirren iudicaverit de iis quae Helmoldus de Godescalco et Heinrico filio Godescalci retulit, de Helmoldo et Saxone Grammatico, de Vicelino, de conversione Rugianorum et ceteris rebus, quas Helmoldum depravasse ille contenderat, Wigger fusius exposuit.*

Post quem H. de Breska[5] *primam partem chronicorum usque ad cap.* 46. *libri prioris perscrutatus, quo animo fuerit Helmoldus in principes Saxoniae, in archiepiscopos Bremenses, in Holsatos, latius exponens eum hunc animum etiam in tempora praeterita transtulisse ideoque in eis narrandis aliquoties errasse statuit. Deinde eum libellis quibusdam ad enarrandas res antiquorum episcoporum Aldenburgensium, Ecwardi, Wagonis, Bennonis, I, cap.* 12. 14. 16. 18. *usum esse probare conatus est, sed eum hoc demonstravisse equidem haud concedam. Nam pauca, quae attulit de dictione horum capitum ab Helmoldo alibi non usurpata, ad rem probandam*

1) *Breviorem dissertationem primus edidit K. Höhlbaum, 'Vicelin und seine Biographen', 'Forschungen zur Deutschen Gesch.' XVII, p.* 209—229. *Cui respondit C. Schirren: 'Über Vicelins Priesterweihe', ibid. p.* 376—389. 2) *'Über die neueste Kritik des Helmold', 'Jahrb.' l. l.* 3) *'Bischof Marco. Ein Beitrag zur Helmoldkritik', 'Deutsche Zeitschrift f. Geschichtswiss.' XI, p.* 154—163. 4) *Helmoldum ipsum talibus tabulis usum esse concedi non potest, at fortasse Geroldus eas legit et quae in eis continentur cum illo communicavit.* 5) *'Untersuchungen'.*

non sufficiunt, cum multa alia eidem usitata et in his capitulis et in aliis legantur. Certe Helmoldus quaedam, ut videtur, bene retulit, quae ab Adamo non tradita sunt, sed non tanti sunt, quae narrationibus vel carminibus populi tradi non potuissent. De Bennone episcopo eum in ipsa civitate Hildenesheim instructum esse veri simile est[1]. Neque quod ultimo Breska affert, ea quae his capitulis referuntur in favorem Meklenburgensium, non pro Aldenburgensibus adinventa esse — si tamen conficta sunt —, probat has narrationes iam ante Helmoldum litteris mandatas fuisse. Helmoldum haec non commentum esse et ipse censuit[2]. Tertio eundem quae de gestis Buthue et Heinrici, filiorum Godescalci, et illorum filiis narrat ex memoria Holsatorum et Saxonum posteris tradita accepisse de Breska bene exposuit, id quod iam Wigger l. l. p. 48 sq. statuit.

Tertius P. Regel explicavit[3], quo modo, quo consilio, quanta diligentia Helm. Adami verbis usus sit[4]. Deinde eo quae retulit Helmoldus de bonis veteris Aldenburgensis ecclesiae sciscitatus ultimum narrationem eius de vita Vicelini a C. Schirren acriter correptam facilius defendere potuit, postquam ipse Schirren Vicelini tabulam unicam, quae superest[5], edidit. Ex qua colligi potest ea, quae iam Ph. Jaffé[6] b. m. ab Helmoldo acceperat, recta et vera esse, Vicelinum scilicet a. 1126. in Holsatiam venisse, a. 1149. die Septembris 25.[7] episcopum consecratum esse. Nec leves errores, quos in hac narratione deprehendis, fidem eius minuere possunt. Non ita omnia probari possunt, quae de canonica Vicelini praebenda tradit ac primum[8] Vicelinum e Francia revertentem canonicam Bremae oblatam recusavisse. Tria enim testimonia sunt, quibus Vicelinus scolasticus vel canonicus dicitur. In tabula Adalberonis archiepiscopi circa a. 1140. data[9] occurrit inter testes Wezelinus eiusdem (Hammaburgensis) ecclesiae canonicus. Qui si noster Vicelinus est, quod equidem in dubium vocare nolim, docemur Helmoldum nescivisse vel omisisse Vicelinum circa a. 1140. Hamburgensem canonicum fuisse; eum a. 1126. praebendam Bremensem recusavisse ideo non refellitur et verum esse potest. Ex alio testimonio colligimus

1) Cf. infra I, 18, p. 39, n. 1. 3. 2) Cf. infra p. 23, n. 2. et p. 33, n. 1. 3) Plura de hac parte vide infra. 4) Cf. supra p. XI, l. 12 sqq. 5) Cf. supra p. VI, n. 4. 6) 'Geschichte des deutschen Reiches unter Lothar dem Sachsen' (1843) p. 232 sq. 7) Hoc quidem die Oct. 10. factum esse Helm. dicere videtur (cf. p. 130, n. 6), qui Vicelinum a. 1154. Dec. 12. mortuum esse et annis quinque, hebdomadibus novem sedisse tradat. Fortasse error ortus est e vitio codicis archetypi nostrorum codicum, qui habuerit hebdom. IX pro XI. 8) Infra I, 45, p. 90. 9) 'Hamburg. UB.' I, nr. 162.

Vicelinum iam ante a. 1123. *canonicum Bremensem fuisse, scilicet ex tabula Fritherici archiepiscopi*[1] *incerto anno data, in qua dicitur* Vicelinus scolasticus. *Tertium testimonium est notitia in codice Vicelini*[2] *qui dicitur inscripta, quae* 5 *tradit*[3]*:* Temporibus domni Hamukonis[4] Patherbrunnensis abbatis quondam[5] religiosus canonicus Bremensis ecclesie nomine Vicelinus . . . *Haec igitur notitia cum demum posteriore tempore scripta sit, cum auctor nomen abbatis, cuius tempore Vicelinus codicem miserit, non certissime no-* 10 *visse videatur, non tanti quanti adhuc viris doctis facienda est. Tamen et ipsa confirmatur, id quod tabula modo dicta demonstratur, Vicelinum ante a.* 1123. *canonicum Bremensem fuisse*[6]. *Quod Helmoldus nescivit. Nam eum consulto tacuisse, ut lectorem deciperet, ut miro et callidissimo modo* 15 *latentia sua consilia ad effectum perduceret, ex hoc eius errore minime efficitur. Neque quod iam ante a.* 1123. *canonicus fuerit Vicelinus, obstat, ne eum demum a.* 1126. *a Norberto Magdeburgensi archiepiscopo sacerdotem consecratum esse credamus, cum priore tempore regulae de canonicis reci-* 20 *piendis omnes canonicos presbyteros esse non poscerent*[7]. *Neque vero omnia, quae Schirren de Helmoldo et Vicelino suspicatus est, refellere hic opus est, quod iam P. Regel l. l. et post eum iterum A. Böhmer*[8] *susceperunt. Iam enim negari non potest virum doctissimum cum magna sagacitate errores* 25 *quosdam Helmoldi perspexisse et detexisse, sed plane falsa et quae credi non possunt de consiliis eius contendisse. Unde et ultimus, qui de Helmoldo fusius disseruit, V. Cl. Ohnesorge*[9], *etsi coniecturis saepius errasse videtur, tamen primus post Schirren novas quaestiones ad Helmoldum pertinentes* 30 *aggredi et nova indicia afferre conatus est.*

Magnis Helmoldi in terrarum Slavicarum atque vicinarum historia illustranda meritis ea profecto re nihil dero-

1) *Sedit annis* 1104—1123; *'Hamburg. UB.' I, nr.* 131. 2) *Cod. Abdinghof. s. XII, archivi regii Monasteriensis Ms. I,* 226. 3) *SS. II,* 35 *p.* 379. *et correctius 'Additamenta zum Westfäl. UB.' (ed. R. Wilmans, Münster* 1877*) p.* 33, *nr.* 31. *Interroganti mihi benigne respondit V. Cl. Theuner, regio archivo Monasteriensi adiunctus, totam hanc notitiam scriptam esse saeculo XII. exeunte vel postremo saec. XIII. ineunte.* 4) Hamukonis *alia manu, sed et ipsa s. XII. ex. vel XIII. in., in loco* 40 *raso, ubi aliud nomen antea scriptum erat.* 5) quidam *SS. II, p.* 379. 6) *Eum hanc praebendam post a.* 1123. *propter longam absentiam perdidisse veri simile est; cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' III, p.* 234; *Regel l. l. p.* 45. 7) *Cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' II, p.* 66. 8) *'Vicelin'. Böhmer dissertationem praedecessoris sui Regel non legerat, ipse ampla* 45 *sua disputatione non multa memoratu digna, plura prorsus falsa attulit.* 9) *Cf. supra p. VI, n.* 6.

gatur, quod eorum, quae de aliis regionibus deque rebus prioribus temporibus gestis refert, desideretur apud eum accuratior cognitio. Ad errores eius huius generis legentium animos advertimus, veluti ad ea quae de Heinrico IV. imperatore regno expulso atque pugna prope Visetum commissa retulit[1]*. Illud tamen valde mirandum, quod Paschalem III. a.* 1168. *die Sept.* 20. *mortuum et Calixtum et Ianuam civitatem cum Ancona, quam Fridericus a.* 1167. *obsedit, inter se confuderit*[2]*. Errorem Annalium Rosenfeldensium Petrum eremitam in finibus Hispaniae constitutum fuisse dicentium adauxit Helmoldus tradens genere Hispanum illum fuisse.*

Bene tenendum est ante omnia studium eius conversioni Slavorum intentum fuisse. Ideo omnes principes et res ab eis gestas iudicavit, vel laudavit vel vituperavit, prout huic fini consequendo apta esse videbantur. Propterea Heinricum IV. et V. imperatores obiurgavit, quod conversionem Slavorum non modice retardaverint[3]*. Bremensibus valde infestus est, qui Vicelinum verbum Dei praedicantem non modo non satis adiuverint, sed etiam ei obfuerint. Lotharium Saxonem propter studium dilatandae fidei impensum summis laudibus extulit. Vicelinum, Thetmarum, Geroldum, omnes, qui Christianitati praedicandae se devoverant, summa veneratione amplexatur. Deditum devotumque papis eum fuisse negandum est; ipse tamen non solum propagandae religionis Christianae summam operam dedit, sed etiam privilegiis cleri defendendis fuit intentus*[4]*. Quin etiam principes Saxoniae ipsumque Heinricum ducem de rebus ecclesiasticis neglectis reprehendit. Ceterum Heinricum Leonem maximis laudibus ornavit; hunc et Vicelinum, post eos Adolfum comitem et Geroldum episcopum primas in eius historia partes tenere dixeris.*

In maxima historiae parte refert noster, quae aut viderit ipse aut narrantibus provectioris aetatis hominibus audierit[5]*. E quibus Vicelinum, praecipue vero Geroldum episcopum optimam ei narrationis materiam praebuisse haud dubium est; etiam ab Adolfo comite vel assectatoribus eius quaedam audivisse videtur*[6]*. Cum Conrado vero episcopo ei aliquam necessitudinem fuisse et ab illo eum multa audivisse minus veri simile est. Neque vero praetermisit libros ad illustrandam Germaniae septentrionalis et terrarum adiacentium historiam compositos.*

1) *Infra I,* 32. *et* 33. 2) *Infra II,* 10. 3) *Infra I,* 40, *p.* 82. 4) *Cf. infra I,* 67, *p.* 128, *n.* 7. 5) *Cf. e. gr. I,* 34, *infra p.* 68. 6) *I,* 59, *infra p.* 114.

Adami Bremensis, quem ipse laudavit, Gesta Hammaburgensis ecclesiae pontificum et Descriptionem insularum aquilonis in priore libri parte usque ad c. 24.[1] *saepissime consuluit, ipsa Adami verba hic illic leviter immutata suis* 5 *inseruit, addens tamen de suo, sicubi minus quadrare in suam aetatem, quae ille retulit, putabat*[2].

Quae I, 3. *ex. de dignitate caesarea a Graecis ad Karolum Magnum et Francos translata leguntur, debentur S. Willehadi episcopi Bremensis Vitae*[3].

10 *Vitam Anskarii auctore Rimberto Helmoldus I,* 5. *adhibuit praeter Adamum, qui et ipse hanc Vitam exscripsit, ad unionem sedis Bremensis cum Hammaburgensi et ad itinera Anskarii episcopi narranda, quod probavit Regel l. l. p.* 18—22.

15 *Chronica* magistri Eggehardi, *quem de amico nimis in Heinricum V. imperatorem animo reprehendit, in cap.* 40.[4] De bello Welpesholt *secutus est*[5]. *At ubique quae ipse de rebus relatis iudicabat et aliunde comperit verbis Ekkehardi immiscuit, nusquam plura ad verbum ab eo mutuatus. Cum* 20 *in his quae de Heinrico IV. et V. narravit errores gravissimi inveniantur, quos scriptor diligentissimus vix commisisset, si Ekkehardum scribens ante oculos habuisset, equidem eum e memoria illum secutum esse putaverim.*

Id ipsum fortasse iudicandum est de alio libro, quo- 25 *cum Helmoldo summa necessitudo est, Ann. S. Disibodi. Duo loci sunt, quibus Helmoldus ad alios rerum scriptores tam prope accedit, ut hoc casu factum esse nemo iure contendat. Alter locus legitur in Ann. Rosenveldensibus*[6] *ad a.* 1096. *de Petro eremita (infra p.* 58 *sq.), ex quibus eum* 30 *cum multi alii*[7], *tum Ann. S. Disibodi*[8] *exscripserunt, alter in ipsis Ann. S. Disibodi ad a.* 1073 *sqq. de bello Saxonico*

1) *Etiam in c.* 25. *quaedam verba ex hoc libro recepta occurrunt.* 2) *His Iohannis Lappenberg verbis nec unum addere vel demere necessarium neque fas duxi; nam quae attulit C. Hirsekorn l. l. p.* 10 *sqq.,* 35 *ut Helmoldum Adamo teste non bene neque fideliter usum esse demonstraret, minime hoc probant, ut P. Regel l. l. p.* 8—17. *bene exposuit. Cum Helmoldus Adami libros diligenter atque intente legerit, factum est, ut et in posteriore sui libri parte illius dicta quaedam imitaretur, ad quae aliquoties lectores in adnotationibus advertimus.* 3) *Hoc* 40 *demonstravit O. Voelkel l. l. p.* 37. 4) *Etiam I,* 24. *orationem, quam Ekkehardus moriturum Rudolfum antiregem loquentem facit, imitatus esse videtur.* 5) *Exposuit hoc Voelkel l. l. p.* 26 *sqq., partim notas Lappenbergii secutus; non recte contradixit Regel l. l. p.* 23. 6) *SS. XVI, p.* 101. 7) *Vide infra p.* 58, *n.* 6. 8) *SS. XVII, p.* 16.

(infra p. 53 *sqq.). Cum praeter Helmoldum et Ann. S. Disibodi etiam alii scriptores*[1] *similes locos habeant, eundem librum, quem usque ad a.* 1117, *alii*[2] *rectius, ut videtur, ad a. usque* 1096. *pertinuisse arbitrati sunt, a recentioribus illis scriptoribus expilatum esse viri docti*[3] *censuerunt. Res anni* 1096. *referens Helmoldus quidem pauca verba*[4] *magis cum Ann. Rosenveldensibus quam cum Annalibus S. Disibodi convenientia habet, sed de rebus Saxonicis quae enarrat cum his Annalibus tantopere congruunt, ut eum ipsos Annales S. Disibodi legisse ut negem, adduci non possim. Ideo Helmoldum illum librum de bello Saxonico scriptum vidisse non puto*[5], *sed conicio eum quondam in Saxonia moratum legisse Ann. S. Disibodi, quorum narrationes e memoria reddiderit et ipse relationibus populi auxerit.*

Ann. Palidenses aut Chronica Saxonum, ex quibus illorum magnam partem profectam esse dicunt, Helmoldum adhibuisse Lappenberg et Voelkel l. l. p. 32—36. *opinati sunt; quod iure refellit Hirsekorn p.* 33—37.

Cap. 42. *libri prioris eum componentem Vitam quandam deperditam Vicelini episcopi versibus elegiacis scriptam ante oculos habuisse coniecit Lappenberg, cum versus quidam, ex parte claudicantes, ibi legantur, quod nec probare nec refellere possumus*[6].

Tabulas episcoporum et ecclesiarum Lubicensis, Racisburgensis, Suerinensis diocesium scribenti praesto fuisse praeter unam epistolam Geroldi episcopi operi insertam veri simile non est[7]. *Neque enim, cum tabulas ab imperatore Lothario vel aliis datas commemoraverit, verba eorum repetiit nec certam earum notitiam profert; neque, cur hanc unam Geroldi epistolam receperit, perspicere possemus. Sed priusquam chronica sua componeret, eum et alias tabulas legisse*[8] *conicere possumus.*

Emendatum eius sermonem laudavit I. M. Lappenberg, at aliquoties contra regulas grammaticae peccavit et in compositione verborum et falso genere substantivorum usus, quae non tam librariis quam ipsi Helmoldo crimini esse danda

1) *Ekkehardus, Albertus abbas Stadensis.* 2) *H. Herre, 'Ilsenburger Annalen als Quelle der Poehlder Chronik' (Leipzig* 1890*) p.* 80; *Manitius l. l. p.* 72 *sq.* 78. 3) *Vide Wattenbach, 'DGQ.' II, ed.* 6, *p.* 85. 339. 434. 440. *et auctores ibidem laudatos.* 4) *Ex loco quodam Vulgatae assumpta.* 5) *Quod et negavit Manitius l. l. p.* 76. 6) *Cf. K. Höhlbaum, 'Forsch. z. Deutschen Gesch.' XVII, p.* 222. 7) *Cf. Regel l. l. p.* 26 *sqq.* 8) *Cf. I,* 90, *infra p.* 176, *l.* 10.

videntur. Sed laudandus est propter orationem simplicem simulque dilucidam et fervidiorem. Nonnusquam bis vel ter eisdem verbis easdem vel similes res expressit, quaedam verba persaepe usurpavit[1], *quorum nonnulla in adnotationibus indicavi eo potissimum consilio, ut prioris partis ea, quae non ex libro Adami repetita sunt, ab ipso Helmoldo composita, non ex aliis libellis descripta esse demonstrarem.*

Inter auctores, quorum dictionem imitatus est, primo loco dicenda est Biblia Vulgata, cuius non solum multos locos operi suo inseruit[2], *sed etiam totam dictionem in orationis contextu et capitum compositione usurpavit; quae omnia ut indicarem, fieri non potuit. Post eam Adam Bremensis*[3] *dicendi exemplum ei praebuit; qui cum ipse praecipue Sallustium Crispum imitatus sit, quin et Helmoldus, apud quem aliqua Sallustii dicta ab Adamo non usurpata occurrunt, illum legerit*[4], *dubitari vix potest. Vergilium et fortasse Ovidium et Terentium eum legisse demonstrant quidam versus eorum laudati vel alii ad eorum similitudinem facti. Praeterea legit Boethium de consolatione philosophiae*[5] *et Sulpicii Severi libellos de b. Martino*[6]. *Sed proprium est Helmoldo, ut aliorum dicta secutus non integra repetierit, sed suo ipsius generi dicendi adaptaverit.*

Auctores posteri, qui maiores partes Cronicae Slavorum expilarunt et nonnumquam ad textum Helmoldi constituendum aliquid facere possunt, dicendi sunt saec. XIII: 1) *Chron. S. Michaelis Luneburgensis auctor*[7], 2) *Albertus abbas Stadensis*[8]; *saec. XIV: Henricus de Hervordia*[9]; *saec. XV:* 1) *Hermannus de Lerbeke in Chron. comitatus Schawenburgensis*[10], 2) *Chron. Holtzatiae auctor presbyter Bremensis*[11], 3) *Iohannes Schiphower in Chron. Oldenburgensium archicomitum*[12], 4) *Chronici Slavici auctor vulgo dictus parochus Suselensis*[13]. *Praeterea duo scriptores Helmoldi libros in linguam Germanicam verterunt, ut facile*

1) *Pauca de Helmoldi dictione plerumque Lappenbergii notas secutus collegit Voelkel l. l. p.* 17 *sq.; alia Th. Rudolph, 'Die niederländischen Kolonien der Altmark im XII. Jahrhundert' (Berlin* 1889) *p.* 30—36. 2) *Multos locos, qui et Iohannem Lappenberg effugerant, infra adnotari, quorum non parvam partem O. Holder-Egger mihi monstravit.* 3) *Cf. supra p. XVII, n.* 2. 4) *Quod contendit Voelkel l. l. p.* 17, *sed evidenter probari non potest.* 5) *Cf. infra p.* 49, *n.* 1; *p.* 144, *n.* 3. 6) *Cf. infra p.* 24, *n.* 8; *p.* 71, *n.* 6; *p.* 177, *n.* 7. *etc.* 7) *SS. XXIII, p.* 394—397. 8) *SS. XVI, p.* 283—378. 9) *Ed. Potthast, Gottingae* 1859. 10) *Meibom, SS. rer. Germ. I, p.* 497—521. 11) *SS. XXI, p.* 251—306. 12) *Meibom, SS. rer. Germ. II, p.* 123—194. 13) *Ed. E. A. Th. Laspeyeres, Lübeck* 1865.

diiudicari possit, quales codices habuerint, scilicet saec. XIV. Ernestus de Kirchberg in Chron. Mecklenburgico[1], *saec. XV. 'Chronik der nordelbischen Sassen'*[2].

Innumeri sunt auctores, qui ab ex. saec. XII. usque ad primam editionem prelo datam vel pauca verba e Cronica Slavorum exscripserunt vel tantum Helmoldi opus et nomen dixerunt nullis verbis inde assumptis. Nec de omnibus satis certe iam constat, num ipsius Helmoldi codicem quendam adhibuerint an aliis libris mediantibus verba eius retulerint, neque in omnibus enumerandis et diiudicandis — quos tamen vix omnes me vidisse puto — quidquam utilitatis Helmoldo afferri censeo. Ideo eos omitto.

Codices manu scripti, quos a. 1907. *Berolinum missos omnes contuli, sunt:* 1) *bibliothecae universitatis Hafniensis membranaceus maioris formae (Additamentum ad catal. manuscriptorum nr.* 50*)*[3], *Helmoldi atque Arnoldi historias complectens. Hunc quondam fuisse Martini Boeckelii, iuris utriusque doctoris, syndici reipublicae Lubicensis, aulae Holsato-Gottorpiensis cancellarii, Lappenberg dissertatione doctissima probavit. Cum enim vir non bonae famae I. C. Harenberg codicem Boeckelianum pro viro docto I. B. Coelero novam Helmoldi editionem parante perlustrans quatuor magnas eius lacunas, quas hodie praebet, iam indicaverit, cum H. Bangert codice Boeckeliano ad editionem suam parandam usus variam lectionem illius bene enotaverit, quin codex noster Hafniensis sit quondam Boeckelianus, dubitari non potest.*

Constat e duobus voluminibus, quorum prius Helmoldum sine praefatione libri primi et Arnoldi Cronicam usque ad verba I, 3: turgentibus fluctibus *continet, alterum vero, ab altero librario posteriore tempore scriptum Arnoldi textum inde a cap. I,* 10. *usque ad finem complectitur. Prior libri Hafniensis pars quondam continuit Arnoldi prima capita usque ad verba I,* 9: camelos qui eas ferrent[4]; *habet sex quinterniones, ex quibus nunc duo mutili sunt. Quinti enim folium* 8, *sexti folia* 1—3, 8—10 *desiderantur, unde magnae partes deperditae sunt*[5], *quas deesse iam Harenberg dixit.*

Duae partes libri Boeckeliani non ab initio, sed recen-

1) *Westphalen, Mon. inedita IV, p.* 593—840. 2) *Ed. I. M. Lappenberg, 'Quellensammlung der Ges. f. Schleswig-Holst.-Lauenburg. Gesch.' III (Kiel* 1865*).* 3) *'Archiv' VII, p.* 167. 615. 4) *Quod hac re probatur, quod et cod.* 1[a] *et editio princeps (Schorkeliana), quae neque ad codicem* 1 *neque* 1[a], *sed ad simillimum facta est, in eisdem verbis finem fecerint.* 5) *Helmoldi libri I. cap.* 93 (92) — 95 (94) *et*

tiore demum tempore in unum volumen compactae sunt. Prior librarius enim circa annum 1300, *alter circa annum* 1400. *scripsit, et alter Helmoldi codex Hafniensis* (1[a]) *infra dicendus, a.* 1472. *ex hoc descriptus, ea tantum continet,* 5 *quae in libri Boeckeliani priore volumine fuisse supra diximus, cum extrema parte huius libri iam excisa, Arnoldi cap. I,* 3—9. *continente.*

Codex compactus tegumentis ligneis, in cuius tergo legitur **A** 21, *eleganter exaratus est paginis non numeratis* 10 33 *linearum*[1], *quarum* 1. *et* 3, 30. *et* 33. *spatium reliquarum excedunt, genere scribendi, quod (veluti in cod. Ann. Ryensium Hamburgensi; vide tab. SS. t. XVI) librariis Nordalbingiae usitatum videtur fuisse. Capitulorum litterae initiales et inscriptiones*[2] *minio scriptae sunt, hae plerumque in* 15 *praecedentis capituli lineis ultimis, ex parte his reservatis, nonnunquam propter spatii angustiam in margine adiciendae omissae. Etiam initiales sententiarum minio ornatae.*

Totum codicem revisit atque correxit vir quidam coaevus, penna paulo acutiore, atramento nigriore usus (manus 20 *C), qui uno etiam loco*[3] *duos versus a librario omissos supplevit. Cum inde et ex aliis locis eum archetypum codicis*

libri II. cap. 99 (3) — 105 (9), *infra p.* 183, *l.* 4 — *p.* 186, *l.* 26. *et p.* 194, *l.* 24 — *p.* 207, *l.* 14, *et partes quaedam Cronicae Arnoldi.* 1) *Sed paginae quinternionis secundi* 31 *lineas habent, quarum* 1. *et* 3, 28. *et* 31. *maiores* 25 *reliquis.* 2) *Hae inscriptiones capitulorum, quae in codd.* 1. 1[a] *et plerumque in editione principe (S) et Germanice apud Ernestum de Kirchberg leguntur, num ab Helmoldo ipso additae sint, quin subdubitem, facere non possum. Omnes fere in codice* 2 *post minio supplendae omissae sunt, quod ergo magni faciendum non est, sed et codex Distelmeierianus* (4) *iis caruisse* 30 *videtur; unde iam Reineccius eas Helmoldo abiudicavit. Inscriptionem totius libri prioris, scilicet quod sit* cronica Slavorum edita a venerabili helmoldo presbitero *ipsi Helmoldo deberi vix quisquam censebit. Formae nominum in inscriptionibus adhibitae saepe discrepant ab eis, quae in verborum contextu occurrunt, et semper recentiores videntur esse, ut* Al- 35 bertus *pro* Adelberto *vel* Adhelberto, *quod Helmoldus scripsit, et alia huiusmodi. Econtra monendum est nomen Gerlavi presbyteri circa finem demum capitis* 64. *appellari et tamen antea de eo agi, quasi nomen iam dictum fuerit. Quod si Helmoldus in inscriptione non fecerat, nomen antea alicubi excidisse coniciendum est. Utut res se habet, in-* 40 *scriptiones, quas, nisi Helmoldus ipse, tamen non multo posteriore tempore quidam — fortasse is qui primus Helmoldi et Arnoldi opera coniunxit —, addidit, omittere visum non est, immo fidelius ad codicem* 1, *quam adhuc factum est, eas expressi. Unde nostra editio secuta codicem* **1** *et S, qui numero capitulorum inter se conveniunt, numeros editionis* 45 *prioris in libro priore uno excedit. Indices capitulorum, qui in codd.* **1** *et* **1**[a] *leguntur, nullius auctoritatis sunt; unde eorum lectionem variam in indicibus ex inscriptionibus librorum* **1** *et S compositis et utrique libro praemissis prorsus neglexi.* 3) *Infra p.* 169, *n.* c.

1 *ante oculos habuisse appareat, tamen non pauci loci inveniuntur, quos ex arbitrio suo et coniectura mutavit*[1].

Codicem hunc se invenisse in indice librorum ecclesiae maioris Lubicensis anno 1297. *facto Leverkus*[2] *et post eum Lappenberg opinati sunt. Ibi enim legitur:* Item cronica istius terre. E. H. tertium folium 'annos'. ultimum fol. 'barbarorum'. *Quos sequi non possum*[3], *quia tertium*[4] *folium codicis* 1 *non incipit* annos, *sed, si folia indicis capitulorum praemissi connumeres,* Opere precium, *sin autem,* huma||nis rebus. *Neque etiam sigla* E. H. *alicubi in codice reperitur.*

Commemoranda hic sunt etiam pauca illa scholiorum instar habenda, quae atramento flavescente saec. XV. ante a. 1472.[5] *adscripta sunt ab homine quodam inimico Thetmarcorum libertati pristinae. Novies enim adnotavit ex Helmoldo refelli posse, qui putent inde a Karoli Magni tempore Thetmarcos nullius ditioni subditos fuisse. Ab eodem quaedam verba mutata vel emendata sunt*[6], *idem de morte Arnulfi deque Benedicto papa ab Ottone imperatore Hamburgum ducto ibique sepulto quaedam ex Martini Oppav. Chronicis adiecit. Quae omnia infra adnotata sunt*[7].

1[a]) *Ex codice Hafniensi descriptus est a.* 1472. *alter* Hafniensis *chartacaeus, Arnae Magnaei nr.* 30. *fol., manu parum eleganti, permultis scribendi compendiis usa. Est* 56 *foliorum, quinque fasciculorum, quorum primi quatuor* 12 *folia habent, sextus quaternio*[8] *est. Codex continet Helmoldi libros duos integros sine praefatione prioris libri atque Arnoldi libri primi capita novem usque ad verba I,* 9: camelos qui eas ferrent[9] *f.* 55[r], *quibus subscriptum:* Et sic habetur finis huius opusculi anno 1472. *In f.* 55[v]. *Helmoldi cap.* 64. *antea omissum alia manu coaeva suppletum est. Sequuntur tractatus quidam historici, ex Arnoldi chroni-*

1) *Cf. e. gr. infra p.* 144, *n.* c. 2) *'UB. des Bistums Lübeck' I, p.* 383 *sqq.; vide p.* 388. 3) *Apud Helm. ultimum legitur* barbarorum *infra p.* 179, *l.* 16, *ideo, si codex ille solum Helm. librum continuisset, mutilus fuisset. Aut Arnoldi Cronicam totam vel ex parte subiunctam fuisse aut solam eam in codice scriptam fuisse conicere posses.* 4) *De ultimo folio nihil dici potest, quia prioris voluminis Boeckeliani extrema pars iam periit.* 5) *Nam in cod.* 1[a] *quaedam ab hoc viro in textu mutata descripta sunt; cf. notam sequentem et p.* 218, *n.* v. 6) *Cf. infra p.* 26, *n.* k; *p.* 149, *n.* r. 7) *Infra p.* 5, *n.* v; *p.* 11. 13; *p.* 14, *n.* e; *p.* 15, *n.* k; *p.* 19, *n.* p; *p.* 22; *p.* 35, *n.* g; *p.* 40. 49; *p.* 53, *n.* a; *p.* 98, *n.* e; *p.* 104, *n.* d; *p.* 106, *n.* n; *p.* 218, *n.* v. 8) *In fine uniuscuiusque fasciculi scriba custodem qui dicitur addidit.* 9) *SS. XXI, p.* 122, *l.* 18. *Cf. supra p. XX.*

corum libri V. cap. 30: De conversione Livonie *et Helmoldi libri I, cap.* 34. *exscripti*[1], *denique pars narrationis:* De translatione Vicelini. *In pagina prima codicis leguntur haec manu saec. XVI. scripta:* Detur dilecto fratri meo
5 Marquardo Holtzenn. Ego Petrus Heyne possessor protestor de restitucione post lectionem factam. *Codicem hunc Hafniensem esse apographum prioris voluminis Boeckeliani multis rationibus probatur, quarum gravissimas vide infra p.* 26, *n.* k, *p.* 82, *n.* n, *p.* 144, *n.* c, *p.* 149, *n.* r,
10 *p.* 218, *n.* v. *Verba, quibus* 1[a] *ab* 1 *discrepat, librarium, qui non sine consilio neque imprudenter opus suum perfecerit, ex arbitrio suo mutavisse facile intellegitur. At quod cod.* 1[a] *saepius cum cod.* 2 *in rebus minoris momenti conveniat, ut e. gr. infra p.* 15, *n.* d, *p.* 18, *n.* a. u *et aliis locis, aut casu*
15 *factum esse aut ideo, quod librarii eiusdem aetatis verba Helmoldi eodem modo mutaverint, non quod eodem codice usi sint, mihi persuasum est.*

Codicem 1[a] *Bordesholmi, quo coenobium Novi-monasterii ca. a.* 1330. *translatum est, scriptum esse et in catalogo*
20 *librorum huius monasterii a.* 1488. *conscripto*[2] *commemoratum coniecit N. Beeck*[3]. *Quod et ego, antequam illius dissertationem legi, suspicatus eram, partim iisdem rationibus nisus*[4]. *Non recte, ut mihi videtur, contradixit V. Cl. Steffenhagen*[5], *qui multos codices Bordesholmi scriptos in-*
25 *spexit et descripsit.*

2) *Tertius codex Helmoldi atque Arnoldi libros continens in bibliotheca* Lubicensi *publica asservatus, chartaceus saec. XV. scriptus, formae quadratae nunc foliorum est* 205, *fasciculorum ex duodenis foliis constantium* 17;
30 *decimus octavus excepto primo folio postmodum excisus est. Ita factum, ut in hoc codice extrema pars libri septimi Arnoldi inde a cap.* 16. *verbis* Poloni quoque Boemi *desit. Singulorum fasciculorum in paginis ultimis ipse codicis scriba adiecit custodes, qui a bibliopego ex parte resecti*

35 1) *Alter tractatus est caput Vitae beati Vicelini, quod in cod.* 2* *legitur.* 2) *Merzdorf, 'Bibliothekarische Unterhaltungen. Neue Sammlung' (Oldenburg* 1850*) p.* 38, *nr. G.* 3. *Cf. 'N. Archiv' XXXII, p.* 705. 3) *'Quellensammlung der Gesellsch. f. Schleswig-Holst.-Lauenburg. Gesch.' IV, p.* 188. 4) *Praeter rationes a Beeck allatas moneo*
40 *librarium vel rubricatorem codicis in margine adnotavisse f.* 23[r]. *ad verba:* cives de Faldera *haec:* aliter novomonas[terio], *et f.* 23[v]. *haec:* domnus Adelbero archiepiscopus Bremensis dedit prepositum venerabilem Vicelinum fratribus in monasterio Falderensi sive Novimonasterii. 5) *'Die Klosterbibliothek zu Bordesholm und die Gottorfer Bibliothek.*
45 *Drei bibliographische Untersuchungen von Dr. E. Steffenhagen und Dr. A. Wetzel' (Kiel* 1884*) p.* 5, *n.* 12.

sunt, ipse et folia numeris Arabicis, quos vocamus, signavit. In primo folio interiori tegumento affixo et pluries in exteriore margine foliorum manu paulo recentiore, quae etiam in textu multa verba correxit vel in margine supplevit, inscriptum est: S. R. Cronica Slavorum. *Totus codex eadem* 5 *manu est scriptus atramento aquoso et propter vetustatem flavescente, calamo festinante neque semper constante sibi. Hinc litterae parum elegantes prius maiores, cum numerus versuum sine lineis scriptorum a viginti quatuor vel quinque ad triginta sex vel septem ascendat, postea multo minu-* 10 *tiores*[1]. *Permulta in marginibus manibus diversis diverso tempore adscripta sunt, omnia fere nullius pretii, quorum ad Helmoldum nihil commemorandum est. Ut codici* 1 *ita et* 2 *ceterum integro deest praefatio prioris libri ad patres Lubicenses directa, nec titulus libro praemissus est, nec tamen* 15 *primum folium periit, cum primus fasciculus* 12 *sicut ceteri folia habeat. Hunc librum minime ex codice* 1 *descriptum esse varietate lectionis probatur, e. gr. infra p.* 13, *n.* h, *p.* 24, *n.* k. n, *p.* 31, *n.* t, *p.* 60, *n.* m, *p.* 61, *n.* e *et multis aliis locis. Attamen eum ex eodem exemplari, non auctoris* 20 *archetypo, profectum esse ac* 1 *aliis locis in utroque codice depravatis evincitur, ut infra p.* 17, *n.* u, *p.* 18, *n.* a, *p.* 42, *n.* 1 *et quibusdam aliis. Ubi codex scriptus sit, non constat; sed notandum est librarium ubique nomen loci Salzwedel maioribus litteris scripsisse*[2] *et minio adornasse.* 25

Hunc librum ab Andrea Pouchenio, Lubicensis ecclesiae superintendente, quondam concessum Reineccio post eum ex bibliotheca Lubicensi H. Bangert nactus est, quorum uterque eodem in editione sua conficienda praeter Schorkelii editionem fundamento usus est. 30

2*) *Cum iam magna pars huius editionis fere usque ad I,* 75. *(infra p.* 144*) prelo data esset, venit in manus meas codex Novi-monasterii S. Trinitatis siti in civitate 'Wiener-Neustadt' signatus XII D* 21[3], *saec. XVI in., in quo sunt f.* 156r—174v: Vita beati Vicelini episcopi 35 Aldenburgensis, qui primum altare consecravit in Lubeke et dedicavit[a] ecclesiam sancti Iohannis baptiste in harena, quam comes Adolphus edificavit. *F.* 177r—179r:

a) dedifauit *c.*

1) *Minium in priore codicis parte Helmoldum continente nisi ad* 40 *capitulorum litteras initiales atque lineas litterarum quasdam insigniendas non adhibitum.* 2) *Cf. infra p.* 118, *n.* g, *p.* 175, *n.* c, *p.* 194, *n.* m, *p.* 203, *n.* e. 3) *Vide infra p.* 222.

Vita venerabilis Thitmari olim decani Bremensis ecclesie et postea canonici regularis in Niemonster(en) fratris nostri. *Utraque vita ad verbum paene ex Cronica Helmoldi exscripta non pauca capitula eius continet, paucis verbis vel mutatis vel aliunde assumptis intermixtis. Codex Helmoldi, ex quo haec excerpta sunt, similis fuit*[1] *codicis* 2, *etsi non paucis illius mendis liber fuerit, ut ex varia eius lectione infra p.* 273. *data cognoscitur.*

Exc. Vindob.) Uno loco[2] *commemoranda erant excerpta ex Cronica Slavorum codicis Vindobonensis*[3] *nr.* 3381. *f.* 1[a] *et f.* 83[a. b], *quae continent partes quasdam cap. I,* 1. 2. 9. 12, *deinde multa valde abbreviata verbis mutatis. Haec saec. XVI. in., ut videtur, non ex editione principe descripta esse demonstrant e. gr. verba* et insulas *(infra p.* 9, *l.* 11*), a S omissa. Excerpta pro me descripsit socius V. Samanek.*

S) Codicis instar habenda est editio princeps, quae prodiit curis mag. Siegmundi Schorkelii, medicinae doctoris Naumburgensis, ornata epistola Philippi Melanchthonis ad ducem Stettinensem Iohannem Fridericum, Philippi filium, impressa Francofurti a Petro Brubachio a. 1556. *mense Augusto in* 4°. *Facta est ad codicem (z), qui fuit simillimus codicis* 1[4], *neque tamen ipse codex* 1 *(nec* 1[a]*)*[5], *neque, ut videtur, archetypus codicis* 1[6], *sed libros* 1 *et z ex eodem archetypo deperdito descriptos esse conicio. Codicem suum editor pro more veterum editorum diligenter expressit, aliquoties verba eius aut hoc ipse professus aut, id quod codicibus* 1 *et* 2 *consentientibus probatur, tacite mutavit vel emendavit. Ad verba Helmoldi recte restituenda editio haec non parvi facienda est. Repetita est a.* 1573. *eadem forma; num vero a.* 1572. *quoque recusa sit forma quae* 16. *dicitur, iam dubitavit Io. Moellerus.*

Codices deperditi[7] *commemorantur hi:*

3) *Codice quodam gymnasii Stettinensis Helmoldum et Arnoldum continente usus est H. Bangert, qui huius quoque codicis lectionem variam aliquantulam in editione sua nobis*

1) *Cf. infra p.* 147, *n.* q *et p.* 148, *n.* w. 2) *Infra p.* 9, *n.* d f. 3) *Tabulae codicum manu scriptorum . . in bibliotheca palatina Vindob. asservatorum II, p.* 270 *sq.* 4) *Cf. infra p.* 13, *n.* h, *p.* 24, *n.* n, *p.* 31, *n.* t *etc.* 5) *Vide e. gr. infra p.* 61, *n.* e, *p.* 102, *n.* o. p, *p.* 144, *n.* c. 6) *Hoc pro certo affirmari non potest, quia nescimus, utrum omissa et depravata editionis codici sint crimini danda an editori.* 7) *II,* 8 *(cf. infra p.* 204, *n.* k*) memoravit H. Bangert lectionem cod. R (Ranzoviani), errore typographico, quia hic codex, quod scimus, tantum Arnoldi librum continuit. Cf. SS. XXI, p.* 109.

servavit. Hic liber quin a. 1677. *incendio ecclesiae et archigymnasii perierit, dubitari vix potest*[1]. *Nam in volumine quodam bibliothecae gymnasii illius complures catalogos librorum saec. XVII. comprehendente, quod inscriptum est:* Volumen ad historiam bibliothecae aedis cathedralis Marianae regiique gymnasii acad. faciens, *Helmoldi codex saepius, postremo vero in catalogo anni* 1674. *p.* 309. *dicitur*[2]. *Neque apographon iubente Christina Sueciae regina circa a.* 1646. *factum ubi nunc recondatur, constat. Ceterum codex Stettinensis satis consonus fuit Lubicensi*[3].

4) *De codice Christiani Distelmeieri, quo usus est Reineccius, vide supra p. VIII sq.*

5) *Manu scriptorum librorum catalogo, qui est imperatoriae bibliothecae Vindobonensis, Helmoldinus codex quidem inscriptus neque vero numero signatus est. Hic videtur esse codex Vindob. nr.* 3381, *qui brevia excerpta ex Helmoldo saec. XVI. facta, supra iam allata*[4], *continet.*

6) *Helmoldi codicem, quo Henricus Ernestius usus sit, editio Bangertiana memorat p.* 48.

Catalogus bibliothecae quondam Bordesholmensis mentionem facit codicis Helmoldi. Qui utrum perierit an sit unus codicum supra memoratorum, vide sub 1[a].

Helmoldi editiones huc usque factae hae sunt:

1) *Editio princeps (S), de qua supra iam egi.*

2) *Reinerus Reineccius professor in academia Iulia historicus codicibus usus Lubicensi et Distelmeieri, de quibus sub numeris* 2 *et* 4 *egimus, denuo Helmoldum edidit (R)*[5] *apud Andream Wechelium Francofurti ad Moenum a.* 1581. *fol.; cui primus adiunxit Arnoldi historiam exceptis ultimis quinque capitulis. Plerumque fundamento usus editione Schorkeliana, praefationem prioris libri ex cod.* 4 *primus*

1) *Cf. M. Wehrmann, 'Gesch. der Bibliothek des Marienstift-Gymnasiums', 'Baltische Studien'* 44. *Jahrg. (Stettin* 1894*).* 2) *Sub numero:* Libri Historici. C. Numero IX. 16. Helmoldi Chronicon Slavorum. MS. 3) *Codice Stettinensi usus est J. Bugenhagen in opere suo dicto Pomerania, 'Quellen zur Pommerschen Gesch.' IV. Ed. O. Heinemann (Stettin* 1900*), in quo non parvas partes operis Helmoldi ad verbum exscripsit. Cf. praefationem p. XIII, n.* 1; *G. Jähnke, 'Die Pomerania des Johannes Bugenhagen und ihre Quellen' (Inaug.-Diss. Göttingen* 1881*) p.* 26. 4) *P. XXV.* 5) *Ante hanc editionem iam excerpta ex editione Schorkeliana subiunxit editioni suae Widukindi intitulatae: Annales Witichindi monachi Corbeiensis . . . Addita est brevis appendix . . . de Annalibus Helmoldi, Arnoldi et Saxonia Krancii, Frankoforti ad Moenum* 1577.

edidit, non paucos locos depravatos emendavit, nonnusquam meliorem lectionem codicis 2 *in margine adnotavit*[1]. *Quod codicis* 4 *raram tantum lectionem nobis servaverit, valde dolendum est.*

5 3) *Primus utrumque scriptorem adnotationibus perquam doctis illustravit Henricus Bangert Waldeccensis, rector scholae publicae Lubicensis (a.* 1665. *mortuus) (B), usus codicibus* 1. 2. 3, *editionibus et Schorkelii et Reineccii. Vitia editionum priorum paene numquam emendare ausus, etiamsi omnes* 10 *codices ab editionibus discrepare non ignoravit, tantum variam lectionem in calce libri adiecit*[2]. *Plurimi omnium codicum fecit Lubicensem. Editionis huius cum centum fere exemplaria pignori apposita sibi comparasset Petrus Boeckmannus bibliopola Lubicensis, Io. Moelleri praefatione novoque titulo* 15 *ornata tamquam novam utriusque scriptoris editionem proposuit. Quod A. Leopoldo, iuris utriusque doctore Lubicensi, mediante factum esse ex epistolis eius quibusdam ineunte a.* 1702. *ad Moellerum datis cognoscitur.*


4) *Nova utriusque scriptoris editio facta est a Leib-* 20 *nitio inter Scriptores rerum Brunsvicensium t. II, qui textum Bangertianum erroribus non emendatis repetiit cum varia lectione ab illo in calce addita. Quae ex Corneri Chronico tamquam ex meliore Arnoldi recensione nunc deperdita adnotavit fere nullius pretii sunt, cum Cornerum utriusque scriptoris* 25 *verba valde immutavisse inter omnes constet*[3].

5) *Primam editionem criticam paravit Ioh. M. Lappenberg b. m., quae ex schedis eius prodiit in SS. t. XXI, p.* 1—99 *(Hannoverae* 1869*), recusa inter Scriptores rerum Germanicarum a.* 1868.

30 *Qua ratione codices nobis servati et Schorkelii editio inter se cohaereant, et editio nostra proinde instituta sit, iam paucis absolvi potest. Cum praeter solum codicem* 4 *omnes praefatione libri prioris careant, omnes Arnoldi historiam vel totam vel ex parte post Helmoldum contineant, omnes redire* 35 *censebis ad idem exemplar, in quo iam Arnoldus Helmoldo subiunctus et praefatio illa vel casu vel consilio scribae omissa fuerit. Codicem, quo Schorkelius usus sit (z), et codicem* 1 *propius inter se quam cum cod.* 2 *convenire iam supra p. XXIV. et p. XXV. docuimus, unde hoc stemmate demon-*

40 1) *Quod indicari littera R uncis inclusa (R).* 2) *Ubi etiam codicis* 3 *quandam lectionem nobis servavit.* 3) *Quod probavit b. m. I. Lappenberg, 'Archiv' VI, p.* 566 *sqq.*

strari potest, quomodo libri nostri ex codice archetypo profecti sint[1]:



***Quae res et nobis rationem editionis nostrae persuasit. Nam 1 et S eundem statum traditionis (y) nobis praebere apparet, in quorum diversitatibus adhibito 2 melior lectio ubique discerni potest*[2]. *Sed ubi 2 et y (scilicet 1 + S) inter se differunt, cum alium codicem arbitrum non habeamus, re ipsa lectiones diiudicare debemus. Qua in re plerumque lectionem y ut vetustiorem et meliorem secutus, tamen nonnumquam etiam 2, si verba Adami aut sensus aliave ratio poscere videbantur, praetuli. Consentientibus 1 et S et 2 habemus lectionem codicis x, qui ante saec. XIII. in. scriptus esse non potest. Et hunc vitiis non caruisse facile probatur, cum in omnibus codicibus et editionibus quidam loci pariter corrupti sint*[3].**

Quae cum ita sint, variae lectionis apparatum ita institui, ut codicis 1 omnia, quae reieci, adnotarem neque quicquam omitterem. Codicis vero 1ª vitia, omissa vel depravata omnino neglexi, tantum quaedam attuli, quae eum apographum esse codicis 1 probarent atque eorum, quibus cum cod. 2 convenit, maiora*[4]. *Codicis 2 etiam omnem variam lectionem et codicis 3 ab Henrico Bangert nobis servatam adnotavi praeter orthographica quaedam levissima et verba

1) *Sed et 1 et z in ipsum x redire conicere potes, si 2 apographum esse cuiusdam exempli codicis x facti, antequam x mutilaretur, putabis, 1 et z vero post illam mutilationem ex x transscripta esse conieceris. Quae sententia praeferenda sit, statui non potest.* 2) *Ubi igitur 2 cum S convenit contra 1. 1ª, illos secutus sum, exceptis rebus orthographicis et nominum formis, quae plerumque ex codice vetustiore assumpsi. De qua re vide infra.* 3) *Cf. infra p.* 29, *n.* f *et p.* 107, *n.* 1; *cf. etiam p.* 146, *l.* 21 (novem) *et supra p. XIV, n.* 7. 4) *Pro partibus edendis, quae in cod.* 1 *iam desunt (vide p. XX, n. 5), ut huic cod.* 1ª *cautius substituerem, coactus suus.*

quaedam in 2 *primo mendose scripta, sed statim a librario correcta. Codicis* 4 *lectiones discrepantes, quarum Lappenberg quasdam in textum recepit, quasdam in notas reiecit, plerumque e textu amovi, pauca vero verba, quae in nostris codicibus non exstant, uncis inclusa in textum recepi*[1]. *Editionis Schorkelianae quoque graviorem lectionis varietatem adnotavi. Et cum hanc editionem reliquae (R. B.) plerumque secutae sint, consensum editionum signo edd., singulas vero suis litteris indicavi. Ceterum lectionem editionum R et B, quae et ab S et a codicibus discrepat, non nisi raro adnotavi.*

In rebus orthographicis paene ubique et per omnia secutus sum solum codicem 1, *ut longe vetustissimum. Scripsi igitur in rebus dubiis* martyres *vel* martires, dyaconus *vel* diaconus, unquam *vel* umquam, litteratus[2] *vel* literatus, trono *vel* throno, obtinere *vel* optinere *et his similia, secundum quod cod.* 1 *perscriptum habet*[3], *qui in talibus verbis non semper eandem rationem sequitur. Ubi autem verba* martyres, umquam, litteratus *et similia in cod.* 1 *compendio scripta sunt, aut lectionem codicis* 2, *si verbum ibi perscriptum est, aut eam elegi, quae in cod.* 1 *magis usitata esse videtur, quid ibi codex* 2 *habeat in adnotationibus explicans, varietate editionum prorsus neglecta. Et cum in his omnibus, quae Helmoldus ipse scripserit, nullo modo explorare possimus, codicem* 1 *quam fidelissime fieri potuit ut sequamur, res ipsa poscere videtur. Econtra non pauca sunt, quibus codicem a ratione scribendi Helmoldi abhorrere pro certo affirmare possumus. Habet enim ubique* e *pro* ae, *plerumque* ci *pro* ti. *In quibus rebus secutus morem codicum saeculi XII. restitui* ae *in fine verborum primae declinationis;* ti *scripsi praecedente littera consonanti, ut* dicentium, conventio, reverentia, sententia, captio, pactio (*non* paccio) *etc.*, ci *vel* ti *secutus codicem* 1 *in verbis ut* milicia *vel* militia, iusticia *vel* iustitia, negocium *vel* negotium[4], *lectione codicum numquam indicata. Formas vero nominum*[5] *ex solo codice* 1, *nisi ubi aperti*

1) *Quorum quaedam textui necessaria et autentica videntur esse, quaedam vero omnino reicienda. Ideo ne omnibus his ipsius Helmoldi verba nobis servata esse credas.* 2) *Pro* lictera, micto *et his similia, quae cod.* 1 *saepe habet, semper scripsi* littera, mitto *etc.* 3) presbyter *in cod.* 1 *semper fere sigla* pbr *expressum est, semel* presbiter *perscriptum, ut semper scripsi.* 4) *Sed verba* natio, ratio, letior, etiam *et similia, quae propter verba* natus, ratus, letus, et *saec. XII. plerumque littera* t *scripta sunt, ita scripsi, etsi* 1 *habebat* nacio *etc.* 5) *Cum codices et editiones omnes ubique habeant* Slavi *etc., excepto codice* 2, *qui*

errores et lapsus pennae[1] *in eo invenirentur, assumpsi. Scripsi igitur* Kicini, Kycini, Kycinii, Carolus *vel* Karolus, Luduicus *vel* Loduicus *etc. secutus codicem* 1, *reliquorum codicum variis formis in notas reiectis.*

In universum igitur monendum est, huic editioni magis quam priori codicem 1 *fundamento positum esse; a quo tamen semper recessi, cum consensus codicis* 2 *et editionis Schorkelianae, hoc ut fieret, postulabat.*

Versionem Germanicam operis Helmoldi ex textu ab I. Lappenberg parato, nondum edito, I. C. Laurent fecit in 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' t. VII. (Berlin 1852*), quam W. Wattenbach emendavit atque retractavit in eiusdem corporis editione altera vol. LVI (XII. saec. t. VIII). Versiones duae Danicae etiam editae sunt Hafniae a.* 1880. *et* 1881, *Polonica Varsoviae a.* 1862.

Berolini a. d. V. Kalendas Aprilis.

B. SCHMEIDLER.

paucis locis in prima parte operis habet Sclavi, *quod Lappenberg per totum opus recepit, ego semper* Slavi *etc. restitui.* 1) *Nonnumquam cod.* 1 *uno solo loco vel paucissimis aliis a forma nominis cuiusdam ubique sibi usitata recedit, tunc semper formam usitatam restitui.*

SS. XXI, p. 11.

*Reverendis[a] dominis ac patribus sanctae Lubecensis ecclesiae canonicis Helmoldus, ecclesiae quae est in Buzu indignus servus, debitae obedientiae voluntariam exhibitionem.

Retractavi in longa meditatione, quid operis acceptarem[1], quo matri meae, sanctae Lubecensi ecclesiae, aliquem famulatus mei[2] honorem impenderem, sed nichil aptius occurrit animo, quam ut ad laudem ipsius scribam conversionem Slavicae gentis, quorum scilicet regum sive predicatorum industria Christiana religio his in partibus primum plantata et postmodo[b] restaurata fuerit. Hortatur me ad id studium scriptorum, qui ante nos sunt, imitabilis devotio, quorum plerique propter magnum scribendi studium[c] omnibus negotiorum tumultibus renuntiarunt, ut in secreto contemplationis otio invenire possent viam sapientiae[3], preferentes eam auro obryzo (*cf. Dan.* 10, 5.) et cunctis opibus preciosis; qui etiam extendentes aciem ingenii ad invisibilia Dei et ipsis arcanis approximare cupientes plerumque supra vires laborare[4] nisi sunt. Alii autem, quorum conatus non fuit tanti, consistentes in suae dispositionis meta, auxerunt et ipsi de simplicitate sua arcana scripturarum, multaque ab ipsa constitutione mundi de regibus et prophetis et variis bellorum eventibus commentantes, super[d] virtutibus laudem, vitiis vero detestationem suis preconiis addiderunt. In huius enim seculi tenebrosa caligine, si desit lucerna scripturarum, ceca sunt omnia. Arguenda igitur est modernorum insolentia, qui de abysso iudiciorum Dei[5] multa sicut olim ita et nunc emanare videntes obturaverunt

a) *praefatio haec, quae in ceteris codicibus et S deest, a Reineccio ex cod.* 1 *edita est.* b) postmodum *L.* c) dum *sequitur R, quod reiecit L.* d) *ita R;* semper *legendum esse coniecit L.*

1) *I. e. eligerem; cf. infra c.* 52: quem sors acceptaverit. *L.* 2) *Bosau fuit parochia dioceseos Lubecensis. L.* 3) *Prov.* 4, 11: Viam sapientiae monstrabo tibi. 4) *Cf. infra c.* 42: supra vires laborare. 5) *Ps.* 35, 7: iudicia tua abyssus multa. *L.*

venas eloquentiae suae, aversi in lubricas huius vitae vanitates. Ego autem in eorum laudem, qui Slavorum provinciam diversis etatibus manu, lingua, plerique etiam in[a] sanguinis effusione illustrarunt, operis huius paginam dicandam arbitror, quorum gloria non erit obstruenda silentio, quia post excidium Aldenburgensis ecclesiae Lubecensium inclitam[b] civitatem Domino favente ad hunc decoris apicem provexerunt, ut inter omnes Slavorum opinatissimas[c] civitates haec iam caput extulerit tam rerum opulentia quam religione divina. Porro aliis omissis quae nostra etate gesta sunt, quae aut longevis viris referentibus percepi aut oculata[d] cognitione didici, statui Domino propicio cum fide perscribere, tanto sane effusius, quanto uberius suppeditat scribenda gestarum nostro tempore rerum magnitudo. Nec ad hoc opus temeritas impulsat, sed preceptoris mei venerabilis Geroldi episcopi adduxit persuasio, qui primus Lubecensem ecclesiam fecit insignem cathedra simul et clero.

INCIPIUNT[e] CRONICA SLAVORUM EDITA A VENERABILI HELMOLDO PRESBITERO.

LIBER I.

a) *ita R;* sui *emendavit L.* b) inclytam *R.* c) *ita emendavit L;* optimatissimas *R.* d) occulta *R; emendavit L.* e) *hunc capitum indicem codd.* 1 *(manu saec. XIV. vel XV. scriptum).* 1[a] *soli habent; cf. praef.*

a) *inscriptiones uncis inclusas om.* 1. 1a, *habet S.*

Edificacio civitatis Lubicanae. Cap. LVII.
[De[a] translatione monasterii Sigebergensis in Cuzelinam. Cap. LVIII].
De beato Bernardo abbate Clarevallensi. Cap. LIX.
De Conrado et Lodewico regibus. Cap. LX.
Expugnacio Lacebonae. Cap. LXI.
De Nicloto. Cap. LXII.
Combustio navium. Cap. LXIII.
De Gerlaco presbitero. Cap. LXIIII.
De obsidione Dimin. Cap. LXV.
De fame. Cap. LXVI.
De morte Edeleri. Cap. LXVII.
De duce Heinrico. Cap. LXVIII.
De Hartwigo archiepiscopo. Cap. LXIX.
De comite Adolfo. Cap. LXX.
De Nicloto. Cap. LXXI.
De Conrado rege. Cap. LXXII.
Transitus Tetmari prepositi. Cap. LXXIII.
De sepultura eiusdem. Cap. LXXIIII.
De infirmitate Vicelini episcopi. Cap. LXXV.
[De emporio Lubicensi. Cap. LXXVI].
De Evermodo episcopo. Cap. LXXVII.
Transitus Vicelini. Cap. LXXVIII.
Qualiter[b] Vicelinus cecam illuminavit. Cap. LXXVIIII.
De Geroldo Aldenburgensi episcopo. Cap. LXXX.
Consecratio Frederici imperatoris. Cap. LXXXI.
De suspendio Veronensium. Cap. LXXXII.
Concordia episcoporum Hartwici et Geroldi. Cap. LXXXIII.
Conversio Pribizlai. Cap. LXXXIIII.
De morte Kanuti. Cap. LXXXV.
De edificatione Lewenstat. Cap. LXXXVI.
Obsidio Mediolanensium. Cap. LXXXVII.
Interfectio Nicloti. Cap. LXXXVIII.
De Alberto Urso. Cap. LXXXVIIII.
Translacio Aldenburgensis episcopatus. Cap. XC.
Scisma inter Alexandrum et Victorem. Cap. XCI.
De decima Holzatensium. Cap. XCII.
Captivitas Wertezlai. Cap. XCIII.
Dedicatio Novi-monasterii. Cap. XCIIII.
Transitus Geroldi episcopi. Cap. XCV.

a) *inscriptiones uncis inclusas om.* 1. 1a, *habet S.* b) *hanc inscriptionem om. S, reiecit L. Abhinc numeri capitulorum nostrae editionis numeris prioris editionis uno maiores sunt.*

INCIPIUNT CRONICA SLAVORUM[a] EDITA A VENERABILI HELMOLDO PRESBITERO[b].

De distinctione Slavorum. Capitulum I.

Operae precium existimo in conscriptionis huius introitu[c] aliqua de Slavorum provinciis, natura, moribus hystorico[d] prelibare compendio[1], quantis scilicet ante conversionis gratiam errorum nexibus impliciti fuerint, ut per quantitatem morbi facilius agnoscatur efficacia divini remedii[2]. Slavorum igitur[e] populi multi[3] sunt habitantes in litore[f] Balthici[g] maris. Sinus huius maris ab occidentali occeano orientem versus porrigitur. Appellatur[h] ideo Balthicus, eo[i] quod[k] in modum balthei longo tractu[l] per Schiticas[m] regiones tendatur[n] usque in[o] Greciam, idemque mare barbarum seu pelagus Schiticum[m] vocatur a gentibus, quas alluit[p], barbaris. Hoc mare multae circumsedent naciones. Dani siquidem ac Sueones, quos Northmannos vocamus, septentrionale litus et omnes in eo continent[q] insulas. At litus australe Slavorum incolunt nationes, quorum ab oriente[r] primi sunt Ruci, deinde Polani[s], habentes[t] a septentrione Pruzos, ab austro[u] Boemos et eos qui dicuntur Marahi[v] sive[w] Karinthi atque Sorabi[4]. Quod *si adieceris Ungariam[5] in partem Slavaniae[x], ut quidam volunt, quia nec habitu nec lingua[y] discrepat, eo usque latitudo Slavicae linguae succrescit, ut pene careat estimatione.

Adam IV, 10. cf. II, 16. — *ib. II, 16. cf. IV, 12.* — *ib. Schol. 15.* — *p. 12. — *ib. II, 18.*

Omnes hee naciones[z] preter Pruzos Christianitatis[a] titulo decorantur[6]. Diu enim est ex[b] quo Rucia cre-

a) Slav. *semper* 1. 1a. *edd.*, *plerumque* 2, *ubi in initio operis aliquoties* Sclav.; Sclav. *semper L.* b) *inscriptionem hanc et omnes inscriptiones capitulorum om.* 2. c) initio *S. R.* d) historiaco 2. e) ergo *edd. fere constanter pro* igitur. f) littore 2. *edd. et similiter saepius.* g) balchici *et infra* balchicus *alio atramento corr.* balthic. 2, *ubi similiter saepissime correctum.* h) appellatus 1. 1a. *edd. L.* i) eo *om. S. R.* k) quot *manu C corr.* quod 1. l) tractatu 2. m) Scythic. *edd. L.* n) tendatur *bis scriptum, alterum delet.* 1. o) in *superscr.* 1. p) aluit 2. q) continentes 3; obtinent *edd.* r) orienti 2. s) Poloni 1. 1a. *edd. L.* t) habitātes *corr.* habētes 2. u) autro *corr.* austro 1. v) *sic* 2; marai *manu saec. XV. corr.* moravi 1, *et ita L*; Morahi *edd.* w) sive *om.* 4. x) Slavoniae *edd.* y) ligua, *infra* ligue *et ita saepissime* 2. z) regiones *S. R.* a) cristianitas, cristianus *saepe* 2. b) ex *om.* 2.

1) *Cf. Adami Gesta Hammaburg. eccl. pont. II*, 17: non ab re arbitramur, si de natura et gentibus Sclavaniae historico aliquid dicemus compendio. 2) innumerabilia vanarum supersticionum genera, quibus impliciti *(ita cod. 4)* sunt . . . Haec ideo commemoravi, quo prudens lector agnoscat, a quantis errorum tenebris per Dei gratiam . . sint liberati. *Adam I, 8. de Saxonibus.* 3) *Adam II*, 18: Populi (igitur *cod.* 4) Sclavorum multi. *De sequenti descriptione capitulorum* 1. *et* 2. *cf. Regel p.* 9—11. 4) *De Marahis et Sorabis vide Adami scholia* 18. 19. 5) Boemiam et eos qui trans Oddaram sunt Polanos *Adam l. l.* 6) *Cf. Adam IV*, 16: omnesque *(hae insulae)* iam Christianitatis titulo decoratae sunt.

Ad. Schol. 116. didit. Rucia autem vocatur a Danis Ostrogard[a], eo quod in oriente positus omnibus abundet bonis. Haec etiam Chunigard[1] dicitur, ib. II, 19. eo quod ibi sedes Hunorum primo[b] fuerit. Huius metropolis civitas[c] est Chue. Quibus autem doctoribus ad fidem venerint, minime compertum habeo, nisi quod in omnibus obser- 5 vantiis suis Grecos magis quam Latinos imitari[d] videntur. Nam Rucenum mare brevi [spatio[e]] in Greciam transmittit.

Pruci necdum lumen fidei cognoverunt, [tamen[e] ib. IV, 18. sunt] homines multis naturalibus bonis prediti, humanissimi erga necessitatem pacientes, qui etiam obviam tendunt his[f] 10 qui in mari periclitantur vel qui a piratis infestantur et subveniunt eis. Aurum et argentum pro minimo ducunt, pellibus habundant peregrinis, quarum odor letiferum nostro orbi superbiae venenum propinavit; et illi quidem ut i[g] stercora haec[h] habent, ad nostram credo dampnationem, qui ad marturinam vestem anhelamus quasi ad summam 15 beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quos nos appellamus faldones, illi offerunt tam preciosos martures[i]. Multa poterant dici de hoc populo laudabilia in moribus, si haberent solam fidem Christi, cuius predicatores inmaniter persecuntur. Apud illos martyrio coronatus est illustris Boemiae episcopus Adelbertus. Usque hodie pro- 20 fecto inter illos, cum cetera omnia communia sint cum nostris, solus prohibetur accessus lucorum et fontium, quos autumant pollui Christianorum accessu. Carnes iumentorum pro cibo sumunt, quorum lacte vel cruore utuntur in potu, ita ut inebriari dicantur. Homines hii cerulei, facie rubea et criniti. Preterea inaccessi paludibus, nullum 25 inter se dominum pati volunt.

Ungarica gens validissima quondam[k] et in armis[l] strennua, ipsi etiam Romano imperio formidolosa. Nam post Hunorum atque Danorum strages tercia Ungarorum desevit irruptio[2], omnia finitima regna vastans atque colli- 30 dens. Collecto enim inmenso exercitu bellica manu[m] omni Bawaria sive[n] Suevia potiti sunt. Preterea loca Reno[o] contigua depopulati sunt; Saxoniam quoque usque ad occeanum Britannicum igne[p] atque cruore compleverunt[3]. Quantis autem imperatorum laboribus et Christiani exercitus 35 dispendio[q] subnervati[4] fuerint et divinis legibus subacti, multorum habet noticia et publicae locuntur[r] hystoriae. *p.

Charinthi[s] confines sunt Bawaris, homines divino

a) astrogard 2. b) primo *om.* 4? *S. (R).* c) civitat *corr.* civitas 1. d) unitari 1. e) *uncis inclusa solus habet* 4. f) hiis 2. *L.* g) ut *S. R.* h) hec *eadem* 40 *manu superscr.* 1. i) martires 2. k) ualidissima. quondam *distinctum in* 1. l) annis *alia manu corr.* armis 2. m) bell. manu *om.* 4? *S. (R).* n) et *S. R.* o) reni 2; Rheno *edd.* p) igni *edd. L.* q) o *alia, ut videtur, manu superscr.* 1. r) loquuntur historie 2. *L.* s) Carinthi 2; Karinthi *L.*

1) *A Saxone Gramm. urbs illa [immo pars Russiae] vocatur* 45 *Cōnogardia [edd. Müller et Velschow I, p.* 240, *n.* 3*]. L.* 2) irruptio Ungrorum *Adam I,* 52. *L.* 3) *Cf. infra c.* 8. *L.* 4) subnervati *v. etiam c.* 12 *in. [infra p.* 24, *l.* 8*] et c.* 25. *L.* Subnervare equos [curruum iugales] *quater occurrit in Biblia.*

cultui dediti, nec est ulla gens honestior[a, 1] et in cultu Dei et sacerdotum veneratione devocior.

Boemia[b] habet regem et viros bellicosos, plena est ecclesiis et religione divina. In duos disterminatur epi-
5 scopatus, Pragensem et Olomucensem.

Polonia magna Slavorum provincia, cuius terminum in Ruciae regnum dicunt connecti, et dividitur in octo episcopatus; quondam habuit regem, nunc autem ducibus gubernatur; servit et ipsa sicut Boemia sub tributo
10 imperatoriae[c] maiestati[d]. Est autem Polonis atque Boemis eadem armorum facies et bellandi consuetudo[e]. Quociens enim ad externa bella vocantur, fortes quidem sunt in congressu, sed in rapinis et mortibus crudelissimi; non monasteriis, non ecclesiis aut cimiteriis par-
15 cunt. Sed nec alia ratione extraneis bellis implicantur, nisi condicionibus admissis, ut substantiae, quas sacrorum locorum tuicio[f] vallaverit, direptionibus[g] publicentur. Unde etiam contingit, ut propter aviditatem predarum amicissimis sepe abutantur ut hostibus, ob
20 quod rarissime ad quaslibet bellorum necessitates asciscuntur[h]. Haec de Boemis atque Polonis et ceteris orientalibus[i] Slavis dicta sufficiant.

Ad. IV, 13.

De civitate Vinneta[k]. II.

Ubi igitur Polonia finem facit, pervenitur ad am-
25 plissimam Slavorum provinciam, eorum qui antiquitus Wandali, nunc autem Winithi[l] sive Winuli appellantur. Horum primi sunt Pomerani, quorum sedes portenduntur[m] usque ad Odoram[n]. Est autem Odora ditissimus amnis Slavicae regionis et oritur in profundissimo saltu Marahorum[o], qui sunt ab
30 oriente Boemiae, ubi et Albia sortitur principium. Nec[p] longis ab invicem distant spaciis, sed[q] diverso currunt meatu. Albia enim in occasum ruens primo *impetu Boemos alluit cum Sorabis, medio cursu Slavos[r] dirimit a Saxonibus, novissimo Hammemburgensem[s] parrochiam dividens[t] a Bremensi victor occeanum in-
35 greditur Britannicum. Alter fluvius, id est Odora, vergens in boream transit per medios Winulorum populos, dividens Pomeranos

Ad. II, 18. — *ib. Schol. 15.* — *ib. II, 19.* — *p. 13.

a) honestice 2. b) Bohemia 2. c) imperatore *a librario corr.* imperatorie 1. d) magestati 2. e) consuetuto *alio atram. corr.* consuetudo 1. f) iicio 2. g) directionibus 2. h) assis|scuntur 2; adscisc. *edd. L.* i) *seq.* sclauibus *delet.* 2. k) *sic*
40 *hoc loco* 1. 1a; *cf. infra p.* 8, *n.* c, *p.* 32, *n.* d. l) vinithi 2. m) *ita* 1. 1a. 2. *edd.*; portenditur 4; protenduntur *L.* n) odera 2. *L*, *et similiter saepius.* o) marahorum *manu saec. XV. corr.* maravorum 1. p) Hec *alia manu corr.* Nec 2. q) sed *om.* 1. 1a. r) sclauorum *alio atram. corr.* sclauos 2. s) Hammenburgensem *edd. fere constanter.* t) dividens parrochiam *edd.*

45 1) nulla gens honestior *infra p.* 8, *l.* 11. *ex Adamo.*

Ad. II, 19. a Wilzis. In cuius ostio[a], qua[b] Balthicum alluit pelagus[1], quondam fuit nobilissima civitas Iumneta[c], prestans celeberrimam stacionem barbaris et Grecis, qui sunt in circuitu. De cuius preconio urbis, quia magna quaedam et vix credibilia recitantur, libet aliqua commemorare digna relatu. Fuit[2] sane maxima omnium, quas Europa claudit, civitatum, quam incolunt Slavi cum aliis gentibus permixtis[d], Grecis et barbaris. Nam et advenae Saxones parem cohabitandi[e] licentiam acceperunt, si tantum Christianitatis titulum ibi commorantes non publicassent. Omnes enim usque ad excidium eiusdem urbis[3] paganicis[f] ritibus oberrarunt, ceterum moribus et hospitalitate nulla gens honestior aut benignior potuit inveniri. Civitas illa mercibus omnium nacionum locuples nichil non habuit iocundi aut rari. Hanc civitatem opulentissimam quidam Danorum rex maxima classe[g] stipatus funditus evertisse refertur[4]. Presto sunt adhuc antiquae illius *ib.* civitatis monimenta[h]. Ibi cernitur Neptunus[i] triplicis naturae: tribus enim fretis alluitur illa insula, quorum aiunt unum esse viridissimae[k] speciei, alterum subalbidae, tercium motu furibundo perpetuis sevit tempestatibus.

ib. II, 18. Sunt et alii Slavorum populi, qui inter Odoram[l] et Albiam degunt longoque sinu ad austrum portenduntur[m], sicut Heruli[n] vel Heveldi[o], qui sunt iuxta Habolam fluvium et Doxam[p], Leubuzi et Wilini, Stoderani cum multis aliis. Post Odorae igitur lenem meatum et varios Pomeranorum populos ad occidentalem plagam occurrit Winulorum provincia, eorum qui Tholenzi[q] sive Redarii dicuntur; civitas eorum *ib.* vulgatissima Rethre, sedes ydolatriae. Templum ibi magnum constructum demonibus, quorum princeps est Redegast. Simulachrum[r] eius auro, lectus[s] eius[t] ostro paratus. Civitas ipsa novem habet portas undique lacu profundo inclusas, pons ligneus transitum prebet[u], per quem tantum sacrificantibus aut responsa petentibus via conceditur. Deinde venitur ad Cyrcipanos[v] et Kycinos, quos a Tholenzis[w] et Rederis[x] separat flumen Panis[y] et civitas Dimine. *ib. Schol. 17, cod. 3.* Kycini[z] et Circipani[a] cis Panim[b], Tholenzi[c] et Redari trans Panim habitant. Hii quatuor populi a fortitudine Wilzi[d] sive Lutici appel- *ib. II, 18.* lantur. Ultra illos sunt Linguones et Warnavi. Hos secuntur[e] Obotriti[f], civitas eorum[g] Mikilinburg. Inde versus nos Polabi, civitas

a) hostio 1[a]. 2. b) qua *alio atramento mutatum* quo 2. c) iumta (iumenta) *a librario corr.* ūineta (vinneta) 1 *et ita* 1[a]. *R. B;* ninuieta 2; Immuueta 4; Vimneta *S.* d) permixti *legendum esse coniecit L.* e) cohabit. parem *signis transposita* 2. f) paganis *statim a librario corr.* paganicis 1; ci *alio atram. superscr.* 2. g) classe *in loco raso* 1. h) monumenta 2. *edd. L.* i) neptimus, *apex super* i *eras., ut legatur* neptunus 1; neptū⁹, *in marg. alia manu corr.* neptimus 1[a]. k) vir. esse *edd.* l) oderam 2. *L;* Albiam et Odoram *edd.* m) protend. 1[a]. *L.* n) herili *manu C corr.* heruli 1. o) eueldi, *littera* h *manu C superscr.* 1; sicut Heveldi *Adam,* H. vel Heruli *Adami codd.* 1. 6. p) *ita Helmoldi codd. et edd. cum Adami cod.* 4; Doxani *restituit L.* q) tholenzi *in loco raso* 1. r) Simulacrum 2. *edd. L.* s) lectu *corr.* lectu' 1. t) eius *om. S. R, deest Adamo.* u) prebet trans. 2. v) curipanos *a librario corr.* circip. 2; Circip. *edd. L.* w) tholensis 2. x) Redaris *L.* y) Penis *S.* z) Kicini 1. 1[a]. a) curip. 2. b) cispanim *mutatum* cispanini 1, *et ita* 1[a]. c) theolenzi 1. 1[a]. d) wilei *a librario corr.* wilzi 1. e) sequuntur 1[a]. 2. *edd.* f) obotrici 1. 2. g) illorum 1[a]. *S. R.*

1) Balthicum pelagus *apud Adamum l. l.* Scyticas paludes; *cf. ibid. IV,* 20. *L.* 2) Est *Adam II,* 19. 3) Adhuc *Adam l. l.* 4) *Cf. schol.* 57. *ad Adam. II,* 74. *L.*

eorum Racisburg. Inde transitur fluvius[a] Travena in nostram *Ad. II, 18.* Wagirensem provinciam. Civitas huius provinciae quondam *ib.* fuit Aldenburg maritima. Sunt et insulae Balthici[b] maris, *ib. IV, 18.* quae incoluntur a Slavis, quarum una[c] Vemere[d] vocatur. Haec opposita est Wairis[e], ita ut videri possit [ab] Aldenburg[f]. Altera insula, longe maior, est contra Wilzos posita, quam incolunt Rani, qui et Rugiani[g], gens fortissima Slavorum, qui soli habent regem[1], extra quorum sententiam nichil agi de publicis rebus fas est, adeo metuuntur propter familiaritatem deorum vel pocius demonum, quos maiori pre ceteris cultura venerantur. Hii igitur sunt Winulorum populi diffusi per regiones et provincias et insulas[h] maris. Omne[i] hoc hominum genus ydolatriae cultui deditum, vagum semper et mobile, piraticas exercentes predas, ex una parte Danis, ex altera Saxonibus infestum. Sepius igitur multisque modis magnorum imperatorum atque sacerdotum sollertia temptatum[k] est, si gentes istae rebelles et incredulae possent aliquatenus ad agnicionem divini[l] nominis et credulitatis gratiam adduci.

Quomodo Karolus Saxones ad fidem convertit[m]. III.

Inter omnes ergo strennuos Christianae fidei propagatores, qui pro fidei suae[n] merito laudabilem adepti sunt principatum, gloriosissimus semper elucet Karolus, vir[o] omnium scriptorum[p] preconiis attollendus et in fronte statuendus[2] eorum, qui pro Deo[q] in partibus aquilonis laboraverunt. Ipse enim Saxonum gentem ferocissimam[r] atque rebellem ferro perdomuit et[s] Christianis legibus subegit. Saxones autem vel[t] Thuringi itemque *Ad. I, 9.* ceterae quae iuxta Renum sunt nationes ex antiquo Francis tributariae leguntur. Quibus deinde a regno eorum deficientibus Pipinus, genitor Karoli[u], bellum intulit, quod tamen filius maiore felicitate peregit. Longo igitur tempore bellum adversus Saxones profligatum[v] est, quod magna[w] utrimque[x] animositate, tamen maiori[y] Saxonum quam Francorum dampno per continuos triginta[z] tres annos gerebatur. Poterat

a) fluuius *alia manu superscr.* 1. b) balthei 1. 1a; Baltei *S.* c) una *alia manu superscr.* 2. d) Fembre 4 *cum Adamo;* Fimbre *exc. Vindobon.* e) Wagiris *K. B. L.* f) ab Ald. 4 *et exc. Vindobon. cum Ad.* g) Ruiani 1. 1a. *L.* h) et insulas *om. S. K.* i) Omne enim 2. *B.* k) tpatū (temperatum) *delet. et in marg. alia manu coaeva corr.* teptatū 2. l) divine *corr.* divini 1. m) converterit *S.* n) siue *corr.* sue 1. o) vir *manu C in marg. suppl.* 1. p) torum *manu C in spatio vacuo suppl.* 1. q) Domino *S. R.* r) ferotissimam 1. s) et *om.* 1. 1a. t) et 2. *B.* u) caroli *eodem atram. corr.* karoli 1; Caroli *edd. saepius.* v) profliglatum 2. w) magno 1. 1a. x) Utruqȝ 2. y) merori *statim corr.* maiori 1; maiori tamen *edd.* z) triginta *in loco raso* 1.

1) qui — regem *ex Adami schol.* 117. 2) *Cf. infra c.* 74: statuentes eum in fronte eorum.

Ad. I, 9. siquidem[a] cicius finiri, si Saxonum hoc pertinacia[b] pateretur[c], qui libertatem armis tueri malentes Francorum terminos usque
ib. I, 15. ad Renum vastabant[1]. Nullis itaque fere annis[d] a bello vacantibus, tandem Saxones ita profligati leguntur, ut ex hiis qui utrasque ripas[e] Albiae incolunt decem milia hominum cum mulieribus et parvulis in Franciam translati sint[f]. Et hic annus est diuturni Saxonum belli tricesimus tercius, quem Francorum hystorici *ponunt memorabilem, *p. 14.*
ib. I, 12. scilicet Karoli imperatoris tricesimum septimum, quo[2] Widekindus[g] incentor rebellionis[h], deposita tyrannide, imperio subiectus est[i] baptizatusque est ipse cum aliis Saxonum magnatibus; et tunc
ib. I, 13. demum Saxonia in provinciam redacta est. Hac itaque in bellis victoria potitus fortissimus Karolus non in se, sed in domino Deo exercituum confisus est, fortia gesta sua gratiae ipsius adiumentis attribuens. Qui etiam magna usus industria Saxonum populos, licet male meritos, statuit supernae mercedis intuitu omni debito[k] censu absolvere atque pristinae libertati condonare[3], ne forte serviciis aut[l] tributis pregravati ad rebellionis necessitatem et paganismi[m]
ib. I, 10. errores impellerentur. Porro ea condicio a rege proposita et ab ipsis suscepta est, ut abiecto demonum cultu Christianae fidei
ib. I, 13. sacramenta susciperent essentque tributarii et sublegales[n] domini Dei[o], omnium iumentorum suorum et fructuum culturae seu nutriturae
ib. I, 10. suae [decimas[p]] sacerdotibus legaliter offerentes et Francis adunati[q]
ib. I, 12. unus cum eis populus efficerentur. Divisa est igitur Saxonia in octo episcopatus et dignissimis pastoribus[4] subiecta, qui ad imbuendas rudes in fide animas verbo et exemplo sufficerent. Quibus etiam huius vitae stipendia[5] memoratus cesar multo honore, plena denique munificentia providit. Perfectum est igitur in Saxonia novellae plantationis opus
ib. I, 13. et pleno vigore constabilitum. Sed et Fresonum[r] agrestes
ib. I, 12. ipso[s] tempore receperunt Christianae fidei gratiam. Ex[t]

a) quidem *edd.* b) pertin. hoc *edd.* c) poteretur 2. d) armis 2. e) rapas *a librario corr.* ripas 1. f) sunt 1. 1a. *Adami cod.* 3. g) *alterum* d *e corr.* 1. h) reb. inc. *edd.* i) est *om. R. B.* k) dedito 2. l) atȝ (atque) 2. m) paganissmi 1. n) subiugales *edd.* o) d'n *radendo corr.* d'i 1. p) decimas *ex* 4, *ut videtur, restituit R, om.* 1. 1a. 2. 3. *S, qui substituit* partem. q) aduriati *corr.* adunati 1; adiurati *S. R.* r) frisonum 1. 1a. *L.* s) illo *edd. L.* t) Et *alio atramento corr.* Ex 2; Et 3. *B.*

1) *Cf. Adam I,* 12: cum Widichind . . Francorum terminos usque ad Renum vastabat. 2) *Iam a.* 785, *non demum a.* 804. *Widukindus Christianus effectus est. Vide de hoc Helmoldi errore Voelkel p.* 24; *Hirsekorn p.* 12; *Regel p.* 12; *Schirren p.* 247. *Sed re vera Helmoldus videtur adhibuisse Vitae S. Willehadi c.* 8. *(SS. II, p.* 383*) verba haec:* incentorque perfidiae Widukindus eodem anno regi se subdens Karolo baptismi est gratiam consecutus. 3) *Verba mediis litteris expressa ad verbum fere ex tabula Karoli regis (Adam I,* 13*) assumpta, sed in narrationem conversa sunt.* 4) Mogontino et Coloniensi archiepiscopis *Adam l. l.* 5) Ad . . . stipendia Dei servorum *rex Karolus* partem . . . Fresiae . . . eidem Bremensi ecclesiae . . . delegavit retinendam, *ut ipse protestatur in tabula laudata.*

tunc igitur preparatum est iter predicatoribus verbi Dei[a] *Ad. I, 12.* trans Albiam[1], ieruntque[b] angeli veloces[2] annuntiare ewangelium pacis in universam latitudinem aquilonis. Quo tem- *ib. I, 15.* pore, cum Slavorum quoque gentes Francorum imperio subicerentur, fertur Karolus Hammemburg civitatem Nordalbingorum, constructa ibidem ecclesia, Heridago cuidam sancto viro, quem loci episcopum designavit, regendam commisisse, proponens eandem Hammemburgensem[c] ecclesiam cunctis Slavorum Danorumque gentibus metropolim[d] statuere. In qua re ad perfectum ducenda et mors Heridagi[e] presbiteri et occupacio bellorum Karolum imperatorem, ne desiderata compleret, prepedivit. Idem enim[f] victoriosissimus princeps, *ib. I, 16.* qui omnia regna Europae[g] subegerat, novissimum cum Danis bellum suscepisse narratur. Nam Dani et ceteri[h] qui trans Daniam sunt populi ab hystoricis Francorum Northmanni vocantur. Quorum* rex Godefridus, iam antea Fresis[i], itemque Nordalbingis, Obotritis[k] et aliis[l] Slavorum populis tributo subactis, ipsi[m] Karolo bellum minatus est. Haec dissensio[n] maxime voluntatem imperatoris de Hammemburg retardavit. Tandem extincto[o] celitus Godefrido[p] Hemming[q] ei successit, patruelis[r] eius, qui mox pacem cum imperatore faciens Egdoram fluvium accepit regni terminum.

Nec multo post Karolus presenti vita decessit[s], vir tam in divinis quam in humanis rebus probatissimus primusque, qui de Francorum regno ad imperium meruit provehi. Nam *V. Willeh. c. 5.* cesarea[t] dignitas[3], quae post Constantinum in Grecia, urbe scilicet Constantinopoli, multis etatibus laudabiliter viguit, deficientibus inibi regalis prosapiae viris, adeo concidisse dinoscitur, ut res publica, cui in primitivo vigore insimul tres consules vel dictatores aut certe cesares[u] vix sufficiebant, muliebri tandem condicione gubernaretur. Consurgentibus igitur[v] undique adversus imperium rebellibus, cum omnia pene Europae regna ab imperio defecissent, ipsa quoque mater orbis Roma finitimis bellis attereretur, nec esset defensor, placuit apostolicae sedi[4] sollempne[w] sanctorum adunari

*) *Signo ad* Quorum *posito huc referuntur verba scholii in cod.* 1 *in. marg. adscripta:* Hic primo ponitur error dicencium Thetmarcos a tempore Karuli Magni nullius dominio mansipatos.

a) Dei *om.* 1. 1a. 3. *S. R.* b) exieruntque *edd. L.* c) hāmemburgensen 1; hāmenburgensem *h. l.* 2. d) metropolē 2. e) dagi *in loco raso* 1; hendagi 2. f) etiam 4. *L.* g) Europae regna *edd.* h) ceteri *om.* 4? *S. (R).* i) frisis 1. 1a. *L.* k) obotricis 2. l) aliorum 2. m) ipso 1. 1a. n) dissencio 1. o) excincto 1. p) godofrido 2. q) heminig *vel* hemirug 1; hennig 1a; henming *(vel* hemmug *vel* hemning?*)* 2; Henning *edd.* r) patuelis *a librario corr.* patruelis 1. s) descessit 2. t) cesaria 2. u) dict. vel caesares *edd.* v) ergo *edd. L.* w) sollēne *hic et similiter saepe* 2.

1) Willehadus . . . primus omnium doctorum . . Transalbianos populos ad Christianam fidem provocavit *Adam l. l.* 2) *Is.* 18, 2: Ite angeli veloces ad gentem convulsam. 3) *De Vita Willehadi ab Helmoldo exscripta vide Voelkel p.* 37. 4) *Apostolicae sedis in Vita Willehadi nulla fit mentio.*

concilium[a] et de generali necessitate commune participare consilium. Omnium ergo votis, omnium laudatione insignis Francorum rex Karolus corona[b] Romani imperii sublimatus est, eo quod ipse fidei merito et potestatis gloria nec non etiam[c] bellorum victoriis neminem in orbe videretur[d] habere consortem; atque in hunc modum cesareum nomen de Grecia translatum est in Franciam.

De divisione regni. IIII.

Postquam igitur Karolus Francorum rex et Romanorum imperator augustus cum magno bonorum fructu ad celos emigravit, Loduicus[e] filius eius ei successit[f] in regnum. Qui paternis per omnia votis[g] concordans eadem liberalitate, qua pater eius, erga cultum domus[1] Dei et omnem clerum usus est, amplissimas regni divicias ad decorem et gloriam ecclesiae intorquens, in tantum ut episcopos, qui propter animarum regimen principes sunt celi, ipse eosdem nichilominus[h] principes efficeret regni. *Hic ubi super Hammemburg patris sui comperit votum, communicato statim[2] sapientum consilio sanctissimum virum Anscarium[i], quem etiam[k] aliquando[m] ad Danos et Suedos predicatorem direxerat, Hammemburgensi ecclesiae ordinari fecit archiepiscopum, statuens eandem civitatem metropolim universis borealibus populis, ut legatio verbi Dei exinde uberius pullularet in omnes barbaras naciones[m]. Quod et factum est. Nam Hammemburgensis ecclesiae pontificum instantia disseminatum[3] est verbum Dei in omnes Slavorum, Danorum sive Northmannorum[n] populos[4], et dissolutum est gelidum illud frigus aquilonis[5] a calore verbi Dei. Multis itaque diebus sive annis maximisque doctorum laboribus in gentibus his[o] desudatum est; tanta enim fuit opacitas errorum et difficultas silvescentis ydolatriae, ut nec subito nec facile potuisset evinci. Sed et bellorum variae tempestates

a) consilium 1. 1[a]. 2. b) corana *corr.* corona 1. c) etiam *om. edd.* d) videretur in orbe hab. 2. e) Lodewicus 2. *L;* Ludovicus *edd.* f) successit ei *edd. L.* g) vocis *alio atram. corr.* votis 1. h) nichilom. eosdem 2. i) ancharia *corr.* anschariū 1, *sed infra semper* anscar. k) et *S.* l) atn *alia manu in marg. suppl.* 2. m) nasciones, s *expunct.* 1. n) northinannorum 1; Nortmann. *edd.* o) hiis 2.

1) *Cf. infra p.* 39, *n.* 6. 2) *Minime statim, sed cf. Adam I,* 17: Ludewicus voluntatem patris oblitus; *I,* 18: Tunc imperator . . . habito . . consilio . . votum parentis implere cupiens. 3) *Gen.* 9, 19: disseminatum est omne genus . . . super universam terram. 4) *Cf. Adam I,* 19. *in., c.* 20—23. *passim.* 5) gelidum — aquilonis *et infra II,* 14.

post obitum piissimi Loduici[a] latius emergentes vocacionem gentium non modice retardaverunt[b]. Illo siquidem ex hac luce subtracto orta sunt intestina bella, quatuor scilicet filiis eius propter principatum conten-
5 dentibus. Multa itaque inter[c] fratres orta est discordia bellumque maximum, in quo, ut hystorici testantur, omnes Francorum gentes consumptae sunt. Tandem mediante papa Sergio discordia sedata est, regnumque divisum est in quatuor[1] partes, ita[d] ut Lotharius[e] maior natu cum Italia[f] Romam, Lotharingiam[e] cum Bur-
10 gundia possideret, Loduicus[a] Renum cum Germania, Karolus Galliam, Pipinus Aquitaniam. *Ad. I, 24.*

De profectione sancti Anscarii in Suecia. V. capitulum.

Ea[g] igitur tempestate, qua germana[h] discordia
15 maximos bellorum motus et diminucionem scisso imperio parturivit, multos ad rebellionem oportunitas temporis adduxit. Inter quos primi vel precipui Danorum populi, viribus et armis prepotentes, prius quidem Slavos, itemque Fresones tributis subiciunt, dehinc classe piratica per
20 Renum subvecti Coloniam obsederunt[i], per Albiam Hammemburg funditus exciderunt. Inclita civitas et recens ecclesiae structura[2] tota incendio disperiit, quin et Nordalbingorum[*] provincia[3] et quicquid[k] flumini contiguum fuit barbarorum direptionibus cessit. Saxonia magno terrore concussa
25 est. Sanctus autem Anscarius[l] Hammemburgensis archiepiscopus et ceteri predicatores[4] in Slaviam sive in[m] Daniam destinati magno persecutionis fervore sedibus suis pulsi sunt et usquequaque dispersi. Loduicus[a] igitur, cui Germaniam cessisse supra dictum est[5], glorioso geni-
30 tori suo nomine et pietate per omnia similis, defectum Hammemburgensis ecclesiae taliter resarcire studuit, ut Bremensis sedes, quae tunc defuncto pastore vacabat[n], Ham- *ib. I, 23.* *V. Ansk. c. 23.*

*) *In marg. manu saec. XV. adscriptum* 1: hic patet secundo suppressio Thetmarcorum.

35 a) Lodewic. 2. *L;* Lodouic. *S;* Ludouic. *semper R. B.* b) retardarunt *edd.* c) iter *a librario superscr.* 1. d) Ita *alia manu superscr.* 2. e) lochar. 2. f) ytalia *semper* 2. g) *littera* E *praeformata minio non illuminata est* 1. h) germania 1. 1[a]. *S.* i) o *in loco raso* 1, *ubi* p *eras.* k) quitquid 1. l) anscharius *saepe* 2. m) in *om.* 1. 1[a]. *edd.* n) nacab. *radendo corr.* uacab. 1.

40 1) tres *Adam l. l.* 2) *Cf. infra c.* 55. *in.* 3) *Vide infra p.* 14, *n.* 3. *Sequentibus similia sunt verba Adami I,* 57. *de persecutione Danorum (Helmold. c.* 8, *infra p.* 19*). Haud scio an Helmoldus hanc persecutionem perperam huc retulerit.* 4) *Cf. Vitae Anskarii auct. Rimberto c.* 16. 17. 5) *Supra c.* 4. [*l.* 10]. *L.*

[*V. Ansk. c. 23.*] memburgensi ecclesiae adiceretur[a], essentque de cetero non duae parrochiae, sed una[1]. Quia enim utraque civitas propter piratarum[b] incursus plena fuit periculis, utile fuit unam alterius ope levari atque foveri mutuo. Accepto[c] igitur super hac re apostolicae sedis mandato ad effectum perducta sunt omnia, quae fuerant animo pii principis digesta. Unitaque est ecclesia Bremensis Hammemburgensi, et recepit [*Ioh. 10, 16.*] sanctus Anscarius utramque regendam, factumque est *unum ovile et unus pastor*. Post non multum vero[d] temporis, furore Danorum aliquantulum sopito, ceperunt reedificari diruta[2] Hammemburgensis urbis, et Nordalbingorum[e] po- [*V. Ansk. c. 24.*] puli ad proprias sedes reversi sunt[3]. Pontifex quoque Anscarius cesaris legacione functus regem Danorum[4] frequenter adiit, ubi pro commodis utriusque regni et pacis stabilitate[f] strennue agens multam[g] apud regem, licet gentilem, familiari- [*Ad. I, 27.*] tatis gratiam pro fidei suae[h] reverentia consecutus est. Cui etiam [rex[i]] facultatem attribuit ecclesiam statuendi in Sleswich et Ripe[5], prebita prius licentia, ne quis volentes baptizari[k] et Christianis legibus uti prepediret[l]. Nec [*ib. I, 31.*] mora, sacerdotes[6] ad hec explenda[m] directi sunt. Procedentibus itaque sensim divinae gratiae incrementis in gente [*ib. I, 28.*] Danorum[7] cepit[8] memoratus pontifex magno desiderio assurgere ad Sueonum conversionem. Hoc iter arduum per se ipsum aggressus petiit litteras et nuntium regis Danorum, profectusque[n] cum multis navali[o] itinere pervenit ad Byrcam principalem Suediae civitatem[9]. Ubi multo favore et leticia exceptus est fidelium, quos ipse quondam[10] ante pontificatus honorem illo predicator directus Christo

a) diceretur *a librario corr.* [a]diceretur 1. b) piratorum 2. c) Accepta 2. d) vero *om. S. R.* e) *in marg. manu saec. XV.* 1: intellige bene. f) stabilimento *S. R.* g) multū 1. 1[a]. h) sui 2. i) rex *om.* 1. 1[a]. 2. *S; R hoc verbum in 2 se invenisse perperam contendit.* k) baptisari 2. l) impediret *edd.* m) exepla 2. n) profectoq; 1. 1[a]. o) nauili *manu C corr.* nauali 1.

1) *Vide bullam Nicolai I. papae a.* 864. *Maii* 31 *[Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 2759*] datam. L. Helmoldum non bullam ipsam inspexisse, sed partem eius, quam Rimbertus in Vita Anskarii tradit, probavit Regel p.* 18—22. 2) *Actus apost.* 15, 16: diruta eius reaedificabo. 3) *Adam I,* 25: (Anscarius) . . . Nordalbingos in fide reformavit, quos ante persecutio turbavit. 4) *Horicum. Praeter Vitae Anskarii c.* 24. *cf. Adam I,* 27. 5) *Ut ecclesia Ripis aedificaretur, concessit Horicus iunior, Adam I,* 31. 6) *Rimbertus secundum Adam. l. l.* 7) Sicque crevit in eodem loco Dei miseratio, et ad fidem Domini populi conversa est multitudo *Vita Anskarii c.* 24. 8) *Cf. etiam Vitae Anskarii c.* 25, *ex quo Adam verba sua mutuatus est.* 9) *Cf. Adam IV,* 20: noster metropolitanus statuit Bircam illis gentibus metropolem. *Infra c.* 8, *p.* 20. 10) *Hoc narrat Adam I,* 17, *et Helm. iam supra p.* 12, *l.* 21 *sq. inde exscripsit.*

acquisierat, obtinuitque apud regem, ut volentibus Christianitatis[a] (*Ad. I, 28.*) assumere titulum libera pateret facultas. Dato ergo in Suedia[b] episcopo[1] et sacerdotibus, qui vice sua *(*p. 16.) divinas res et populi salutem curarent, et singulos ad fidei perseverantiam adortatus[c], reversus est ad propriam sedem. Ab eo igitur tempore iactum semen verbi Dei in populis Danorum atque Sueonum uberius fructificare cepit. Quamvis enim in eisdem gentibus multi postmodum tiranni[2] surrexerint[d], qui crudelitatem suam non solum in Christicolas[e] suae gentis, sed etiam in exteras naciones[f] extenderint[g], datur tamen intelligi Christianitatis titulum post primum fundacionis suae tempus in Dania sive Suedia eo usque convaluisse, ut, et si persecucionum procellis impellentibus aliquando titubaverit, numquam tamen penitus exciderit[3].

De conversione Ruianorum. VI.

Inter omnes autem borealium nacionum populos sola Slavorum provincia remansit ceteris durior atque ad credendum tardior. Sunt autem multi, ut supra (*cf. Ad. II, 18.*) dictum[4] est, Slavorum populi, quorum hii qui dicuntur Winuli sive Winithi magna ex parte respiciunt Hammemburgensem parrochiam. Nam[5] preter[h] honorem metropolitanae sedis, qua omnes naciones sive regna complectitur aquilonis, habet utique Hammemburgensis ecclesia (*ib. II, 15.*) prescriptos terminos suae parrochiae, ultimam scilicet[i] partem Saxoniae, quae est trans Albiam et dicitur Nordalbingia[k], continens tres populos, Thethmarcos[l], Holsatos, Sturmarios[m]. Inde extenduntur termini ad Winithos, eos scilicet qui (*ib. II, 18.*) dicuntur Wagiri, Obotriti[n], Kycini, Circipani, et usque ad flumen Panim et[o] urbem Dimin. Ibi est limes Hammemburgensis parrochiae. (*cf. ib. IV, 13.*) Non caret igitur admiracione, quod dignissimi

a) xpianitas *a librario corr.* xpianitatis 1. b) suedia 2. c) adoratus *manu C corr.* adortatus 1. d) tyr. surrexerunt 1[a]. 2. e) criscolas 2. f) nascoēs, s *eodem atram. expunct.* 1. g) extenderunt *S.* h) peter 2; propter 3. i) videlicet 2. k) *in marg. manu saec. XV.* 1: hic habes intellectum. *Cf. supra p.* 14, *n.* c. l) Tethmarsos 3. 4? m) Stormarios *edd.* n) Obotrici 2. o) ad 1. 1[a].

1) *Erimberto.* 2) *Quorum nomina profert Adam I,* 54. 63. 3) *De Sueonibus omnino contrarium dicit Adam I,* 63, *scilicet* Sueones . . Christianae religionis penitus obliti, *et infra:* Sueones igitur et Gothi a sancto Ansgario primum in fide plantati iterumque ad paganismum relapsi. *At de Danis I,* 54: Nobis hoc scire sufficiat . . . . Christianitatem in Dania, quae a sancto Anscario plantata est, aliquantulam remansisse, non totam defecisse. 4) *P.* 5, *l.* 10. 5) *Cf. Adam II,* 15. *circa finem.*

presules et ewangelici[a] predicatores, Anscarius, Reimbertus[b] et sextus[1] in ordine Unni[c], quorum in conversione gentium ingens claruit studium, Slavorum curam tantopere dissimulaverint[d], ut nec per se nec per ministros aliquem in eis fructum fecisse legantur. Effecit hoc, ut estimo, populi huius invincibilis[e] duricia, non autem predicatorum torpor, quibus animus circa vocationem[f] gentium adeo fuit affectus, ut nec opibus nec vitae pepercerint[g]. Tradit enim veterum antiqua[h] relacio[2], quod[i] temporibus Loduici[k] secundi egressi fuerint de Corbeia[l] monachi sanctitate insignes, qui Slavorum salutem sitientes[m] impenderunt[n] se ipsos ad subeunda pericula et mortes pro legacione verbi Dei. Peragratisque multis Slavorum provinciis[o] pervenerunt ad eos[p] qui dicuntur Rani sive Rugiani[q] et habitant in corde maris[3]. Ibi fomes est[r] errorum et sedes ydolatriae. Predicantes itaque verbum Dei[s] cum omni fiducia omnem illam insulam lucrati sunt, ubi etiam oratorium fundaverunt in honorem domini ac salvatoris nostri Iesu Christi et in commemoracionem sancti Viti[t], qui est patronus Corbeiae[u]. Postquam autem, permittente Deo mutatis[v] rebus, Rani a fide defecerunt, statim pulsis[w] sacerdotibus atque Christicolis religionem verterunt in supersticionem. Nam sanctum Vitum[x], quem nos martirem ac servum Christi confitemur, ipsi pro Deo venerantur, creaturam anteponentes creatori[4]. Nec est ali-

a) ewangelice 1. 1a, *corr.* -lici 1a. b) Reinbertus 2. c) wnni 2. d) dissimulauerunt 2. e) invinsibilis *a librario corr.* invincibilis 1; incredibilis *edd.* f) uo *in loco raso* 1; vocat. *om.* 2. g) pepercerunt 2. h) aliq̄ (aliqua) *manu C corr.* atiq̄ (antiqua) 1. i) quot *manu C corr.* quod 1. k) Lodewici 2. *L;* Lodouici *S.* l) corbea 1; Corueia 2. *edd.* m) scicientes 1. n) inpenderent 2. o) populis 3. p) illos 2. q) Ruiani 1, 1a. *L.* r) est *om.* 2. s) dni (domini) 2. t) vici 1. u) corbere 1, 1a; corueie 2. *edd.* v) Deo et mut. *S.* w) fulsis *a librario corr.* pulsis 1. x) vicum 1. 2.

1) Unni — ordine nonus *Adam I, 56, quem locum Helmoldus consulto et iure mutavit, quia episcopos Bremenses, qui ante Anskarium sederunt, inter archiepiscopos Hammaburgenses non connumerat. Vide Regel p.* 16. *contra Hirsekorn p.* 22. 2) *Omnia testimonia de hac re collegit et pertractavit R. Wilmans, 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' I (Münster* 1867*), p.* 94—113. 3) In corde maris *saepe in Biblia, e. gr. Ezech.* 27, 4. 27, 25. *etc.; Ion.* 2, 4. 4) *De Zwantewith, cui Christiani S. Vitum substituerunt, vide infra c.* 52. *et II,* 12; *Saxo Gramm. l. XIV, edd. Müller et Velschow p.* 826 — 829 *[SS. XXIX, p.* 123 *sq.]. L. Saeculo XII. apud Christianos valuisse opinionem deum Swantovit fuisse S. Vitum concedendum est; cf. F. Curschmann, 'Die Diözese Brandenburg' (Leipzig* 1906*) p.* 5 *sqq. At falsa et vana haec opinio fuisse videtur; cf. Th. Schildgen, 'St. Vitus und der slavische Swantovit in ihrer Beziehung zu einander. Programm der Realschule zu Münster'* 1881.

qua barbaries sub celo, quae Christicolas ac[a] sacerdotes magis[b] exorreat[c]; solo nomine sancti Viti gloriantur, cui etiam templum et[d] simulachrum[e] amplissimo[f] cultu dedicaverunt, illi primatum deitatis specialiter attribuentes. De omnibus quoque provinciis Slavorum illic responsa petuntur et sacrificiorum exhibentur annuae[g] soluciones. Sed nec mercatoribus, qui forte ad illas sedes appulerint, patet ulla facultas vendendi vel emendi, nisi prius de mercibus suis deo ipsorum preciosa quaeque[h] libaverint, et tunc demum mercimonia foro publicantur. Flaminem suum non minus quam regem venerantur. Ab eo igitur tempore, quo primo fidei renuntiaverunt, haec supersticio apud Ranos perseverat usque in hodiernum diem[1].

Persecucio Northmannorum. VII.

Sane populis Slavorum et ceteris gentibus fide imbuendis grave ab inicio prebuit irritamentum[i] ea bellorum tempestas, quae Northmannis tumultuantibus in toto pene desevit[k] orbe[2]. Porro Northmannorum exercitus[l] collectivus[m] fuit de fortissimis[n] Danorum, Sueonum, Norveorum[3], qui tunc[o] forte sub uno principatu constituti primo omnium Slavos, qui pre manibus erant, miserunt sub tributum, deinde cetera finitima regna terra marique vexabant. Quibus profecto[p] non parum addiderat virium ea *Romani imperii diminutio, qua[q], ut[r] supra dictum est[4], post tempora senioris Loduici[s] prius quidem intestinis est[t] bellis exhaustum[u], postea

a) atque 2. b) magnis, n *expunct.* 1. c) exorreat 1. 2, *alia manu corr.* exhorreat 2. d) ac *edd.* e) simulacru 2. *edd. L.* f) altissimo *alia manu corr.* aplissimo 2. g) annue *super lineam, in qua littera initialis S erasa* 1. h) quoque 2. i) impedimentum *edd.* k) deseviit *edd.* l) excercitus 1. m) collectus *edd.* n) fortissimus *corr.* fortissimis 1. o) tunc tam forte, tunc *alia manu in marg. supplet.*, tam *non delet.* 2. p) sane *S. R.* q) que 1. 1[a]. 2. r) et *delet. et manu C superscr.* ut 1. s) Lodewici 2. *L*; Ludouici *S.* t) est *om. edd. L.* u) exhausta 1. 2. 3.

1) *Totum hoc capitulum ante Arconam a.* 1168. *captam scriptum esse patet; vide v. Breska, 'Forschungen' XXII, p.* 585—587. *contra Schirren p.* 98—100. 2) *Vergil. Aen. X,* 569: Sic toto Aeneas desaevit in aequore victor. *L. Georg. I,* 511: saevit toto Mars impius orbe. 3) *Helmoldum in hoc capitulo libello de incursione Normannorum a.* 882. *facta agente usum esse apparet. Cf. W. Vogel, 'Die Normannen und das fränkische Reich bis zur Gründung der Normandie* (799—911)', *Heidelberg* 1906, *p.* 280 *sqq. et p.* 288, *n.* 4. 4) *Cap.* 4. *fin. L.*

in quatuor divisum[a] portiones totidem gubernabatur regulis. Constat igitur ipso[b] tempore Northmannos per Ligerim Thuronis[c] succendisse, per Sequanam Parisios obsedisse, Karolum regem timore compulsum terram eis dedisse ad habitandum, quae a Northmannis possessa Northmandiae nomen accepit. Deinde Lotharingia[d] vastata et subacta est Fresia. Noster autem Loduicus[e], rex scilicet Germaniae, Northmannos federibus sive preliis hoc modo retinuit, ut, cum Franciam totam vastaverint[f], regnum[g] eius vel minime nocuerint[h]. Post cuius mortem effera barbaries laxis regnabat habenis.

Nam Boemii[i], Surabi, Susi[k] et ceteri Slavi, quos ipse tributis subiecerat, tunc servitutis iugum excusserunt. Tunc etiam Saxonia vastata est a Northmannis sive Danis, Bruno dux occisus[l] cum duodecim comitibus, Theodericus[m] et Marquardus episcopi obtruncati. Tunc Fresia depopulata[n], Traiectum civitas excisa. Tunc piratae Coloniam et Treveros incenderunt, Aquisgrani[o] palacium stabulum equis suis fecerunt. Mogontia[p] propter metum barbarorum instaurari cepit. Karolus adolescens, filius Loduici[q] ipso tempore Roma[r] rediens cum grandi exercitu Northmannos iuxta Mosam[s] fluvium apprehendit. Quos obsidione coartans quintodecimo tandem[t] die[1] ad deditionem[u] compulit. Captos igitur tyrannos Danorum non ea qua decuit hostes Dei severitate ultus est, sed ad diutinam[v] deiectionem et gravem ecclesiae ruinam parcens impiis, accepto ab eis iureiurando et federis condicione, amplissime donatos a[w] se abire permisit. At illi regis adolescentis inertiam irridentes, ubi noxia libertate potiti sunt, rursum in unum conglobati tantas strages dederunt, ut crudelitas modum excesserit[2]. Quid multa? Urbes cum civibus, episcopi cum toto grege simul obruti[x] sunt, ecclesiae illustres cum fidelium caterva simul incensae sunt. Quam ob rem Karolus accusatus in curia[y] et ob stulticiam regno[z] depositus Arnulfum germani sui filium accepit successorem. Qui[a] congregato exercitu fines adiit Danorum eosque multis gravibusque[b] preliis ad internicionem usque delevit. Bellum celitus administratum est, siquidem centum milibus paganorum prostratis in bello vix unus de Christianis cecidisse repertus[c] est. Et

a) diuisi 1; diuisa 1a. 2. 3. *Locum in codicibus pari modo corruptum primus editor Schorkelius coniectura, ut videtur, bona restituit.* b) isto *edd. L.* c) turonis 2; Thurones *S.* d) latharingia 2. e) lodiucus 1; Lodewicus 2. *L.* f) vastaverunt 2. g) regnū *alia manu corr.* regno 1; regno *edd. L.* h) nocuerunt *corr.* nocuerint 2. i) bohemi 2. k) susi 1; Ansi 4. l) est *add.* 2. *L.* m) Theodoricus 1a. *edd.* n) est *add. edd.* o) *littera* n *e corr.* 1; aquisgranu 2. p) Moguncia *S.* q) lodewici 2. *L.* r) romā 2. s) mesam *post corr.* mosam 2. t) demum *edd.* u) dedicacionem 1a. 2, ca *delet.* 2. v) diuturnam *edd.*; sui *add.* (?) 4. w) ab *edd.* x) abruti 2. y) incursa *radendo corr.* incuria 1. z) regna 2. a) i (in) *in marg. corr. alia manu coaeva* Qui 2. b) gravibus *S.* c) ruptus *alio atram. corr.* repertus 2.

1) *V. Vogel l. l. p.* 290, *n.* 4. 2) *Ita et infra c.* 19, *p.* 40: ut crudelitas omnem modum excesserit.

ita extincta[a] est persecucio Northmannorum, Domino vindicante sanguinem servorum suorum[b], qui iam per annos septuaginta[c] effusus est. Haec* autem acta sunt tempore Adelgarii[d] archiepiscopi, qui fuit successor beati Reimberti[e] et tercius a beato Anscario[f]. Defuncto Adelgario[g] successit ei Hogerus in cathedram, post hunc Reinwardus[h]. In regum[i] quoque successione post Arnulfum regnavit Loduicus[k] puer. In isto Loduico[k] Magni Karoli finitur[l] prosapia. Hic postmodum regno depositus Conradum Francorum ducem habuit successorem.

Ad. I, 49. — ib. I, 53. — ib. I, 54.

Irruptio Ungarorum. Capitulum octavum.

Itaque regnante Conrado orta est Ungarorum[m] gravis irruptio, qui non solum nostram Saxoniam aliasque cis[n] Renum provincias, verum etiam trans Renum Lotharingiam et Franciam demoliti sunt. Tunc incensis ecclesiis cruces[o] a barbaris truncatae et ludibrio habitae, sacerdotes ante altaria trucidati, clerus vulgo mixtus aut interfectus aut in captivitatem ductus. Cuius signa furoris ad nostram duraverunt etatem. Dani[1] quoque Slavos auxilio habentes, primo Nordalbingos[p], deinde Transalbianos[2] Saxones vastantes, magno[q] Saxoniam[r] terrore quassabant. Apud Danos eo tempore Worm regnavit, crudelissimus, inquam, vermis et Christianis non mediocriter infestus[s]. Ille Christianitatem quae in Dania fuit prorsus demolire[t] molitus sacerdotes a finibus suis depulit, plurimos etiam per tormenta necavit. At vero Heinricus[u] rex[v], filius[w] Conradi, iam tunc a puero timens Deum[x] et in eius misericordia omnem ponens fiduciam, Ungaros[y] quidem[z] maximis preliis triumphavit[a], Boemos[b] et Surabos ab aliis regibus edomitos[c] et ceteros Slavorum populos uno grandi prelio ita percussit, ut ceteri, qui perpauci remanserant, et regi tributum et Deo Christianitatem ultro promitterent. Deinde cum exercitu Daniam[d] ingressus Worm regem primo impetu adeo perterruit, ut imperata se facere[e] mandaret et pacem supplex

Ad. I, 57. — ib. I, 55. — ib. I, 57. — ib. I, 58. — ib. I, 59.

*) *Manu saec. XV. adscriptum* 1: Hic Arnulfus inperator longa infirmitate tabefactus nulla medicine *(supple* arte*)* potuit iuvari, quoniam *(lege* quin*)* a pediculis consumeretur. *Martin. Opp.*

a) exstincta 2. b) suorum *om. B:* suorum serv. *L.* c) *primum* a *manu C superscr.* 1. d) aldegarii 2. e) remberti *vel* reinberti 2. f) anschario *h. l.* 1. g) adelgio *manu C corr.* adelgario 1. h) Rennmardus 2. i) regnum, n *expunct.* 1. k) Lodewic. 2. *L.* l) fuit 2. m) ungariorum 2. n) sis *a librario corr.* cis 1; eis(?) *alio atram. corr.* cis 2. o) eruces *alio atram. corr.* cruces 1. p) nortdalbingorum 1, *ubi in marg. manu saec. XV:* Hic patet tercio idem. q) o *e corr.* 1. r) saxonu 2. s) infectus 1. t) demoliri *R. B. L.* u) hinricus 2; Henricus *R. B. L.* v) rex *om.* 1. 1[a]. *S. (R).* w) *ita* 1. 2. 3; successor *edd. L.* x) Dominum *edd. L.* y) ungros 2. *L.* z) quidem *om. S. R.* a) vicit et triumph. *edd.* b) bohemos 2. *L.* c) edoniccos *corr.* edomicos 1. d) Daniam cum exerc. *edd.* e) facere se *signis transposita* 2.

1) *Vide supra p.* 13, *n.* 3. 2) *In australi nimirum Albis fl. ripa habitantes. L. Verba Adami* primo Transalbianos Saxones, deinde cis Albim *optimo iure Helm. mutavit, qui ex septentrionali ripa Albiae scripserit, Adam ex australi. Aliter Schirren p.* 84 *sq.; cf. Regel p.* 36 *sq.*

Ad. I, 59. deposceret. Sic Heinricus rex victor apud Sleswich, quae nunc[a] Heidebo[b] dicitur, regni terminos ponens, ibi et marchionem statuit et *ib. I, 60.* Saxonum coloniam habitare precepit. Videns igitur sanctissimus archiepiscopus Unni[c], qui Reinwardo successit in cathedram, misericordia[1] Dei[d] nostri et virtute regis Heinrici[e] Danorum *cf. Act. 14, 26.* Slavorumque pertinaciam[f] esse edomitam ostiumque fidei in gentibus apertum esse[g], omnem suae diocesis latitudinem elegit per se ipsum circuire. Multis igitur religiosis comi- *Ad. I, 61.* tatus[2] pervenit ad Danos, ubi tunc crudelissimus Worm regnavit; et illum quidem pro ingenita flectere nequivit[h] sevicia, filium autem Haroldum convertit et fidelem Christo perfecit, ita ut Christianitatem, quam pater eius semper odio habuit, ipse servari publice permiserit, quamvis ipsemet baptismi sacramentum nondum perceperit[i]. *Ordinatis itaque[k] in regno Danorum per singulas ecclesias sacerdotibus sanctus Dei multitudinem credentium commendasse fertur Haroldo[l]. Cuius etiam fultus adiutorio et legato omnes insulas Danorum penetravit, ewangelizans verbum Dei et fideles, quos invenit *ib. I, 62.* illic captivos, in Christo confortans. Deinde vestigia secutus magni predicatoris Anscarii, remigans mare Balthicum, non sine labore pervenit ad Byrcam principalem Suediae civitatem[3], quo iam post obitum sancti Anscarii nemo doctorum annis septuaginta venire ausus est preter solum, ut legimus, Reimbertum. Est autem Byrca opidum Gothorum celeberrimum, in medio Suediae positum, quod tractus quidam[m] Balthici maris alluit, reddens portum optabilem[n], quo omnes Danorum, Norveorum itemque Slavorum ac Semborum naves aliique Scithiae populi pro diversis commerciorum *ib. I, 63.* necessitatibus sollempniter convenire solent. In eo igitur portu confessor Domini egressus insolita populos appellare cepit legacione. Quippe Sueones et Gothi propter varia temporum pericula et regum cruentam[o] feritatem[p] Christianae religionis penitus obliti[4] fuerunt[q], sed favente gratia Dei a sancto patre Unni denuo *ib. I, 64.* ad fidem revocati sunt. Perfecto igitur legacionis suae ministerio, cum iam redire disponeret ewangelista Dei, egritudine correptus apud Byrcam fessi corporis sarcinam deposuit. Obiit autem peracto boni certaminis cursu anno dominicae incarnacionis nongente- *ib. II, 1.* simo XXX° sexto. Cui successit in cathedra[r] venerabilis Adheldagus[s].

*p. 18.

a) tunc 4? *R. B.* b) heydebo 1a. 2. c) unū 2. d) domini 1. 1a. *L; cf. n.* 1. e) hinrici 2. f) provinciam 3. g) ē (est) 1. 1a. h) nequiuut 2. i) percepit 2 *ut plerique Adami codd.;* perceperit *Adami cod.* 2. k) ita *post correxit librarius* itaȝ (itaque) 1 *et ita* 1a. *edd.;* ita 2 *et Adami cod.* 3. l) aroldo 1. m) quidem 2. n) obtab. 2. o) cruentam *a librario mutatum in* cruentatam 2. p) ferociam 3. q) fuerant *edd. L.* r) cathedram 2. s) adeldagus 2.

1) misericordia Dei et virtute regis Heinrici *Adam l. l., et ita noster infra saepius; cf. e. gr. p.* 24, *l.* 22: misericordia Dei et virtute Magni Ottonis; *c.* 22. *in.:* misericordia Dei et virtute religiosissimi viri Godescalci; *c.* 54: misericordia Dei et virtute Lotharii cesaris. 2) Secutus est eum grex universus, ut aiunt *Adam l. l.* 3) *Eadem verba supra p.* 14, *l.* 27. 4) *Vide supra p.* 15, *n.* 3.

Conversio Haroldi. Capitulum nonum.

Eodem quoque[a] anno contigit gloriosum[b] impera- 936.
torem[1] Heinricum[c] migrare de hac vita, et constitutus
est in regnum filius eius Otto, cognomento[d] Magnus.
Qui cum regnare cepisset, multas perpessus est iniurias a *Ad. II, 3.*
fratribus suis. Rex quoque Danorum, qui patri eius fuit
tributarius[2], reiecto servitutis iugo arma corripuit pro
libertate. Et primo omnium marchionem, qui erat apud *ib.*
Sleswich, quae alio nomine Heideboe[e] dicitur, cum legatis
regis Ottonis obtruncavit, omnem Saxonum coloniam, quae
ibidem erat, funditus extinguens. Slavi etiam novas res affectantes nichilominus rebellare moliti sunt, multis terroribus Saxonum confinia pulsantes. Rex igitur Otto divino
fultus auxilio, ubi primum de insidiis fratrum suorum liberatus est,
fecit iudicium et iusticiam populo suo[3]. Deinde postquam omnia
pene regna, quae post mortem Karoli defecerant, suo subiugavit
imperio, in Danos arma corripuit. Transgressus igitur cum exercitu
fines Danorum, qui olim fuerant apud Sleswich, ferro et igne
vastavit omnem regionem usque ad mare novissimum, quod Northmannos dirimit a Danis, et usque in presentem diem a victoria regis
Ottensund dicitur. Cui regredienti[f] Haroldus rex apud Sleswich[g]
bellum intulit. In quo utrisque viriliter concertantibus Saxones victoria potiti sunt, et Dani terga vertentes ad naves cesserunt.
Tandem condicionibus ad pacem inclinatis Haroldus Ottoni subicitur
et ab eo regnum suscipiens Christianitatem in Dania recipere spopondit.
Nec mora, baptizatus[h] est ipse Haroldus cum uxore sua Gunnild[i]
et filio parvulo, quem rex noster a sacro fonte susceptum Sueinotto
appellavit. Eo tempore Dania plenarie recepit fidem et
divisa in tres episcopatus Hammemburgensi metropoli subiecta est.
Igitur beatissimus[k] Adheldagus primus ordinavit episcopos in Da- *ib. II, 4.*
niam, et[4] ex eo tempore Hammemburgensis ecclesia cepit *ib. II, 5.*
habere suffraganeos. Et haec quidem inicia celestis misericordiae *ib. II, 4.*
secutum est tale incrementum, ut ab illo tempore usque in hodiernum 948.
diem ecclesiae Danorum multiplici[l] borealium gentium fructu redundare videantur. His[m] rite peractis in Dania fortissimus *ib. II, 5.*
Otto rex convertit exercitum ad subiugandos Slavorum
rebelles. Quos pater eius uno grandi bello domuerat, ipse tanta
deinceps virtute constrinxit[n], ut tributum et Christianitatem pro vita
simul et patria libenter offerrent victori, baptizatusque[o] est totus

a) Eodemque 2. b) glor. quoque *S.* c) *superscr. alia manu antiqua in* 2: regem. d) ꝯgnomento 2, *similiter saepe.* e) Heydebo 1. f) *ita* 2. 4? *Adami cod.* 4; ingredienti 1. 1[a]. *edd. L.* g) Sleswig *S.* h) baptisatus 2. i) gimnild, *ut videtur,* 1; ginnuld (?) 2; Hunnild *B.* k) sanctissimus 3. l) multiplicati *alio atram. corr.* multiplicaci, *et* ca *expuncto corr.* multiplici 1. m) Hiis 1[a]. 2. *L.* n) construxit *alio atram. corr.* constrinxit 2. o) baptisatusque 2. *S.*

1) *Regem Heinricum rectius dixisset noster. L. Helmoldus et alii scriptores saeculi XII. certum discrimen inter regem et imperatorem non faciunt. — Cf. Adam I,* 64 *fin.* 2) *Adam l. l.:* Danos . ., quos antea pater eius bello compressit. 3) *Helm. secutus est versum* 2. *Reg.* 8, 15. 4) *Cf. etiam Adam II,* 1 *fin.*

Ad. II, 5. gentilium[a] populus, ecclesiae in Slavania tunc primum constructae. De quibus rebus suo loco[1], ut gesta sunt, oportunius aliqua scribenda sunt.

De duce Hermanno. Capitulum X^m.

ib. II, 7. Post haec autem[b], cum rex victoriosissimus Otto ad liberandam sedem apostolicam vocaretur in Italiam[c], consilium fertur habuisse, quem post se vicarium potestatis relinqueret ad faciendam iusticiam in his[d] partibus, quae barbaris confines sunt terminis. Nondum enim post tempora Karoli propter veteres illius gentis sediciones Saxonia ducem accepit[e] nisi cesarem. **Ne igitur in regis absentia Dani sive Slavi novi aliquid molirentur,** rex necessitate persuasus Heremanno primum tutelae vicem in Saxonia commisit. De quo viro et progenie viri, quoniam **nostris temporibus multum inva-** ib. II, 8. **luerunt**[2], aliqua commemorare necessarium duxi. Vir iste pauperibus ortus natalibus primo, ut aiunt, septem mansis totidemque[f] manentibus[g] ex hereditate patrum fuit contentus. Deinde, quod erat acris ingenii decorisque formae, cum[h] pro merito fidei et humilitatis, quam dominis et paribus exhibuit, facile notus in palacio, ad familiaritatem ipsius regis [pervenit[i]]. Qui comperta iuvenis industria suscepit eum in numero ministrorum, deinde nutricium precepit esse[k] filiorum, mox[l] etiam succedentibus[m] prosperis commisit ei vices prefectorum. In quibus officiis strennue administratis dicitur manentes suos pro furto in iudicio delatos data sententia simul omnes[n] dampnasse ad mortem. Cuius novitate facinoris et tunc carus in populo et clarissimus[o] deinceps factus est in palacio. Postquam vero ducatum Saxoniae meruit, iudicio et iusticia gubernavit provinciam et in defensionem[p] ecclesiarum sanctarum studiosus permansit usque in finem.

ib. II, 9. Igitur tali viro piissimus rex vicem suam in[q] hac regione commendans in Italiam discessit. Ubi rex habito concilio[r] episcoporum Iohannem papam, cui Octavianus cognomentum erat, multis accusatum criminibus deponi fecit, quamvis absentem* — nam fuga iudicium subter-

Martin. Opp. *) *Manu saec. XV. adscripta* 1, *partim abscisa:* Nota: Romani absente Othon[e] tercium papam Benedictum creaverunt. Quapropter collecto magno exercitu Romam obsedit eo usque Benedict[um] intrusum ei pre[sen]taverunt. Qu[i] Leone papa reducto ad sedem suam, omnibus pacif[i]catis, rediit in Saxoniam, ducens secum Benedictum papam, qu[i] tandem mortuus in Hamborch sepultus est.

a) gntilium *signo compendii omisso* 1. b) autem *om.* 2. c) italeam 1; ytaleam 1[a]. d) hiis 2. e) acceperat *edd. L.* f) que *om.* 2. g) hortulanis 4. h) tum *edd.* i) pervenit *om.* 1. 2; pervenit ipsius regis *Adam.* k) esse *prec. edd.* l) mox *alia manu in marg. suppl.* 2. m) succēdentibus, *signum compendii eras.* 1. n) omnes simul 2. o) clarissimis *radendo et alio atram. corr.* clarissim⁹ 1. p) defencionē 1; defensione *edd. L. Adam.* q) ad *delet. et manu C superscr.* in 1. r) consilio **1. 1[a]. 2.**

1) *Infra c.* 12. 14, *p.* 25. 30. *ex Adam. II,* 24. 2) Quoniam tam Bremensi ecclesiae quam aliis magno excidio surrexisse videntur *Adam l. l. De Heinrico Leone et Alberto Urso cogitaverit Helmoldus.*

fugerat —, et in locum eius protum[a] Leonem ordinari fecit. A quo ipse mox coronatus imperator et[b] augustus a populo Romano consalutatus est anno regni eius XX°VIII°: post coronatum Romae Karolum centum quinquaginta tres[c] anni fluxerunt. Eo tempore imperator cum filio quinquennium[d] in Italia commo*ratus filios Beringarii[e] debellavit Romamque pristinae reddidit libertati. Reversus ergo in patriam omne studium intorsit[1] ad gentium vocacionem, precipue vero Slavorum, quod etiam pro sententia eius ita evenit[f], Deo cooperante et piissimi regis dexteram in omnibus corroborante.

Ad. II, 9.

*p. 19.

ib. II, 2.

De Alberto[g] archiepiscopo. Capitulum XI[m].

Subactis autem Christianaeque fidei copulatis Slavorum gentibus Magnus Otto inclitam urbem Magdeburg super ripas Albiae fluminis condidit, quam Slavis metropolim[h] statuens Adhelbertum summae sanctitatis virum ibidem consecrari fecit archiepiscopum. Is primus in Magdeburg ordinatus duodecim annis strennue pontificatum administravit multosque Slavorum populos illic predicando convertit. Cuius ordinatio facta est anno imperatoris XXX°V°, et sunt anni post ordinacionem sancti Anscarii CXXX septem. Magdeburgensi autem archiepiscopatui[i] subiecta est tota Slavania[k] usque ad Penem[l] fluvium; episcopatus suffraganei quinque, quorum Merseburg et Cicen super Salam fluvium conditae[m], Misna vero super Albiam, Brandenburg et Havelberg[n] interius vadunt. Sextus episcopatus Slavaniae[o] est Aldenburg. Hunc episcopatum sicut et ceteros imperator Otto Magdenburgensi[p] primum subicere decreverat, quem tamen postmodum Adheldagus Hammemburgensis episcopus requisivit, eo quod[q] terminis[r] suae ecclesiae antiquis imperatorum privilegiis[s] esset circumscriptus.

ib. II, 13.

968.

ib. II, 14.

De Marcone episcopo. Capitulum XII[m].

Est autem Aldenburg, ea quae Slavica lingua Starigard, hoc est antiqua civitas, dicitur, sita in terra Wagirorum, in occiduis partibus Balthici maris, et est terminus Slaviae[2]. Haec autem civitas sive provincia

Cf. Ad. Schol. 16, 29.

a) proinde 3. b) et *om. edd.* c) sex *expunct. et a librario 3ª superscr.* 2. d) quinquennio 2. e) berengarii 2. *edd.* f) devenit, d *delet.* 2. g) Adhelberto *L.* h) metropolem 2; metropolin *R. B. L.* i) episcopatui 1ª. *edd. L.*; epātu (episcopatum) 2. k) slauia 2. l) penen 1. 1ª; pene 2; Penim *S.* m) conditae *om. S. (R).* n) Hauelberch 2. o) slauie 2. p) magdeburgensi 2. *L.* q) quod terminis *bis script., primus delet.* 2. r) *ita codd. S:* terminus *R. B. L.; cf. infra c.* 18, *p.* 38: qui terminis Aldenburgensis ecclesiae concludebantur. s) preuilegiis 1.

1) *Cf. supra p.* 12, *l.* 16. *Adam II,* 2: Adaldagus . . . praecipue studium eius *(regis)* ad conversionem paganorum incitare non cessavit. 2) *Sequentes narrationes capitulorum* 12—14. 18. *Breska, 'Untersuchungen' p.* 19—26. *Helmoldum aliunde exscripsisse opinatus est; quod mihi valde dubium est, et Helmoldum populares potius traditiones secutum esse censeo. Certe multa vestigia dictionis eius in his capitulis deprehenduntur, quae infra adnotavi.*

936—973. fortissimis quondam incolebatur[a] viris, eo quod in fronte tocius Slaviae posita contiguos haberet[b] Danorum[c] sive Saxonum[d] populos et omnes bellorum motus ipsi aut primi inferrent[e] aut aliis inferentibus exciperent. Tales autem in eis quandoque reguli fuisse probantur, qui 5 omni Obotritorum[f] sive Kycinorum et eorum qui longe remotiores sunt dominio[g] fuerint potiti. Conclusa igitur atque subnervata[1], ut supra dictum[2] est, omni Slavorum provincia, urbs nichilominus Aldenburg ad fidem conversa est et facta est numero fidelium copiosissima. 10 Huic urbi precellentissimus[h] cesar[3] pontificem dederat venerabilem virum Marconem[i. 4], subdens ei omnem Obo- 948? tritorum[f] provinciam usque ad Penem fluvium et urbem Dimine[5]. Preterea[k] civitatem opinatissimam[l] Sleswich, *p. quae alio nomine Heidibo[m] dicitur, eiusdem curae[n] dele- 15 gavit[6]. Eo enim tempore Sleswich cum provincia adiacente, quae scilicet a lacu Slya ad Egdoram fluvium portenditur[o], Romano imperio subiacebat, habens terram spaciosam[p] et frugibus fertilem, sed maxime desertam, eo quod inter occeanum et Balthicum mare sita crebris 20 insidiarum iacturis attereretur. Postquam autem misericordia Dei et virtute Magni Ottonis[7] matura pax omnia possedit, ceperunt habitari deserta Wagricae[q] et Sleswicensis provinciae, nec ullus iam angulus relictus fuerat, qui non esset conspicuus urbibus et vicis, plerisque etiam 25 monasteriis[8]. Adhuc restant antiquae illius habitacionis pleraque indicia, precipue in silva, quae ab urbe Lutilinburg[r] per longissimos tractus Sleswich usque protrahitur[s], cuius vasta solitudo et vix penetrabilis inter maxima silvarum robora sulcos pretendit, quibus iugera 30 quondam fuerant dispertita. Urbium quoque seu civitatum formam structura vallorum pretendit. In plerisque etiam rivis qui propter molendina stipandis aquis aggeres congesti sunt ostendunt omnem illum saltum a

a) colebatur 2. b) hrē (habere) 2. c) danonu 2. d) nū *in loco raso* 1. 35 e) infe⁎nt (inferent) 1. f) obotricorum 1. g) domineo *(ita* 1[a]*) post corr.* dominio 1. h) pcelletimus 2. i) marco : : nē, *inter* o *et* n *littera* (ꝗ ?) *deleta* 2. k) Preterea *om.* 1. 1[a]. l) opimatissimam *R.* m) habido 2. n) iure 1. 1[a]; iuri *S.* o) portentitur *corr.* portenditur 1; protenditur *edd. L.* p) speciosam *S.* q) *manu saec. XV. mutat.* wagirice 1. r) Lucilinburg 2. *edd.* s) ꝑtrahitur (pertr.) 2. 40

1) *Cf. supra p.* 6, *n.* 4. 2) *P.* 21, *l.* 35 *sqq.* 3) *Otto I. L.* 4) *De Marcone vide praefationem.* 5) *A.* 948. *factum esse putant Dehio, 'Gesch. des Erzbistums Hamburg-Bremen' I, App. XII; Curschmann, 'Diözese Brandenburg' p.* 19, *n.* 3; *aliter Hauck, 'KG. Deutschlands' III, p.* 105, *n.* 5. 6) *Cf. infra II,* 12: heredis curae delegatur. 7) *Cf. supra p.* 20, *n.* 1. 8) *Cf. Vitae b. Martini auct. Sulpicio Severo c.* 13. *fin.* 45

Saxonibus quondam inhabitatum. Primus igitur, ut dixi, huic novellae plantacioni episcopus Marco prefuit, qui populos Wagirorum sive Obotritorum sacro baptismatis fonte[a] lavit. Quo defuncto, Sleswich[b] singulari ponti- 965? 5 fice honorata est.

Aldenburgensem[c] sedem suscepit regendam venerabilis *cf. Ad. II, 24.* vir Ecwardus[d], qui multos Slavorum convertit ad Dominum. Ordinatus est a sancto Adeldago Hammemburgensi archiepiscopo[1]. Crevit autem populus fidelium, 10 nec fuit aliquid, quod novellae ecclesiae adversaretur omni tempore Ottonum. Horum tres fuisse comperi[2] omnes pari devocione erga Slavorum vocacionem[e] affectos. Et repleta est omnis Wagirorum, Obotritorum[f] sive *p. 20. *Kycinorum provincia ecclesiis et[g] sacerdotibus, monachis et 15 Deo dicatis virginibus. Porro Aldenburgensis ecclesia dedicata fuit in commemoracione sancti Iohannis baptistae, *Iun. 24.* existens honore matricis ecclesiae insignis. Michilinburgensis[h] vero ecclesia[i] fuit constructa in honore principis apostolorum Petri, continens monasterium virginum. 20 Fuerunt preterea Aldenburgenses[k] pontifices admodum honorabiles erga regulos Slavorum, eo quod munificentia magni principis Ottonis cumulati essent temporalium rerum affluentia, unde possent copiose largiri et favorem sibi populi consciscere[l]. Dabatur autem pontifici an- 25 nuum de omni Wagirorum sive Obotritorum[f] terra tributum, quod scilicet pro decima imputabatur, de quolibet aratro mensura[m] grani et XL resticuli[n] lini et XII nummi puri argenti. Ad hoc[o] unus nummus, precium colligentis. Slavicum vero aratrum par boum aut unus 30 conficit equus[3]. De urbibus vero aut prediis aut curtium[p] numero, quae ad possessionem pontificis pertinebant, non est huius operis explanare[4], eo quod *vetera* in *2. Cor. 5, 17.* oblivionem venerint, et *ecce nova sunt omnia*.

a) fonte *alia manu in marg. non suo loco suppl.* 2. b) sleswic 1. c) Alden- 35 burgensen 1. d) *hanc formam nominis elegit L, quae et infra c.* 14. *et* 69. *occurrit;* eowardus 1. 1ª. *S.* 2; Eckuuardus 4; Edwardus *R. B.* e) erga Slav. populos et vocationem eorum 3. f) obotricorum 1. g) et *om. edd.* h) Mikelinb. *edd.;* Michelinb. *L.* i) eccl. vero 2. k) Aldenburg 1. 2. l) conciscere 1; contiscere 2. m) mensurā 1; mensura),) *delet.* 1ª. n) recticuli *a librario corr.* resticuli 1. o) hec 40 2. *R. B.* p) curuñ *alio atram. corr.* crurun 1; currun 1ª.

1) *V. Adam. II,* 14. 24, *qui eum appellat Euraccum vel Egwardum et Latine Euagrium vel Euargum. L.* 2) *Ita et infra c.* 14 *(p.* 30*):* Quatuor ergo pontifices . . . Aldenburgensis ecclesiae extitisse comperimus, *quod de traditione non scripta dictum esse videtur.* 3) *Cf.* 45 *infra c.* 14 *[p.* 28*] et c.* 87 [88]. *L.* 4) *Cf. infra c.* 40: nec est temporis huius talium explanacio; *c.* 80 (79): Non est . . . huius temporis vel loci talium explanacio.

De Wagone episcopo. Capitulum XIII[m].

Ad. II, 21. Anno igitur regni sui[1] XXX°VIII°, imperii XI°, magnus princeps Otto, domitor omnium septentrionis nacionum, feliciter migravit ad Dominum et sepultus est in civitate sua Magdeburg[a]. Cui filius Otto medianus succedens per X annos strennue gubernavit imperium. Is statim Lothario[b] et Karolo[c] Francorum regibus subactis, cum in Calabriam bellum transferret, a Sarracenis et Grecis victor et victus apud Romam discessit[d]. Illi tercius Otto, cum adhuc esset puer, in regnum substitutus annos X et VIII° forti et iusto sceptrum[e] ornavit imperio. (973.)

Eodem tempore[f] Hermannus dux Saxonum obiens heredem suscepit filium Bennonem, qui etiam vir bonus et fortis memoratur, excepto quod degenerans a patre populum rapina gravavit. Apud[2] Aldenburg defuncto Ecwardo[g, 3] successit Wago[4]. Hic in summa prosperitate inter Slavos degens sororem fertur habuisse speciosam, quam appetiit[h] regulus Obotritorum nomine Billug. Cumque allegacionibus crebris pontificem super hoc negocio convenisset, quidam familiarium episcopi petitionem incauta[i] verborum iniuria repulerunt[k], dicentes iniustum esse pulcherrimam virginem agresti et inculto[l, 5] viro copulare. Quam ille contumeliam dissimulacione repressit[m] et amoris stimulo concitatus preces iterare[n] non destitit. Timens autem episcopus, ne ecclesiae novellae gravius aliquid exinde emergeret, postulacioni[o] eius favore concurrit[p], data ei sorore sua in coniugio. Procreavit autem ex ea filiam nomine Hodicam, quam pontifex, avunculus eius, monasterio virginum contraditam et sacris litteris edoctam abbatissam prefecit virginibus, quae degebant Mikilinburg, cum tamen necdum pervenisset ad annos. Quod utique frater eius Missizla egre tulit, odio, licet occulto, concitatus Christianae religionis, timens etiam, ne hoc exemplo

a) madeburg *a librario corr.* magdeburg 1. b) lothauo 2. c) Carolo *edd. L.* d) discessit *Adami codd.* 3. 5 *pro* decessit, *ut Helmoldi edd. habent.* e) ceptrum 1; septrum 2; regnum 3. f) anno 2. *B.* g) cowardo 1. 1ª. 2. *S;* Edwardo *R. B.* h) apeciit 1. i) in tanta 1ª. 2. k) repleuerunt *codd. et edd., super lineam et in marg. mutavit scriptor s. XV. cod.* 1: repulerunt, *et ita* 1ª. *Quae emendatio etsi nullius auctoritatis sit, vera esse videtur.* l) inculto et agresti *edd. L.* m) ꝯpressit 2. n) itirare 2. o) postulacoe 1. 1ª. p) cucurrit 1. 1ª.

1) Anno pontificis Adaldagi XXXVIII *Adam l. l., ex cuius capitulis I, 64, II, 2. 9. Helm. haec computavit.* 2) *Adami h. l. sequentia verba Helm. hic imitatus est.* 3) *Ecwardus obiit Febr. 13. circa a. 973. L. Diem mortis tradit Necrol. Moellenbecc. De primis Aldenburgensibus episcopis vide Bresslau, 'Forschungen zur Brandenburg. u. Preuss. Geschichte' I, p. 402 sqq.* 4) *Wego audit apud Adam. II, 24, qui sedit usque ad annos fere* 983—988. *L.* 5) *Cf. infra c. 47* accolarum genus agreste et incultum.

peregrinus mos illis in partibus inolesceret[a]. Patrem autem[b] frequenter coarguit, quasi qui mente alienatus[c] supervacuas diligeret adinventiones nec timeret patriis derogare legibus, prius[d] quidem ducens uxorem Teuto-
5 nicam, deinde filiam suam monasticae clausurae contradens. Cumque his verbis patrem sepius[e] exacueret, ille cepit sensim[f] flecti animo iamque cogitare de acceptae coniugis repudio et de mutacione rerum. Sed conatus eius timor repressit, eo quod[g] gravium causarum
10 introitus semper sint difficiles[1], virtus quoque Saxonum admodum esset formidabilis. Necesse enim fuit repudiata sorore pontificis et divinis[h] rebus pessundatis statim[i] ad bella veniri.

De dolo Billug. Capitulum XIIII[m].

15 Quadam[k] igitur die contigit pontificem venire in civitatem Obotritorum[l] Mikilinburg visitacionis gratia, quo etiam Billug cum primoribus occurrerat, excepturus eum simulata devocione. Episcopum itaque publicis causis intentum sepedictus Obotritorum[l] regulus
20 palam alloquitur: 'Magnas pietati tuae, pater venerabilis, debeo gratulaciones, licet me ad[m] has exsolvendas nequaquam sufficere ipse recognoscam. Privata enim beneficia, quae michi[n] inpendisti, quia multiplicia sunt et prolixo sermone egent, ad presens differo, generale[o]
25 tocius provinciae bonum commemorare compellor. Sollicitudo enim tua super ecclesiarum instauracione et animarum salute omnibus manifesta est; sed nec latet, quantas principum offensas[p] tua providentia fregisti, ut cum pace et tranquillitate in gratia[q] principum consi-
30 *stere possimus. Honori igitur tuo, si expostulati[r] fueri- *p. 21.
mus, et nos et nostra incunctanter impendemus[s]. Peti-

a) niolesc. *alio atram. corr.* inolesc. 1. b) quoque 2. c) aligenatus 2. d) Primus 2. e) sepe 2. f) censim *corr.* sensim 1. g) quot *manu C corr.* quod 1. h) diurnis *(ita 1a) alio atram. corr.* diuinis 1. i) statim *alia manu in marg. suppl.* 2.
35 k) *nulla capitis distinctio in* 2. l) obotricorum 1. 1a. m) at *manu C corr.* ad 1. n) m̄ *semper* 1, *plerumque* 2, *ubi aliquoties* michi. o) Generale autem *edd.* p) offendas *a librario corr.* offensas 1. q) pace *delet. et a librario subscript.* grā 2. r) postulati *edd.* s) inpendimus 2.

1) *V. infra c.* 32: [magnarum enim rerum ingressus semper
40 difficiles sunt]. *L. Haud scio an legerit Helmoldus Ovidium de remediis amoris et meminerit v.* 120: Difficiles aditus impetus omnis habet.

cionem autem parvulam apud te deponere non dubito: *ne confundas faciem meam.* Est apud Obotritos pontificale tributum, quod pro decima imputatur, de quolibet scilicet aratro, quod duobus bobus aut uno constat equo, mensura grani et XL restes lini et XII nummi probatae monetae; preterea unus nummus, qui debetur colligenti[1]. Hoc me rogo permittas[a] colligere deputandum stipendiis neptis tuae, filiae scilicet meae. Quod ne forte ad tui iniuriam et annonae tuae[b] diminucionem rogare videar, adicio possessioni tuae in singulis urbibus, quae sunt in terra Obotritorum, villas, quas ipse elegeris, exceptis his[c], quae ad ius pontificale imperatoria iam dudum[d] concessione pervenerunt'. Pontifex igitur non advertens callidissimi hominis dolum verborum coloribus adumbratum, reputans etiam nichil sibi officere concambium, sine mora peticioni eius annuit. Ipse quidem villas amplissimae possessionis accepit, tributum vero, quod supra memoravi, genero[e] suo ad manus filiae ipsius colligendum resignavit; aliquandiu etiam apud Obotritos[f] commoratus predia colonis exercenda distribuit ordinatisque omnibus in terram[g] Wagirorum reversus est. Ibi enim statio oportunior fuit et extra pericula posita, eo[h] quod Slavorum animi naturaliter sint[i] infidi et ad malum proni ideoque[k] cavendi. Habuitque preter alias curtes[l] duas nobiles, apud quas sepius pontifex diversatus[m] est, unam in villa publica quae dicitur Buzu[n], alteram super fluvium Trabenam in loco qui[o] dicitur Nezenna[p], ubi etiam fuit oratorium et caminata murato opere facta, cuius fundamenta[q] ego adolescentulus vidi, eo quod[r] non fuerint longe a radice montis, quem antiqui Eilberch[s], moderni propter castellum impositum Sigeberch[t] appellant. Post multos igitur dies, cum pontifex Wago alias occupatus terram Obotritorum rarius inviseret, supradictus Billug una cum filio suo Missizla oportunitatem nactus dolum, quem erga dominum[u] et pastorem suum conceperat, paulatim detexit[v], cepitque possessiones episcopales, quas sibi ut fideli et affini suo

3. *Reg.* 2, 16. (2, 20).

a) ꝑmictas *radendo corr.* ꝑmictas 1. b) tuae *om.* 2. *R. B.* c) hiis 2. d) ductū 2. e) genere *alio atram. corr.* genero 2; affini *edd.* f) obotricos 1. 1ª. g) terra 1. 1ª. h) ē (est) 2. i) sunt 2. k) eoque *edd.* l) curces *alio atram. corr.* curtes 1. m) deversatus 1. 1ª. *L.* n) birzu 2. o) que 1. p) nezetina 2. q) fundamentū 2. r) quot *manu C corr.* quod 1. s) *ita* 2. 3; Eilburg 4; Oilberch 1. 1ª. *L*; Edberg *edd.* t) sigeberh 1; Sigeberg *edd.* u) d̄m (deum) 1; deū 1ª; *cf. infra p.* 29, *l.* 22. v) derexit *alio atram. corr.* detexit 1.

1) *V. supra c.* 12 *[p.* 25, *l.* 24 *sqq.]* *et c.* 87 [88]. *L.*

tuendas episcopus commendaverat[a], occultis vastare latrociniis et subintromittere servos suos, qui colonis equos et ceteras substantias furtim auferrent. Conatus enim[b] illius ad id usque processit, ut episcopum sicut deci-
5 marum iure sic possessionibus eximeret[c], perturbatoque capite cultus Dei facilius pateret exterminio. Tandem igitur pontifex veniens in provinciam Obotritorum ibique habita cum colonis inquisicione deprehendit[1] ad liquidum, quorum machinamentis tanta possessioni suae in-
10 mitterentur latrocinia. Permotus itaque, quod non mirum, stupore simul et timore, eo quod[d] atrocissimos insidiatores invenisset eos, quos[e] putabat amicissimos, iamque presentiens[f] novellae plantacionis defectionem, multum cepit fluctuare animo[2]. Recurrens autem[g] ad id, quod
15 pro tempore tutius videbatur consilium, temptare cepit, si forte verbis suasibilibus[3] mederi posset morbo paulatim subrepenti, multisque generum[h] blandiciis mulcere cepit, ut a ceptis desisteret, neve possessiones ecclesiasticas predonibus depascendas exponeret; proventuram sibi, si
20 non resipuerit, non solum[i] offensam divinitatis, sed et maiestatis[k] imperatoriae. Ille obiectionibus dolos prestruens respondet nunquam se erga dominum et patrem suum tantam admisisse inposturam[4], circa[l] quem animum habuerit optime semper affectum; si quid autem fore-
25 factum[m] fuisset, latronum hoc insidiis contigisse, qui de Ranis sive Wilzis commeantes forte nec suis parcerent; se[n] quidem ad hos cohibendos consilio et auxilio libenter affuturum. Facile igitur persuasum est simplici viro concepta opinione desistere. Postquam autem accepta
30 satisfactione pontifex abcessit, illi statim rupta pollicitacione ad cepta devoluti sunt flagicia furtisque villarum incendia copulaverunt, preterea colonis omnibus, qui ad ius episcopi pertinebant, nisi quantocius predia desere-

a) commenderat 1. 1[a]. b) enim *om. S. R.* c) exueret *edd.* d) quot
35 *manu C corr.* quod 1. e) ꝗ (quod) 2. f) *ita conieci;* presentis *codd. et edd. L; cf. infra l. II,* 11. *in.:* Ille presentiens dolos, *et persaepe* sentiens. *Post* defectionem *primus S addidit ex coniectura* timens, *quod omnes posteri ex eo receperunt.* g) autem *om.* 2. h) affinem *edd.* i) sola 2. k) magestatis 2. l) cura *alio atram. corr.* circa 2; erga *edd.* m) forte factum 1; autem factum 1[a]. *edd.* n) si 1. 1[a]; Si 2.

40 1) *Paene eadem verba infra c.* 84 (83): Veniens igitur episcopus ... habita inquisicione cum colonis deprehendit. 2) animo fluctuare *Vergil. Aen. X,* 680. *L.* 3) *Cf. Widukind II,* 28, *SS. rer. Germ. ed.* 4. *p.* 77, *n.* 3: verbis suasibilibus. 4) *Cf. infra c.* 67: admirans inposturam.

rent, mortem interminati sunt. Sicque possessiones illas desolacio in brevi[a] consecuta est[1].

Accessit his malis[2], quod idem Billug[b] matrimonii sui iura corrupit, repudiata scilicet sorore pontificis. Fuit haec causa inimiciciarum precipua occasio, ceperuntque res ecclesiasticae paulatim titubare. Nec fuit, unde status novellae ecclesiae ad plenum posset conva*lescere, eo quod Magnus Otto iam pridem vita presenti[c] decessisset, medius quoque necnon et tercius Otto bellis Italicis[d] essent occupati, et ob hanc causam Slavi temporis oportunitate freti non solum divinis legibus, sed et imperatoriis[e] iussis cepissent paulatim obniti. Solus Saxoniae dux Benno aliquam dominationis umbram, licet tenuem, pretendere videbatur, cuius respectu Slavorum impetus retardati sunt, ne aut fidei Christianae renuntiarent aut arma corriperent.

*p. 22.

Wagone igitur facto de medio Ezico successit in cathedram[f]. Iste suscepit ordinem[g] a sanctissimo Adeldago Hammemburgensi[h] archiepiscopo[3]. Quatuor ergo pontifices ante excidium Aldenburgensis ecclesiae extitisse[i] comperimus, videlicet Marconem, Ewardum[k], Wagonem[l], Eziconem[m], quorum tempore Slavi in fide perstiterunt. Ecclesiae in Slavania ubique erectae sunt, monasteria virorum ac[n] mulierum Deo servientium constructa sunt plurima. Testis est magister Adam[4], qui gesta Hammemburgensis[h] ecclesiae pontificum disertissimo[o] sermone[p] conscripsit, qui cum commemoret[q] Slavaniam in duo de XX[r] pagos dispertitam, affirmat absque tres[s] omnes ad Christi fidem[t] conversos.

Ad. II, 24.

De Suein rege Danorum. Capitulum XV.

ib. Schol. 25.

Eodem[u] quoque tempore Bolizlaus Polenorum[v] christianissimus rex confederatus[w] cum Ottone tercio omnem Slaviam, quae est ultra Odoram[x], tributis subiecit, sed et Ruciam et Pruzos,

a) in brevi desolatio *edd.* b) bellug 1. 2. c) presenti vita *edd. L.* d) ita litis *(sic 1a) alio atram. corr.* italicis 1. e) imperatoris 1. 1a. f) kathedra 2. g) ordinationem *S. R.* h) hammebg 1; hamemb 2. i) exstitisse 2. k) Eewardum *vel* Eewardum 2; Edwardum *R. B.* l) wegonem *corr.* wegonem 1; weagonem, *primum e delet.* 1a; Waegonem, e *alia manu superscr.* 2. m) et Ezic. *edd. L.* n) et *edd. L.* o) desertissimo 2. p) stylo *S. (R).* q) memoraret *alia manu corr.* 9memoraret 2. r) duodecim 3. s) tribus 1a. *L;* praeter tres *edd.* t) fidem Christi *edd.* u) *nulla capitis distinctio in* 2. v) Polonorum 2. *edd. L.* w) confideratus 2. x) oderā 2.

1) *Cf. infra c.* 15, *p.* 31: Sicque monasterium illud desolacio consecuta est. 2) *Verba* accessit his malis (quod idem) *saepius apud Helmoldum occurrunt; cf. e. gr. infra c.* 16, *p.* 33, *c.* 75 *in.* 3) *Qui obiit a.* 988. *Apr.* 29. *L.* 4) *Vide de hoc loco Voelkel p.* 20; *Breska, 'Untersuchungen' p.* 16 *sqq., cuius interpretationem nostra verborum distinctio secundum codd.* 1 *et* 2 *instituta confirmat.*

a quibus passus est Adelbertus episcopus. Cuius reliquias tunc [*Ad. Schol. 25.*] Bolizlaus[a] transtulit in Poloniam. Principes Slavorum, qui Wi- [*ib. II, 24.*] nuli[b] sive Winithi[c] dicuntur, fuerunt eo tempore Missizla, Naccon et Sederich, sub quibus pax continua fuit, et Slavi sub tributo servierunt. Nec pretereundum videtur, quod idem Missizlaus Obotritorum princeps[d] Christum[e] palam confitens, sed clam persequens, sororem suam, Deo dicatam virginem Hodicam, monasterio virginum quod erat Mikilinburg[f] subtraxit eamque cuidam Bolizlao incestissimo sociavit coniugio; ceteras virgines, quae ibidem repertae sunt, aut militibus suis nuptum tradidit aut in[g] terram Wilzorum sive Ranorum transmisit, sicque monasterium illud desolacio consecuta est[1]. Siquidem in diebus illis [*ib. II, 25.*] permittente Deo propter peccata hominum perturbata est apud Danos et Slavos[2] tranquillitas, et pulchris divinae religionis incrementis inimicus homo superseminare zizania[h] conatus [*Matth. 13, 25.*] est. Apud Danos enim Sueinotto filius christianissimi[i] regis Haroldi, dyabolico spiritu inflammatus, multas adversus[k] patrem molitus est insidias, cupiens eum quasi longevum et minus validum regno privare et opus divinae plantacionis de finibus Danorum penitus exterminare. Haroldus autem, ut supradictum[3] est, primum quidem gentilis, deinde magni patris Unni doctrina ad fidem Christi conversus[4], tanta se erga Dominum[l] devocione exercuit[m], ut non surrexerit similis ei inter omnes reges Danorum, qui tantam aquilonis latitudinem ad fidem divinae cognicionis[n] [*cf. Ad. II, 26.*] traxerit et omnem terram ecclesiis et sacerdotibus fecerit esse insignem. Huius viri industria in divinis quidem rebus fuit eximia[o], tamen[p] etiam in mundana sapientia. In his[q] videlicet, quae ad regni gubernacionem pertinere videntur, adeo claruit, ut leges et iura statuerit, quae [*ib. II, 26.*] pro auctoritate[r] viri non solum Dani, sed et Saxones[s] adhuc hodie servare contendunt. Concitantibus igitur his qui Deo servire et pace regi[t] detrectabant[u], Dani unanimi con- [*ib. II, 25.*] spiratione Christianitatem abdicarunt[v] et statuentes impium Suein[w] in regnum patri eius Haroldo bellum indicunt. Qui licet ab inicio regni sui semper spem suam in Deo posuerit, vel tunc

a) bolizlans *h. l.* 1. b) wimili 1. c) Winiti 1. 1ª. d) principes *secundo* e *expuncto et alio atram. corr.* princeps 1. e) xpiani *radendo et alio atram. corr.* xpm 1. f) Mikilinborg 1. g) ad *edd.* h) zisania 2. i) cristianissimus 2. k) apud 2. l) dm (deum) 1. 1ª. m) exercuit 2. n) ϙnicionis *a librario corr.* ϙgnic. 1. o) nihilominus *add. edd. L, non exstat in codd.* p) cum 1. 1ª. q) hiis 1ª. 2. *L.* r) autor. 1. 1ª. s) saxonis *corr.* saxones 1. t) paci regis 1. 1ª. *S.* u) detractabant 2. *R. B.* v) abdicant *edd.* w) Swein 2.

1) *Vide supra p.* 30, *n.* 1. 2) *De verbis* et Slavos *vide Regel p.* 12. *contra Hirsekorn p.* 11 *sq. et Schirren p.* 247. 3) *C.* 9. 4) *Vide Adam. I,* 61.

Ad. II, 25. maxime Domino commendavit eventum rei, non tam dolens sua pericula quam filii delictum et ecclesiae angustias. Cernens enim[a] tumultum non posse sedari sine prelio arma sumpsit invitus, adhortantibus his qui Domino ac[b] regi *ib.* suo fidem inviolatam exhibere nitebantur. Ventum est igitur ad bellum. In quo conflictu victa est pars Haroldi, cecideruntque vulnerati multi. Ipse vero Haroldus graviter sauciatus[c] fugit ex acie ascensaque navi elapsus est ad civitatem *ib. II, 26.* opinatissimam Slavorum nomine Iumnetam[d]. Ubi preter spem, quia barbari erant, humane receptus, post aliquot dies ex eodem vulnere deficiens[e], in Christi confessione migravit, asscribendus[1] non solum inter Deo dignos reges, sed etiam *ib. II, 27.* inter gloriosos martyres. Regnavit autem annis L. Quo defuncto Suein[f] regno potitus[g] in sua crudelitate sevire cepit, gravissimam in Christianos persecucionem exercens[h]. Consurrexeruntque omnes iniqui in finibus aquilonis[2] gaudentes vel tunc patere locum maliciae suae, bellis scilicet et perturbationibus, ceperuntque finitima regna vexare terra marique. Primum ergo[i] conflato navali exercitu, remigantes mare Britannicum brevi compendio, appulerunt litoribus Albiae fluminis, ubi im*provisi *p. 23.* *ib. II, 29.* irruentes super quietos et impavidos[k] vastaverunt[l] omnia maritima Hathelen omnemque terram Saxonum, quae erat super ripas fluminis[m], quousque pervenirent Stadium, quod est oportuna stacio navium per Albiam descendentium. Quo[n] tristi rumore velociter comperto comites[o] Sigafridus et Thidericus ceterique nobiles, ad quos provinciae tutela pertinebat[p], ruerunt obviam barbaris, cum tamen essent perpauci, constricti temporis articulo[3], exceperuntque hostes in memorato[q] portu Stadii. Facta est igitur[r] pugna[s] vehementissima, in qua superantibus Danis virtus Saxonum penitus est attrita. Comites ambo ceterique nobiles et[t] militares viri, qui interfectioni superfuerant, vincti et cathenati[u] ad naves perducti sunt. Comes Sigafridus[v, 4] auxilio cuiusdam piscatoris noctu profugit et evasit captionem[w]. Quam ob rem barbari furore correpti omnes quos habebant in vinculis nobiliores truncaverunt manibus et pedibus et nare precisa[x] ad terram semianimes proiecerunt. Deinde quod residuum *ib. II, 30.* fuit provinciae illius impune predati sunt. Altera pars pira-

a) autem 2. *L.* b) et *edd. L.* c) sicaciatus *manu multo posteriore (saec. XV?) corr.* sauciatus 1. d) iumneca 1; Winnetam *edd.* e) definens *corr.* deficiens 1. f) Swein 2. g) pocitus 1. h) excercens 2. i) igitur 2. *L.* k) improvidos *edd.* l) vastarunt *edd.* m) Albiae flum. *edd.* n) Qui 1. 1[a]. o) comes *S. R.* p) pertinebat 2. q) memoratu 2. r) ergo *edd. L.* s) pugna 2 *saepe.* t) ac 2. *L.* u) carcerati *alia manu antiqua superscr.* catenati 2. v) Sigafrid 2. w) ōem *in loco raso* 1. x) p̄scisa 2.

1) *Cf. Adam II,* 26: innocens vulneratus — non carebit. 2) *Cf.* 1. *Mach.* 9, 23: Emerserunt iniqui in omnibus finibus Israel. 3) *De angustia temporis apud Adamum nihil legitur.* 4) marchio Sigafridus *Adam l. l. Voci* marchio *in Adami cod.* 1 *eadem manu superscriptum est:* comes.

tarum, quae per Wirraham[a] subvecta omnem illius fluminis *Ad. II, 30.*
ripam usque Lestmonam[b] vastaverat, cum maxima captivorum
multitudine pervenerunt ad paludem[c] Glindesmor[d]. Ubi cum quendam[e] Saxonem militem captivum[f] facerent ducem itineris, ille
perduxit eos ad difficiliora loca[g] paludis. In qua illi diu fatigati facile
a Saxonibus, qui insecuti sunt, disiecti sunt, et perierunt ex eis XX milia. Nomen militis, qui deduxit eos ad
invium, fuit Heriwardus[h], perhenni[i] Saxonum laude celebratur.

Quomodo Slavi fidem reliquerint[k].
Capitulum XVI.

Circa idem tempus[1] impletus est annus incarnacionis *ib. II, 40.*
verbi[l] millesimus primus, in quo fortissimus imperator tercius 1001.
Otto[l*], cum iam tercio victor Romam intrasset, inmatura morte preventus[m] occubuit. Cui successit in regnum[n] pius[o] Heinricus[p], iusticia et sanctitate insignis, ille, inquam, qui
Bavenbergensem[q] fundavit episcopatum et erga cultum
ecclesiarum amplissimae fuit munificentiae. At vero
anno[r] regni eius X[o] mortuus est dux Saxoniae Benno[2], 1011.
vir omni probitate conspicuus et strennuus ecclesiarum
defensator[s]. Cuius principatus heres factus est Bernardus filius eius, licet a[t] paterna felicitate diverterit[u, 3].
Ex illo enim tempore, quo dux constitutus est, in hac regione nunquam cessavit discordia et perturbacio, quoniam[v] dux Heinrico *ib. II, 46.*
imperatori rebellare ausus totam[w] secum ad rebellandum cesari movit
Saxoniam. Deinde surgens in Christum omnes ecclesias Saxoniae
terruit atque turbavit, illas precipue[4], quae in memorata rebellione ipsius maliciae noluerunt applicari. Accessit his malis[5], *ib.*
quod idem dux, tam paternae quam avitae[x] devocionis, quam
erga Slavos habebant, penitus inmemor, gentem Winu-

a) Wirracham 1. b) lescinouam 1[a]. 2. c) palludem 1. d) glindesinor *corr.* glindesmor 1. e) q̊nda (quandam) 1. f) captiuā *corr. a librario* captiuū 2. g) loca diffic. *edd.* h) ri *e corr.* 1; herwardus 2. *edd.*; qui *addunt edd. L, quod Adam non habet.* i) perenni 2. *edd.* k) reliquerunt 1[a]. *L.* l) verbi incarn. 1. 1[a]. *L.* l*) Otto tertius *edd.* m) preventus *alia manu fere coaeva superscr.* 2. n) regno *edd.* o) sanctus 4. p) Hinricus 1. 1[a]. *L.* q) bauenbergensen, *prius* b *e corr.* 1. r) anno *om.* 2. s) defensor 2. 3. *B.* t) a *om.* 1. 1[a]. u) divertit *edd.* v) q̧ *minio delet. et superscr. (manu C?)* qm̄ (quoniam) 1. w) cotam 1. x) a||uice *alio atram. corr.* a||uite 1.

1) *Etiam in hoc capitulo Helmoldum praeter Adamum alio libello usum esse opinatus est Breska, 'Untersuchungen' p.* 26 – 29, *quem Regel p.* 12 – 14. *secutus est; quod nec probari nec refelli posse censeo. Cf. supra p.* 23, *n.* 2. 2) *Mortuus est a.* 1011. *Febr.* 9; *Ann. Quedlinburg. Hildesheim. L. Vide Hirsch, 'Jahrb. . . unter Heinrich II.' II, p.* 302, *n.* 2. *Bennonem anno Heinrici II. decimo obiisse Helm. ex eis computavit, quae Adam II,* 40. 44. *de morte Ottonis III. et Bennonis habet.* 3) *Cf. infra c.* 22, *p.* 45. *de Ordulfo:* licet fortitudine et miliciae usu longe a felicitate paterna diverterit. 4) praecipue vero nostram, quae et ditior eo tempore ceteris et longinquior videbatur a manu imperatoris. *Adam II,* 46. 5) *Vide supra p.* 30, *n.* 2.

Ad. II, 46. lorum per avariciam crudeliter opprimens ad necessitatem paganismi[a] *ib. c. 43 et schol. 31.* coegit. Sane eo tempore Slavorum dominio potiti sunt Theodericus[b] marchio et dux Bernardus, illo quidem orientalem, isto occidentalem possidente provinciam, quorum ignavia coegit Slavos[c] fieri desertores. Rudes enim adhuc in fide gentilium populos, quos optimi quondam principes cum magna lenitate foverant, temperantes rigorem his[d], quorum propensius[e] insistebant saluti, isti tanta crudeli- *ib. II, 40.* tate insectati sunt, ut excusso tandem servitutis iugo libertatem suam armis defendere cogerentur. Principes Winulorum erant Mistiwoi[f] et Mizzidrag[g], quorum ductu sedicio inflammata est. Sermo *ib. Schol. 30.* igitur est et veterum narracione vulgatum, quod idem Mistiwoi[f] petiit sibi neptem ducis Bernardi [dari[h] in uxorem], illeque[i] promisit. Tunc idem princeps Winulorum volens sponsione dignus fieri[k] perrexit cum duce in Italiam cum equitibus mille, qui omnes fere ibidem sunt interfecti. Cumque rediens de expeditione pollicitam sibi mulierem expeteret, Theodericus[b] marchio intercepit consilium, consanguineam ducis proclamans non dandam[l] cani[1]. Quo ille audito cum magna indignacione recessit. Cum igitur dux mutato consilio nuntios post eum direxisset, ut concupitis potiretur[m] nuptiis, ille refertur tale dedisse responsum: 'Oportet quidem generosam magni principis neptem prestantissimo viro copulari, non vero cani[n] dari. Magna gratia nobis[o] pro servicio refertur, ut iam canes, non homines iudicemur. Si igitur canis valens fuerit, magnos morsus dabit'. Et hoc[p] dicens reversus est in Slaviam, et[q] primo omnium[2] transivit in civitatem Rethre, quae est in terra Luticiorum, convocatisque omnibus Slavis, qui ad orientem[r] habitant, intimavit eis illatam sibi contumeliam, et quia Saxonum voce Slavi canes vocentur. At illi: 'Merito haec', inquiunt, 'pateris, qui spernens contribules tuos excoluisti Saxones, gentem perfidam[s] et avaram. Iura igitur nobis, quod deseras eos[t], et stabimus tecum'. Iuravitque eis.

a) paganissi 2. b) Theodoricus *edd. L.* c) Slavos coegit *edd.* d) hiis 2. *L.* e) propencius *corr.* propensius 1. f) mistiwor 1. 1a. g) mizzudrag 1. 1a. *edd.* h) dari in uxorem *solus habet* 4; dari in coniugium *Adami cod.* 4. i) et ille *edd.* k) fieri dignus 1. 1a. *L.* l) non dandam procl. *edd.* m) ti *manu C superscr.* 1. n) non vero eam dari 2, *ubi* cani *post* non *alia manu coaeva in margine adscriptum est.* o) nobis gratia *edd.* p) hec 2. q) in 1. 1a. r) ori||gentem 2. s) pfid *in loco raso* 1. t) eos *in loco raso* 1.

1) *Haec omnia referenda esse ad a.* 973—983. *iam in notis ad Adamum l. l. indicavimus. L. Cf. Uhlirz, 'Jahrb. . . unter Otto II. und Otto III.' I, p.* 176, *n.* 3. 2) *Cf. supra p.* 21, *l.* 8 *sqq., infra c.* 22, *p.* 45: primo omnium Godescalcum interfecerunt. *Ergo verbis:* et primo omnium *probari non potest, quod Breska, 'Untersuchungen' p.* 28, *inde colligere voluit, Helmoldum libellum ante oculos habuisse et finem narrationis omisisse.*

Postquam autem dux Bernardus emergentibus[1] causis arma adversus cesarem corripuit, Slavi, oportunitate accepta, congregato exercitu totam primo Nord- [Ad. II, 40.] [*p. 24.] albingiam ferro et igne depo*pulati sunt. Deinde reliquam peragrantes Slavaniam[a] omnes ecclesias incenderunt et ad solum usque diruerunt. Sacerdotes autem et reliquos ecclesiarum ministros variis suppliciis enecantes nullum Christianitatis vestigium trans Albiam reliquerunt. Apud Hammemburg eo tempore ac deinceps multi ex clero et civibus[b] [ib. II, 41.] in[c] captivitatem abducti sunt, plures etiam interfecti propter odium Christianitatis. Narrant seniores Slavorum[2], qui omnes barbarorum gestas res in memoria[d] tenent, Aldenburg civitatem populatissimam de Christianis inventam[e] fuisse. Sexaginta igitur presbiteri, ceteris more pecudum[f] obtruncatis, ibi ad ludibrium[g] servati sunt. Quorum maior loci prepositus Oddar nomen habuit. Ille igitur cum ceteris tali martirio consummatus[h] est, ut, cute capitis in modum crucis incisa, ferro cerebrum singulis aperiretur[i]. Deinde ligatis post terga manibus confessores Dei per singulas civitates Slavorum tracti sunt, usque dum deficerent. Taliter illi *spectaculum facti et angelis et* [1. Cor. 4, 9.] *hominibus* in stadio medii cursus exhalarunt[k] victorem spiritum. Multa in hunc modum per diversas Slavorum aut[l] Nordalbingorum provincias tunc facta memorantur, quae scriptorum penuria nunc habentur pro fabulis. Tanti denique in Slavia[m] habentur martyres, ut vix possent[n] libro comprehendi.

Omnes igitur Slavi, qui inter Albiam et Odoram[o] habitant, per [Ad. II, 42.] annos LXX et amplius Christianitatem coluerunt, omni scilicet tempore Ottonum, talique modo se[p] absciderunt a corpore Christi et ecclesiae, cui ante coniuncti fuerant. O vere occulta super homines Dei iudicia, qui *miseretur cui*[q] *vult et quem vult indurat!* Cuius omni- [Rom. 9, 18.] potentiam mirantes videmus[r] eos ad paganismum relapsos esse, qui primi crediderunt, illos autem conversos ad Christum, qui videbantur novissimi. Ille igitur *iudex iustus, fortis et paciens*, qui olim deletis [Ps. 7, 12.] coram Israel VII gentibus Canaan[s] solos reservavit allophilos, in [cf. Act. Apost. 13, 19.] quibus experiretur Israel[3], ille, inquam, modicam gentilium portionem nunc[t] indurare voluit, per quos nostra confunderetur perfidia. Haec facta sunt[u] ultimo tempore senioris[v] Libentii archiepiscopi sub [Ad. II, 43.] duce Bernardo, filio Bennonis[4], qui populum Slavorum graviter afflixit. Theodericus marchio Slavorum, cui cum commemorato eadem [ib. Schol. 32.] fuit avaritia, similis crudelitas, depulsus ab honore et ab[w] omni hereditate prebendarius[x] apud Magdeburg mala morte, ut dignus fuit, vitam finivit. Mistiwoi[y] princeps Slavorum, circa ultima [ib. Schol. 28.] tempora penitentia ductus et[z] ad Deum[a] reversus, cum

a) slaviam 2. 3. *B.* b) et civibus *in loco raso* 1. c) ad 2. d) memoriā 2. e) iuuentam 1. f) pecorum 2. g) ludrium *in marg. manu saec. XV. corr.* ludibrium 1. h) consumpmatus, mp *linea alio atram. perducta delet.* 1. i) aperitur 2. k) exalarunt 1. l) ac *edd. L.* m) Sclavania *L.* n) possunt 2; possint *edd.* o) oderam 2. p) se modo 2. q) tui *corr.* cui 1. r) uidemus *in loco raso* 1. s) chanaan 2. t) ñ (non) 1. 1[a]. u) sunt *om.* 1. 1[a]. v) seniores *corr.* senioris 1. w) ab *om.* 1. 1[a]. *edd. L.* x) prebencarius 2. y) Mistiwoi *alio atram. corr.* Mistiwor 1; Mistiwor 2. z) et *om.* 1. 1[a]. *S. R. L.* a) Dominum *edd. L.*

1) Emergere *saepissime apud Helmoldum; vide e. gr. supra c.* 4, *p.* 13, *l.* 1. 2) Narravit nobis diu (*i. e.* saepe) memorandus rex Danorum *Adam l. l.; cf. Breska, 'Untersuchungen' p.* 18. 3) *Cf. Iudic.* 3, 4: ut in ipsis experiretur Israelem. 4) *Ita Adami cod.* 1: Bernardo filio Hermanni (Herimanni) *codd.* 2. 3. 4.

Ad. Schol. 28. nollet Christianitatem deserere, depulsus est a patria fugiensque ad Bardos ibidem consenuit fidelis.

De Unwano[a] episcopo. Capitulum XVII[m].

ib. II, 44. Defuncto igitur Ezicone in Aldenburg successit[b] Volcwardus, post quem Reginbertus[c]; quorum prior Volcwardus persecucionis tempore Slavia pulsus abiit[1] in Norwegiam, ibique multos Domino lucratus cum gaudio rediit[d] Bremam. *cf. ib. II,* 14. 24. In Hammemburgensi quoque metropoli Adaldago[e], qui primus in Aldenburg[f] ordinavit episcopos, successit[b] Libentius[2], *cf. ib. II,* 43. vir sanctitate insignis. Huius temporibus[g] Slavi de- *ib. II,* 45. fecerunt a fide. Post hunc fuit Unwanus[a] clarissimo genere oriundus, preterea dives et largus, omnibus hominibus acceptus, clero *cf. ib. II,* 46. autem adprime[h] benivolus. Eo igitur tempore, quo dux Bernardus suique complices cesari Heinrico rebellavit omnibusque Saxoniae ecclesiis[i] esset gravis et infestus[3], illis maxime, qui erga maiestatem[k] imperatoriam fidelitatis *ib. II,* 46. suae iura temerare noluissent[l, 4], eius impetum viri dicitur archiepiscopus Unwanus[m] sua magnanimitate refregisse, ut propter sapientiam et liberalitatem episcopi cogeretur ipse dux ecclesiae, cui antea adversatus est, deinceps benignus esse in omnibus. Igitur habito pontificis consilio rebellis princeps tandem flexus apud Scalchis- *ib. II,* 47. burg[n] cesari Heinrico supplex dedit manus. Mox quoque favente Unwano[o] Slavos tributo subiciens pacem reddidit Nordalbingis et matri[p] Hammemburg[q]. Ad cuius restauracionem venerabilis metropolitanus asseritur post cladem Slavanicam civitatem et ecclesiam fecisse novam, simul ex singulis congregacionibus suis, quae virorum essent, tres eligens fratres, ita ut XII fierent, qui in Hammemburg canonica degerent conversatione vel qui populum converterent ab errore ydolatriae. Ordinavitque in Slavaniam mortuo Reginberto Bennonem, virum prudentem, qui de fratribus Hammemburgensis ecclesiae electus in populo Slavorum multum predicando fructum attulit.

De Bennone episcopo. Capitulum XVIII[r].

Benno[s], magnae devotionis vir, cupiens diruta Aldenburgensis sedis reedificare[5], perquirere cepit de

a) Unnuan. 1. 2. b) succescit 2. c) regi *in loco raso* 1. d) redit *L.* e) Adeldago *edd.* f) aldelburg 2. g) temporis 1. h) adprime *recenti manu corr.* apprime 1, *et ita edd.* i) ec|clesie *alio atram. corr.* ec|clesiis 1. k) magestatem 2. l) voluissent *S.* m) unnuan. 1; Unmuan. 2. n) Schalckesburg 4. o) unnuan. 1; unnmano *videtur h. l.* 2. p) matrici ecclesie 4. q) hammeb͞ 1; hamemb̄ 2. r) VIII[us] *alia manu corr.* XVIII[us] 1. s) Hic sane 2, *ubi nulla capitis distinctio.*

1) *Pro* successit . . . abiit *habet Adam l. l.:* ordinavit archiepiscopus, missus est ab archiepiscopo *(Hammaburgensi). Cf. infra p.* 42, *n.* 2. 2) *Sedit ab anno* 988. *usque a.* 1013. *Ian.* 4. *L. Adam II,* 27. 3) *Vide Adam. II,* 46. *et supra Helm. c.* 16 *[p.* 33, *l.* 22 *sqq.]. L.* 4) *Cf. supra p.* 33, *n.* 4. — Iura (iuramenta) temerare *et similia saepissime apud Helmoldum, e. gr. c.* 28 *in fine, c.* 32, *c.* 54 *in fine.* 5) *Actus apost.* 15, 16: Et diruta eius reaedificabo. *Supra p.* 14, *n.* 2.

1014—23. possessionibus et reditibus, quos ad ius episcopale Magni Ottonis deputaverat institucio[1]. Sed quia post excidium Aldenburgensis ecclesiae primitiva instituta et magnorum principum donationes venerant in abolicionem et Slavorum possessioni cesserant, memoratus pontifex in presentia ducis Bernardi questus est, quia[a] Wagiri et Obotriti[b] ceterique Slavorum populi debita sibi negarent stipendia. Unde principes Winulorum ad colloquium evocati sunt et interrogacione habita, quare pontifici legitimam[c] subtraherent annonam, illi pretendere ceperunt varias exactionum gravedines; expedire sibi egredi terram[d] quam implicari maioribus[e] vectigalium pensionibus. Considerans igitur dux non posse instaurari ecclesiastica iura secundum eam formam, qua fuerant tempore Magni Ottonis, peticione adhibita vix obtinuit, ut de qualibet domo, paupere vel divite, per omnem Obotritorum terram duo nummi pontificalibus solverentur inpensis. Preterea *p. 25. *curtes[f] illae notissimae Buzu et Nezenna[g, 2] et ceterae possessiones in terra Wagirorum episcopo restitutae sunt rursus incolendae. Illa vero predia, quae fuerunt in remotiori Slavia, quae[h] olim ad Aldenburgense episcopium pertinuisse antiquitas commemorat[3], ut est Derithsewe[4], Morize[i, 5], Cuzin[6], cum attinentiis suis episcopus Benno nullatenus per ducem obtinere potuit, licet ad haec requirenda sepius enisus fuerit. Postquam autem placuit piissimo cesari Heinrico curiam celebrare in

a) quod *edd.* b) obotrici 2. c) debitam 3. d) potius *addunt edd.* e) maioribus *om.* 2. f) curces *alio atram. corr.* curtes 1. g) nezetina 1; nezecma *vel* nezecina 2. h) quae *om.* 1. 1[a]. i) motize 1. 1[a]. *edd.*

1) *Quae hoc capitulo continentur, omnino reiecerunt Schirren p.* 65—70, *Dehio, 'Gesch. des Erzb. Hamburg-Bremen' I, App. XVII. Cf. supra p.* 23, *n.* 2. *Quod Bennonem episcopum Hildesheim mortuum esse Helmoldus recte tradit — vide Bresslau, 'Forschungen' I, p.* 405, *n.* 3 —, *infra explicare conabor; cf. p.* 39, *n.* 1. 3. 2) *Vide supra c.* 14 *[p.* 28*]. L.* 3) *Ita et infra c.* 68: quos . . . ecclesiae . . . pertinuisse commemorat antiquitas. 4) *Dartzowe, hodie Dassow, apud lacum hoc nomen proferentem in ducatu Mecklenburg.-Zwerin. L. Regel p.* 33 *sq. conicit Darze vel Darz ab oriente et austro (ab occidente oppidi Lübz est alia villa Darze) oppidi Lübz esse Derithsewe. Cf. Wigger, 'Jahrb. des Vereins f. Mecklenburg. Gesch.' XLII, D, p.* 36—38; *Regel p.* 31 *sqq. contra Schirren p.* 61 *sqq.* 5) *Murize villa, quae occurrit in chartis a.* 1186. *et* 1191. *('Mecklenb. UB.' I, nr.* 141. *et* 151*), haud dubie sita fuit prope lacum Muritze. L.* 6) *Ut videtur villa Cuscin, quae, ex quo a.* 1219. *conventus Campi Solis, a.* 1211. *fundatus, in eam migravit, dicitur Neukloster. L. De Quetzin ad lacum Plauensem cogitare mavult Wigger, 'Mecklenb. Annalen' p.* 135[a], *n.* 1.

1021? castro Werbene[1], quod est iuxta Albiam, ad experiendos[a] animos Slavorum, venerunt omnes principes Winulorum in presentiam cesaris seque imperio ad bonum pacis et subiectionis obtemperaturos protestati sunt. Ibi igitur cum Aldenburgensis[b] pontifex in facie cesaris veterem pro ecclesiae suae bonis innovaret querimoniam[c. 2], interrogati principes Slavorum de possessionibus ad ius episcopi pertinentibus recognoverunt memoratas urbes[3] cum suburbiis eorum ecclesiae[d] et pontifici[e] debere pertinere. Preterea omnes Obotriti[f], Kicini, Polabi[g], Wagiri et ceteri Slavorum populi, qui terminis Aldenburgensis[h] ecclesiae concludebantur, polliciti sunt dare omnem censum, quem pro decima Magnus Otto ecclesiasticis stipendiis deputaverat. Quorum tamen pollicitatio plena simulacione et fallacia fuit. Statim enim, ut cesar soluta curia ad alia se convertit, nichil de promissis curaverunt. Dux quoque Saxonum Bernardus, in armis quidem strennuus, sed totus avaricia infectus[4], Slavos, quos e vicino positos bellis sive[i] pactionibus subegerat, tantis vectigalium pensionibus[k] aggravavit[l], ut nec memores Dei nec sacerdotibus ad quicquam essent benivoli[m]. Quam ob rem Christi confessor Benno, videns legacionis suae ministerium a principibus seculi non solum non adiuvari, immo funditus prepediri, casso labore fatigatus, *cum non inveniret, ubi requiesceret pes eius*, pervenit ad sanctissimum virum Berenwardum[n], Hildensemensem[o] presulem[5], ostendens ei angustias suas et querens in tribulacione consolacionem[p]. Ille, ut erat vir mitissimus[q], collegit[6] hospitem, prebuit[r] lasso humanitatis officia et de facultatibus ecclesiae suae supputavit[s] ei vitae stipendia, quatinus ad legacionis suae

Gen. 8, 9.

a) experigendos, g *alio atram. delet.* 2. b) aldenburg 1. c) querimaniam *a librario corr.* querimoniam 1. d) eccl̄i 2. e) pontificii 1. 1a. f) obotrici 2. g) polani 2. h) aldenburgis 2. i) sine *radendo corr.* siue 1. k) penconibus 1. l) acgregauit 1; aggregauit *alio atram. corr.* aggragauit 2; *cf. infra p.* 48, *l.* 10 *sq.* m) ut Dei et legis eius immemores etiam sacerdotibus essent infesti 4. n) Berenwarium 2. o) hildensemensem 1. p) consolamen 2. q) mansuetissimus 2. r) et preb. *edd.* s) suppuravit *corr.* supputavit 1; suppeditavit *edd. L; cf. infra c.* 78: ea quae . . fratrum michi devotio subputavit.

1) *De conventibus in Werben habitis vide Thietmarum Merseb. VI,* 28 *(*21*) [SS. rer. Germ. ed. Kurze p.* 150*] ad a.* 1005. *L. Ad annum* 1021. *sequentia, si vera sunt, trahenda sunt; 'Jahrb. Heinrichs II.' III, p.* 186 *sqq.* 2) *Cf. schol.* 56. *ad Adam.:* veterem . . querimoniam renovasse; *ib. II,* 5: veterem . . instaurasse querelam. 3) *Quae vix praedia dixerat. L.* Urbs *Helmoldo idem est ac* castrum *vel etiam terra ad castrum pertinens ('Burgbezirk'). Ita supra p.* 28, *l.* 10 *sq.* 4) *Cf. Adam II,* 46. 5) *Cf. Vitam Bernwardi c.* 49 *[SS. IV, p.* 779*]; Ann. Hildesheim. a.* 1022. *L.* 6) *I. e.* excepit. *Cf. infra c.* 82 [83] *in. L.*

opus exiens atque revertens inveniret stacionem tutam, in qua pausare posset. Eo tempore memoratus pontifex Berenwardus[a] in possessione, quae sibi hereditario iure provenerat, magnam fundavit ecclesiam amplissimis, ut 5 videri[b] potest[1], impensis, in honore scilicet[c] sancti Michaelis[d] archangeli, quo[e] etiam copiosam monachorum turmam ad serviendum Deo aggregavit[f]. Consummata igitur ad votum basilica, ad denuntiatum dedicacioni 1022. festum[2] convenit inmensa multitudo, ubi cum sinistrum 10 ecclesiae latus noster episcopus Benno dedicaret, a populo compressus[g,3] et attritus post paucos dies morbo ingravescente vita defunctus est; in[h] aquilonali[i] absida eiusdem ecclesiae[k] honestam obtinuit sepulturam. Huic successit Meinherus[l,4], suscepit[m] benedictionem a Li- *Ad. II, 62.* 15 bentio secundo. Post hunc fuit Abelinus, ordinatus ab Alebrando archiepiscopo[5].

De persecucione[n] Godescalci. Capitulum XIX.

In diebus illis[o] pax firma fuit in Slavia, eo quod Con- *Ad. II, 64. et Schol. 47.* 20 radus, qui pio Heinrico[p] successit in imperium, Winithos frequentibus bellis attriverit. Verumptamen Christiana *ib. II, 69.* religio et cultus domus[6] Dei parvum recepit incrementum prepediente avaricia ducis et Saxonum[7], qui omnia corrodentes[q] nec ecclesiis nec sacerdotibus quicquam[r] passi 25 sunt esse residui. Principes Slavorum Anadrag et[s] Gneus[t], *ib. II, 64.* tercius[u] Udo, male Christianus. Unde etiam[v] propter crudelitatem

a) Berenwarius 2. b) iud'i (indei) 1. c) scil. *om.* 2. *R. B.* d) michahelis 2. e) qui 1. 1[a]. *L;* in qua *edd.* f) aegregavit 1; congregavit 2. g) compessus 1, *quod librarius cod.* 1[a] *legit* comprehensus. h) et in *edd. L.* i) aquiloni 1; aquilonari 30 *edd. L.* k) eiusdem eccl. *abs. edd.;* eiusdem eccl. *om. L.* l) Reynherus 2. m) qui susc. *edd. L.* n) persecusione 1. o) illis diebus *L.* p) Heinrico (Henr.) Pio *edd.* q) corradentes *edd.* r) quitquam 1. s) et *om. edd. L.* t) Gricus 2. u) et tertius *edd. L.* v) et *edd.*

1) *Cf. infra c.* 25, *p.* 50, *l.* 4: urbs haec *(castrum Plunense),* 35 ut hodie videri potest. *Helmoldum ipsum ecclesiam et sepulcrum Bennonis episcopi vidisse suspicor. Cf. infra n.* 3. 2) *Dedicatio haec celebrata est a.* 1022. *Sept.* 29 *[Thangmari Vita Bernwardi l. l.]; Benno episcopus vero mortuus est anno sequenti, die Aug.* 13. *V. Annal. Hildesh. a.* 1023. *et Necrolog. Luneburg. Id. Aug. L.* 3) *Epitaphium* 40 *Bennonis dicit:* Qui pressus graviter; *Lüntzel, 'Gesch. der Diöcese u. Stadt Hildesheim' I, p.* 181, *n.* 3, *coniecit haec verba Helmoldi narrationi ansam dedisse, quod mihi omnino verisimile est. Cf. supra n.* 1. 4) *Reinoldum, quem dicunt Ann. Hildesh. a.* 1023. *et alii, omiserunt et Adam et Helm.; vide Bresslau, 'Forschungen' I, p.* 405. 5) *Adam* 45 *II,* 70. *Alebrandus sedit a.* 1035—1045. *L.* 6) 2. *Paral.* 29, 35: completus est cultus domus Domini; *cf.* 1. *Paral.* 23, 28. 7) *Cf. etiam Adam III,* 22.

Ad. II, 64. suam a quodam[a] Saxonum transfuga improvise confossus[b] est. Filius eius Godescalcus[c] nomine apud Lunenburg scolaribus *1029—32.* erudiebatur disciplinis. Qui morte patris comperta fidem reiecit[d] cum litteris amneque[e] transmisso pervenit[f] ad gentem Winithorum[g]. Congregataque multitudine[h] latronum percussit in ultionem *patris omnem terram Nordalbingorum*; tantas[i] *p. 26. strages fecit Christianae plebis, ut crudelitas omnem modum excesserit[1]. Nichilque remansit in Holzatorum[k] et Sturmariorum provincia sive eorum qui Thetmarsi[l] dicuntur, quod manus eius effugerit, preter notissima illa presidia Echeho[m] et Bokeldeburg. Illo se quidam armati contulerant cum mulieribus et parvulis et substantiis, quae direptioni[n] superfuerant. Quadam igitur die, cum memoratus princeps latrocinali more per campos et miricas[o] ferretur, videns regionem viris et ecclesiis quandoque refertam vastae solitudini subiacere, exhorruit *Gen. 6, 6.* propriae crudelitatis opus *et tactus dolore cordis intrinsecus* deliberavit a nefariis ceptis cohibere tandem[p] manus. Avulsus ergo parumper[2] a sociis et quasi ad insidias exiens inopinate offendit quendam[q] Saxonem Christianum. Qui cum armatum eminus venientem fugeret, ille clamore sublato hortatur[r], ut subsistat, iurat etiam se nichil ei nociturum[s]. Cumque vir timidus recepta fiducia substitisset, cepit [per]cunctari[t] ab eo, quis esset, aut quid nosset rumoris. At ille: 'Ego', inquit, 'sum[u] homo pauper, Holsatia[v] genitus; sinistros autem rumores cotidie experimur, quia princeps iste Slavorum Godescalcus multa mala infert populo et terrae nostrae sitimque crudelitatis suae saturare cupit sanguine nostro. Tempus enim[w] esset, ut vindex Deus[x] ulcisceretur iniurias nostras'. Cui Godescalcus: 'Multum', inquit, 'coarguis virum illum, principem Slavorum. Revera enim multas ille pressuras suscitavit populo et terrae vestrae, ultor paternae cedis existens magnificus. Ego autem sum vir iste[y], de quo nunc[z] sermo est, et veni,

*) *In marg. cod.* 1 *manu saec. XV:* Ecce iam quarto patet.

a) quo 2. b) confessus *corr.* confossus 1. c) godoscalcus 2. d) reicit 1. 1[a]. *L.* e) am neque 1; neque 1[a]. f) venit *edd.* g) winitorum 1. h) multitudo 2. i) et tantas *edd.* k) holzathorum 2; Holsatorum *edd.* l) thethmarsi 2. m) Ezeho 3. 4. *B;* Etheho *S. R.* n) directioni *manu C corr.* direptioni 1. o) mirificas 2. p) tandem cohibere *edd. L.* q) quandam *alio atram. corr.* quendam 1. r) hortatur *om. S.* s) nocitron *corr.* nociturn 1. t) cunctari 1. (1[a]). 2. u) sum, inquit *edd. L.* v) holzacia 2. w) autem 2; *cf. supra p.* 32, *l.* 3, *n.* a; enimvero *edd. L.* x) Dominus *S. R.* y) vir iste *e corr.* 1. z) nunc *om.* 2.

1) *Cf. supra p.* 18, *n.* 2. 2) *Ita et infra c.* 32: rex parumper avulsus ab eis; *c.* 36: avulsusque a sociis; *cf. Luc.* 22, 41: ipse avulsus est ab eis.

1029—32.

ut loquar tecum. Doleo enim me tantum nefas commisisse adversus Deum[a] et Christicolas et vehementer cupio redire in gratiam eorum, quibus me tanta[b] iniuste intulisse recognosco. Accipe igitur verba mea et revertens ad populum tuum annuntia eis, ut ad locum destinatum transmittant viros fideles, qui mecum clam agant de federe et pacis conventione[c]. Quo facto omnem hanc turbam latronum, cum quibus magis necessitate quam voluntate detineor, tradam in manus eorum'. Et haec dicens designavit ei locum et tempus. Qui cum venisset ad presidium, in quo Saxonum superstites in[d] magno timore consistebant, nuntiavit[e] senioribus verbum istud absconditum[1], suggerens omnimodis[f], ut transmitterent viros ad prefixum colloquii locum. At illi non intenderunt, reputantes dolum insidiis oportunum.

Ad. II, 64.

Post aliquot itaque dies idem princeps a duce captus et quasi princeps latronum in vinculis[g] coniectus[h] est. Reputans autem dux virum fortem et ad arma strennuum utilem sibi fore iniit cum eo fedus et honorifice donatum abire permisit. At ille dimissus abiit ad regem Danorum Kanutum et mansit apud[i] illum multis diebus sive annis[2], variis bellorum exercitiis in Normannia sive Anglia virtutis sibi[k] gloriam consciscens[l]. Unde etiam[m] filia regis honoratus est[3].

De fide Godescalci[n]. Capitulum XX.

Ad. II, 75. 1043. cf. Ad. III, 18.

Post mortem igitur Kanuti regis[4] reversus est Godescalcus in terram patrum suorum et inveniens hereditatem suam a quibusdam tyrannis invasam dimicare statuit et comitante victoria possessiones cum principatu ex integro recepit. Statimque ad conquirendum sibi apud Deum[a] gloriam et honorem animum intendens Slavorum populos, quos Christia-

a) Dominum *edd. L.* b) tm̄ (tantum) 2. c) conditione *edd.* d) cum *edd. L.* e) intimavit 2. f) omnibus modis *edd.* g) vincula *edd. L.* h) iectus *alia manu corr.* ꝯiectus 2. i) aput 1. k) sue 2. l) conciscens 2; *cf. supra p.* 25, *n.* 1. m) et *edd.* n) goscalci 1.

1) *Luc.* 18, 34: verbum istud absconditum. *L.* 2) multo tempore *Adam l. l.* 3) *Cf. Adam III,* 18. *Filia haec regis Suen dicebatur Siritha [vel Sigrid]. V. Saxonem Gramm. l. XI, p.* 557 *[SS. XXIX, p.* 67*] et l. XIII, p.* 618 *[ibidem p.* 71*]. L.* 4) *Kanutus rex obiit a.* 1035. *m. Novembri. L. Sequens capitulum Schirren p.* 110 *sqq. acriter perstrinxit; meritis Bremensis quidem archiepiscopi Helm. obtrectat, at laudes non ita Aldenburgensis ecclesiae, id quod Schirren contendit, quam Godescalci extollit.*

cf. Ad. III, 18. nitatis olim susceptae oblivio iam tenebat, ad recipiendam credulitatis[a] gratiam et ad gerendum ecclesiae curam suscitare studuit. 1. Mach. 2, 47. *Et prosperatum est opus* Dei *in manibus* eius, cf. Ad. III, 19. adeo ut infinita gentilium multitudo conflueret ad baptismi gratiam. Et reedificatae sunt per universam Wagirorum provinciam necnon et Polabingorum [et][b] Obotritorum[1] ecclesiae quondam dirutae, Ad. III, 19. iamque missum est in omnes provincias ib. III, 20. pro sacerdotibus ac ministris verbi, qui rudes gentilium mentes doctrina fidei inbuerent. Gratulabantur itaque fideles de novellae plantacionis incremento[2], factumque est, ib. III, 19. ut provinciae plenae essent ecclesiis[c], ecclesiae vero sacerdotibus. Sed et Kycinii[d] et Cyrcipani[e] et quaecumque gentes circa ib. Schol. 72. Penim[f] habitant receperunt gratiam fidei. Est autem Penis[g] fluvius, in cuius ostio sita est civitas Dimine. Illuc quondam portendebatur[h] limes[3] Aldenburgensis[4] parroib. III, 19. chiae. Igitur omnes Slavorum populi, qui ad Aldenburgensem pertinebant curam, toto tempore, quo Godescalcus supervixit, Christianam fidem devote tenuerunt. Sane magnae devocionis vir dicitur *tanto religionis divinae exarsisse studio, *p. 27. ut sermonem exhortationis ad populum frequenter in ecclesia ipse fecerit, ea scilicet quae ab episcopis vel presbiteris mistice dice-ib. III, 18. bantur cupiens Slavicis verbis reddere planiora. Procul dubio in omni Slavia[i] nemo umquam surrexit potentior et tam fervidus Christianae religionis[k]. Etenim, si vita ei longior concederetur, omnes paganos ad Christianitatem cogere disposuit, cum fere terciam partem eorum converterit, qui prius sub avo eius Mistiwoi relapsi sunt ad ib. III, 19. paganismum[l]. Tunc etiam per singulas urbes[m] cenobia fiebant sanctorum virorum canonice viventium, item monachorum atque sanctimonialium, sicut testantur hii qui in Lubeke, Aldenburg, Racesburg, Leontio[n] et in aliis civitatibus singulas[o] viderunt. In Magnopoli vero, quae est inclita Obotritorum civitas, tres fuisse congregaciones Deo servientium referuntur.

a) crudelitatis *corr.* credulitatis 1. b) et *om.* 1. 2. c) sacerdotibus 2. d) Kicinii 2. e) circipani 1[a]. 2. f) panim 2. *R. B.* g) panis 2. *R. B.* h) *ita codd. edd.* i) slavi *a librario corr.* slavi[a] 1. k) cultor *recenti manu superscr.* 1. l) *ita* 3(?). *edd.*; baptismum 1. 1[a]. 2, *ubi in marg. manu recenti* paganismum. m) civitates *S. R.* n) Lenstein 4. o) *sic codd. edd. et Adam.*

1) Obodriti vel Reregi vel [et *cod.* 4] Polabingi *Adam l. l. Cum Polabingi fuerint pars Obotritorum, Helmoldus etiam* Polabingorum Obotritorum *scripsisse potest. Cf. Wigger, 'Mecklenb. Annalen' p.* 106[b]. 2) *Adam III,* 20: Gratulabatur archiepiscopus de novella plantatione ecclesiarum, misitque . . ., qui rudes in Christianitate populos confortarent. *Hoc loco Helmoldum consulto de rebus ab archiepiscopo Bremensi gestis tacuisse (cf. et p.* 36, *n.* 1) *nemo negabit. At Schirren p.* 110 *sq. Helmoldum verba Adami III,* 19: ut pro sacerdotibus in totas mitteretur provincias *secutum esse non vidit et more suo ex ea quam fecit comparatione plus iusto collegit.* 3) *Cf. Adam IV,* 13. 4) Hammaburgensis *Adam l. l. Cf. supra p.* 24, *l.* 12—14: *Breska, 'Untersuchungen' p.* 14.

Pugna Tolenzorum. Capitulum XXI.

In diebus illis factus est motus magnus in orientali[a] provincia Slavorum[1] civili inter se bello dimicantium[2]. Quatuor[3] autem sunt populi eorum, qui Luticii sive Wilzi dicuntur[b], quorum Kycinos[c] atque Circipanos[d] citra[e, 4] Panim[5], Riaduros sive Tholenzos cis Panim habitare constat. Inter hos de fortitudine et potentia valida orta est contentio. Siquidem Riaduri sive Tholenzi propter antiquissimam urbem et celeberrimum illud fanum, in quo simulachrum[f] Radigast ostenditur, regnare volebant, asscribentes sibi singularem nobilitatis honorem, eo quod ab omnibus populis Slavorum frequentarentur propter responsa et annuas sacrificiorum impensiones. Porro Circipani atque Kycini[g] servire detrectabant[h], immo libertatem suam armis defendere statuerunt. Crescente igitur[i] paulatim sedicione tandem pervenitur ad prelium, ubi inter validissimas pugnas Riaduri atque Tholenzi fusi sunt; igitur[k] secundo et[l] tercio restauratum est[m] prelium, item idem[n] ab eisdem contriti sunt. Multa milia hominum hinc et inde prostrata[6], Cyrcipani[o] et Kycini[g, 7], quibus bellum necessitas indixerat, victores. Riaduri atque Tholenzi, qui pro gloria certabant[8], deiectionis[9] suae pudore vehementer afflicti accersierunt in auxilium fortissimum regem Danorum et ducem Saxonum Bernardum necnon et Godescalcum principem Obotritorum, singulos cum exercitibus suis, alueruntque tantam multitudinem de propriis stipendiis sex[10] ebdomadibus. Invaluitque prelium adversus Circipanos atque Kycinos[c], nec habuerunt vires resistendi obsessi tanta multitudine, cesaque est ex eis[p] maxima multitudo, quam[q] plurimi in captivitatem ducti. Ad

1057? — *Ad. III, 21.* — *ib.*

a) origentali 2. b) lut. vocantur sive Wilzi 2. c) Kicinos 2. *L.* d) curipanos 2. e) circa 2. *B.* f) simulacrum 2. *edd. L.* g) Kicini 2. *L.* h) detractabant 2. i) ergo 2. k) Ideo *edd. L.* l) ac 2. m) est *om.* 2. n) iidem *edd. L.* o) circipani 2. *L.* p) iis *B. L.* q) et quam *edd.*

1) *Adam III,* 21: Per idem tempus in Slavania res maximae gestae. 2) *Cum c.* 21. *conferenda sunt Adami III,* 21. *et* 22. *necnon [Chron. Wirziburg. a.* 1057, *SS. VI, p.* 31*]. L.* 3) *Eadem fere verba in Adami schol.* 17, *cf. supra p.* 8, *l.* 34 *sq.* 4) Citra = cis *recte apud Adamum,* = ultra *falso apud Helm. Supra p.* 8, *l.* 23—35 *Helm. recte de sedibus horum populorum egit.* 5) *Panim orientalem ('Ostpeene') intellegendam esse exposuit Wigger, 'Mecklenb. Annalen' p.* 118 *sq.* 6) Multa milia paganorum hinc inde prostrati sunt *Adam l. l. de quarto proelio.* 7) *Adam Chizzinos Tholosantibus et Rheteris auxilium tulisse tradit. Cf. Wigger, 'Jahrbücher' p.* 43 *sq.* 8) *Sallust., Iug. c.* 114: pro gloria certare; *Adam III,* 35. 9) *Cf. supra p.* 18, *l.* 24. 10) septem ebdomadas *Adam l. l.*

Ad. III, 21. ultimum XVcim milibus marcarum pacem mercati sunt. Principes pecuniam inter se partiti sunt[1]. De Christianitate
cf. Act. 12, 23. nulla fuit mentio, nec honorem dederunt Deo, qui contulit eis in bello victoriam. Unde cognosci potest
Ad. III, 22. Saxonum insaciabilis avaritia, qui, cum inter gentes ceteras barbaris contiguas[a] prepolleant armis et usu militiae, semper proniores sunt tributis augmentandis quam ani-
cf. ib. II, 69. mabus Domino conquirendis. Decor[2] enim Christianitatis sacerdotum instantia iam dudum in Slavia convaluisset, si Saxonum avaricia non prepedisset[b]. Predicetur igitur et omni laude excolatur[c] dignissimus ille Godescalcus[3], qui barbaris gentibus editus munus fidei, credulitatis gratiam suae genti cum pleno dilectionis fervore reparavit. Arguantur Saxonum proceres, qui Christianis proavis geniti et gremio sanctae matris ecclesiae foti steriles semper et inanes in opere Dei sunt inventi.

De rebellione Slavorum. Capitulum XXII.

1052—54? Ea igitur temporum serie, qua misericordia Dei et virtute religiosissimi viri Godescalci[4] status ecclesiae et
ib. III, 20. sacerdocii cultus in Slavia decenter[d] viguit, defuncto Abelino[e] pontifice[5] Aldenburgensis ecclesia in tres divisa est[f] episcopatus. Quod quidem imperiali[g] minime factum est institucione, sed magni Adelberti[h] Hammemburgensis archiepiscopi adinventione ita ordinatum fuisse constat. Ille enim vir magnificus et prepotens in regno, cum fortissimum Heinricum cesarem[i], videlicet Conradi filium, necnon et papam Leonem haberet[k] propitios atque voluntati suae per omnia consentaneos, in omnibus borealibus regnis[l], Daciae scilicet, Suediae[m], Norwegiae[n], functus est auctoritate archiepiscopali[o] et legacionis
ib. III, 32. apostolicae ministerio. Nec his[p] contentus patriarchatus honorem assequi voluit, eo scilicet ordine, ut infra terminos suae parrochiae XII statueret episcopatus, de quibus
cf. ib. III, 58. narrare supervacuum[q] est, eo quod sapientibus ineptiae

a) contingnas *radendo corr.* continguas 1. b) p̄pendisset, n *expunct. et eras.* 1. c) *ita codd.; cf. infra c.* 74: si virum talem digne excolueritis; extollatur *edd. L.* d) decent[2] *corr.* decent? 1. e) Abellino 1. *edd.* f) divisa est in tres 2. g) imperali *a librario corr.* imperiali 1; inperali 2. h) Adalberti *edd. L.* i) cesarem Heinricum 2. *L.* k) habere 1. 1a. 2. l) regni 2. m) Swedie 2. n) norwedie 2. o) archiepiscopi 2. p) illis 2. q) supervacaneum *edd.*

1) Victores tantum praedae intenti *Adam l. l.* 2) *Eadem fere verba Adam II, 69, ubi etiam:* iam dudum studio sacerdotum *etc.* 3) Godescalcus . . vir . . praedicandus *Adam III,* 18. *L.* 4) *Cf. supra p.* 20, *n.* 1. 5) *Abelinus post a.* 1049. *mortuus est; cf. Bresslau, 'Forschungen' l. l. p.* 406.

*p. 28. quaedam et deliramenta *visa fuerint. Confluebant igitur[a] in curiam eius multi sacerdotes et religiosi, plerique etiam episcopi, qui sedibus suis exturbati mensae eius erant participes. Quorum sarcina ipse alleviari[b] cupiens transmisit eos in latitudinem gentium, quosdam locans certis sedibus, quosdam incertis. E q u i b u s Ezonem[1] s u b- *Ad. III, 20.* r o g avit Abelino[c] in Aldenburg, Aristonem quendam ab[d] Ierosolimis venientem in Racesburg[e] esse c o n s t i t uit, Iohannem in M i k i l i n- b u r g[f] d e s t i n a v i t. Iste Iohannes peregrinacionis amore Scotiam[g] *ib. Schol.* 81. egressus venit in Saxoniam et clementer ut omnes[g*] susceptus ab archiepiscopo non multo post in Slaviam m i s s u s est ad Godescalcum. Apud quem commoratus illis diebus multa milia paganorum baptizasse d e s c r i b i tur.

Pax firma fuit in omni regno, quia fortissimus cesar *cf. Ad. III,* 31. Heinricus Ungaros, Boemos, Slavos et omnia finitima regna potenti manu coercuerat. Quo translato ad superos successit[h] in sceptrum filius eius Heinricus, puer 1056. octo annorum[2]. Statimque ebullierunt perturbaciones variae[i] *ib. III,* 33. in regno, e o q u o d principes[k], q u i contentiones a f f e c t a b a n t, c o n t e m p n e r e n t infantia m r e g i s. Et surrexit unusquisque *cf. Is.* 3, 5. *Zach.* 8, 10. adversus[l] proximum suum, *et multiplicata sunt mala* 1. *Mach.* 1, 10. multa *in terra*[3], depredaciones, incendia et mortes hominum. P o s t non multum q u o q u e t e m p o r i s mortuus e s t *ib. III,* 42. Bernardus dux Saxonum[m, 4], qui res Slavorum et S a x o n u m XL 1059. a n n i s[n] strennue administravit. Cuius hereditatem Ordulfus[o] et Hermannus[p] filii eius i n t e r s e p a r t i t i s u n t. Et quidem Ordulfus[o] ducatum suscepit gubernandum, licet fortitudine et miliciae usu longe a felicitate paterna diverterit[5]. Denique post mortem patris vix quinque[6] transierunt anni, 1066. statim Slavi rebellare parantes primo omnium[7] Godescalcum interfecerunt[8]. Et quidem vir omni evo memorabilis *ib. III,* 49. propter fidem Deo et principibus exhibitam a b a r b a r i s o c c i s u s est, quos ipse nitebatur ad f i d e m convertere. *Necdum*[9] *Gen.* 15, 16.

a) ergo 2. b) leniari *a librario corr.* alleuiari 1; allevari *edd.* c) Abilino 2. d) a 2. *edd. L.* e) Racelburg 2. f) Mykilinburg 2. g) Scociam 2. *L.* g*) omnis *S.* h) succescit 2. i) narie *radendo corr.* uarie 1. k) princeps 2. l) ad 2. m) dux bern. Sax. 2. n) annuis, u *expunct. et eras.* 1. o) ordolfus 2. p) Heremannus *L.*

1) *Ezzonis etiam meminit Lampertus Hersfeld. a.* 1074 *[SS. rer. Germ. p.* 174*]. L.* 2) octo annorum *Ann. S. Disibodi a.* 1106. *fin., quos annales ipsos Helmoldus scribens non inspexit; cf. praef.* 3) *Cf. Annal. Saxo a.* 1056, *SS. VI, p.* 691. 4) *Obiit a.* 1059. *Iun.* 29. *L.* 5) *Cf. supra p.* 33, *n.* 3. 6) *Rectius noster dixisset:* septem. *L.* 7) *Cf. supra p.* 34, *n.* 2. 8) *Scil. a.* 1066. *Iun.* 7. *Vide Wedekind, 'Noten' I, p.* 181, *ex Martyrologio Usuardi. L.* 9) *Helmoldus loci Bibliae, quem etiam infra c.* 47. *fin. affert, ab Adamo mutati verba restituit.*

Ps. 101, 14. Ad. III, 49. *enim*[a] *completae sunt iniquitates Amorreorum*, nec *venit tempus miserendi* eorum; ideo necesse fuit, ut venirent scandala[1], ut probati fierent manifesti[2]. Passus est autem alter ille Machabeus in urbe Leontio, quae alio nomine Lenzin dicitur, VII. Idus Iunii cum presbitero Eppone, qui super altare immolatus est, et aliis multis, tam laicis, quam clericis, qui diversa pro Christo pertulerunt supplicia. Ansuerus monachus et cum eo alii apud Racesburg[b] lapidati sunt. *ib. Schol. 80.* Idus[c] Iulii passio eorum occurrit. Fertur idem Ansuerus, cum ad passionem venisset, flagitasse paganos, ut prius socii, quos timebat deficere, lapidarentur. Quibus coronatis ipse gaudens cum Stephano genua posuit.

Passio sancti Iohannis episcopi. Cap. XXIII.

ib. III, 50. Iohannes episcopus senex cum ceteris Christianis in Magnopoli, id est[d] Mikilenburg[e], captus servabatur ad triumphum. Ille igitur pro confessione Christi fustibus cesus, deinde per singulas civitates Slavorum ductus ad ludibrium, cum a Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus ac pedibus corpus eius in platea proiectum est. Caput vero desectum, quod barbari conto prefigentes in titulum victoriae Deo suo Radigasto inmolaverunt. Haec in metropoli Slavorum Rethre gesta sunt IIII. Idus Novembris.

Prima[f] defectio Slavorum a fide[g]. Cap. XXIIII.

ib. Filia regis Danorum apud Mikilinburg[e] civitatem[h] Obotritorum nuda dimissa est cum ceteris mulieribus. Hanc enim, ut supra diximus[3], Godescalcus princeps[i] habuit uxorem; a qua et filium suscepit Heinricum. Ex alia vero Butue[k] natus fuit, magno uterque Slavis excidio genitus. Et Slavi quidem victoria potiti totam Hammemburgensem[l] provinciam ferro et igne demoliti[m] sunt, Sturmarii et Holzati fere omnes aut occisi aut in captivitatem ducti. Castrum Hammemburgense[n] funditus excisum, et in derisionem salvatoris nostri etiam cruces a paganis truncatae sunt. Ipso eodemque tempore Sleswich, *ib. Schol. 22.* quae alio nomine Heidibo[o] dicitur[4], civitas Transalbianorum[p], quae sita est in confinio regni Danici, opulentissima atque populosissima, ex improviso barbarorum incursu *ib. III, 50.* funditus excisa est. Impleta est nobis prophetia, quae ait: *Deus*[q], *Ps. 78, 1.* *venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum*[r] *sanctum tuum* et reliqua, quae prophetice[s] deplorantur in Ierosolimitanae[t] urbis excidio. Huius auctor cladis Blusso fuisse dicitur, qui sororem habuit Godescalci[u], domumque reversus et ipse obtruncatus est. Itaque omnes Slavi facta conspiracione generali ad paganismum[v] denuo re-

a) enim *om.* 2. b) raceburg *a librario corr.* racesburg 1. c) Idibus *edd.* d) ī (in) *pro* .ı. (id est) 1. 1a; id est in *L.* e) Mikelenburg 1. *L.;* Meckelenb. *edd.* f) Tertia defectio *S.; cf. schol.* 83 *ad Adam.:* Haec est Sclavorum tertia negatio. g) ad fidem *radendo corr.* a fide 1; Christi *addit L.* h) civitate 2. i) princeps *om.* 2. k) Buthue *edd. semper.* l) hammēburgensen 1. m) demolliti 1. 1a. n) Hammemburg 2. *edd. L.* o) hadibo 1. 1a. 2. p) transalbidnorum *alio atram. corr.* transalbianorum 1; transalbionorum 2. q) Domine *S. R.* r) *ita* 2. 3; tabernaculum 1. *S. R.* s) prophecie 2. t) so *superscr.* 1. u) godescalsi *radendo et alio atram. corr.* godescalci 1. v) paganissimum 1.

1) *Math.* 18, 7: Necesse enim est, ut veniant scandala. 2) 1. *Cor.* 11, 19: ut et qui probati sunt manifesti fiant. 3) *Supra c.* 19. *fin. L.* 4) *Cf. supra p.* 20, *l.* 1.

lapsi sunt, eis occisis, qui perstiterunt in fide. Dux Ordulfus[a] in vanum sepe contra Slavos dimicans per XII annos, quibus patri supervixit, nullam umquam poterat[b] obtinere[c] victoriam, tociensque victus a paganis, a suis etiam derisus est. Accidit autem perturbacio haec in Slavorum provincia anno post incarnacionem Domini millesimo LX°VI°, anno regni Heinrici quarti VIII°. Et vacavit sedes Aldenburgensis annis octoginta IIII^or^.

Ad. III, 50. — 1066.

De Crutone. Cap. XXV.

Postquam igitur mortuus est Godescalcus, vir bonus et cultor Dei[1], ad filium eius Butue pervenit principatus eius hereditaria[d] successio[2]. Timentes autem hii qui patrem eius interfecerant, ne forte filius ultor paternae[e] cedis[f] fieret, concitaverunt tumultum in populo dicentes: 'Non hic dominabitur nostri, sed Cruto[g] filius Grini. Quid enim proderit nobis occiso Godescalco libertatem armis[h] attemptasse[i], si iste heres principatus extiterit[k]? Iam enim plus iste nos affliget quam pater appositusque populo Saxonum novis provinciam involvet *doloribus'. Statimque conspirata manu statuerunt Crutonem in principatum, exclusis filiis Godescalci, quibus iure debebatur dominium. Quorum iunior Heinricus nomine[l] profugit ad Danos, eo quod regia[m] Danorum stirpe esset oriundus[3]; at senior Butue declinavit ad Bardos[4], querens auxilium a Saxonum principibus, quibus pater eius devotus semper et fidelis extiterat[n]. Qui etiam rependentes beneficiis gratiam susceperunt pro eo prelium multoque expeditionum fatigio[o] restituerunt eum in locum suum. At tamen status Buthue[p] semper erat infirmus nec ad plenum roborari potuit, eo quod Christiano parente natus et amicus principum apud gentem suam ut proditor libertatis haberetur. Post eam victoriam enim[q], qua primum Godescalco interfecto Nord-

*p. 29.

a) Ordolfus 2. b) poterat *om.* 2. c) optinere 1. d) heditaria 1. e) patriae *S. R.* f) sedis *radendo et alio atram. corr.* cedis 1. g) Cruco *edd. semper.* h) armis *om. B. L.* i) acceptasse *S. R.* k) exstiterit 2. *L.* l) nomine *om.* 1a. *S. R.* m) regina, n *cod. atram. expunct.* 1; regio 2. n) exstiterat 2. o) fatigio *a librario mutat.* fastigio 1, *et ita* 1a. p) buthue *abhinc semper* 1, *saepius etiam* 2. q) enim vict. 2. *B.*

1) Godescalcus, vir religiosus ac timens Deum *Adam III*, 18. *L.* 2) *De rebus in capitulis* 25—26. *narratis cf. Breska, 'Untersuchungen'* p. 31—41; *Meyer v. Knonau, 'Jahrb.' II*, p. 854—856. 3) *Cf. supra* c. 19. *fin.* *L.* 4) *Bardi in pago Bardenga circa civitates Bardowiek et Lüneburg.* *L.*

albingorum provincia percussa est, Slavi servitutis iugum armata manu submoverunt, tantaque animi obstinatia[a] libertatem defendere nisi sunt, ut prius maluerint[b] mori quam Christianitatis titulum resumere aut tributa solvere Saxonum principibus. Hanc sane contumeliam *Ad. III, 22.* sibimet parturivit infelix Saxonum avaritia, qui, cum adhuc virium suarum essent compotes[c] et crebris attollerentur victoriis, non recognoverunt, quia Domini est bellum[1] et ab ipso est victoria, quin[d] potius Slavorum gentes, quas bellis aut pactionibus subegerant, tantis vectigalium pensionibus gravaverunt, ut[e] divinis legibus et[f] principum servituti refragari amara necessitate cogerentur. Luit[2] hanc *ib. III, 50.* noxam Ordulfus Saxonum dux, qui derelictus a Deo, quamdiu patri supervixit, nullam contra Slavos victoriam consequi potuit. Unde etiam contigit, ut filii Godescalci, qui spem suam *Is. 36, 6.* in duce posuerant, *super baculum arundineum* atque *confractum innisi* sunt[g].

1072. Defuncto Ordulfo[3] successit in principatum filius eius Magnus, natus de filia regis Danorum[4]. Statimque in ipso principatus sui exordio ad subnervandos[5] Slavorum rebelles animum et vires intendit, exacuente eum ad id Buthue filio Godescalci. At illi unanimiter refragari ceperunt, secuti Crutonem[h] filium Grini, qui erat inimicicias exercens[6] adversus Christianum nomen et honorem principum. Et primo[i] quidem Buthue provincia pepulerunt, diripientes presidia, in quibus confugium habebat. Videns autem se principatu extorrem confugit[k] ad ducem Magnum, qui tunc forte Lunenburg degebat, et allocutus est eum: 'Novit excellentia tua, virorum maxime, qualiter pater meus Godescalcus[l] procurationem Slavicae[m] provinciae ad honorem Dei et progenitoris tui fideliter semper intorserit[7], nichil pretermittens eorum quae ad cultum Dei et fidem principum iure pertinuerint. Ego quoque paternam emulans modestiam omni fide et devocione mandatis principum ob-

a) abstinacia 2. b) maluerüt 2. c) ꝯpotens, n *expunct.* 1. d) quando *S. (R).* e) aut 2. f) aut *a librario corr.* et 2. g) *ita* 2. *S. R;* sint *in loco raso* 1, *quod recepit L.* h) crittonem 2. 3. i) primum *edd.* k) consurgit 1. 1[a]. l) Gadescalcus 2. m) slavie 1. 1[a].

1) 1. *Reg.* 17, 47: Dominus; ipsius enim est bellum. 2) *Adam III, 22. pergit:* Nec attendunt miseri, quam magnum periculum . . . luant. 3) *Dux Ordulfus obiit a.* 1072. *Mart.* 28. *Vide Meyer v. Knonau, 'Jahrb.' II, p.* 148, *n.* 67. 4) *Scil. Wulfhildi; cf. Adam II,* 75. *L.* 5) *Cf. supra p.* 6, *n.* 4. 6) 1. *Mach.* 7, 26: qui erat inimicitias exercens contra Israel. 7) *Cf. supra p.* 23, *l.* 7.

secundavi, infinitis me obiciens periculis, ut michi vel vacuum honoris nomen, vobis vero fructus permaneret. Qualis autem merces et me et patrem meum exceperit[1], neminem latet, cum illum quidem vita, me patria
5 exemerint hostes nostri, hostes, inquam, non tantum nostri, sed etiam tui. Si igitur honorem tuum et salutem tuorum curare volueris, viribus et armis utendum est[2]. Denique fortuna nostra in extremo sita est, et maturandum[a] est, ne ultra progredientes inimici[b]
10 etiam Nordalbingorum provincia abutantur'*. Hiis auditis dux respondit: 'Non possum hac vice ipse egredi, eo quod detinear magnis impedimentis, sed dabo tibi Bardos, Sturmarios[c], Holzatos atque Thethmarchios[d], quorum auxilio fretus hostium impetus ad tempus exci-
15 pere valeas. Ego quoque, si necesse fuerit, quantocius subsequar'. Porro dies nuptiarum[3] ad presens ducem vetabat.

Assumptis igitur Buthue fortissimis Bardorum transiit Albiam et precucurrit in terram Wagirorum. 1074/5?
20 Nuntii quoque ducis percurrentes omnem Nordalbingorum provinciam urgebant populum egredi[4] ad ferendum auxilium Buthue, qui expugnabatur ab hostibus. At ille preierat cum sexcentis et eo amplius viris armatorum, veniensque ad castrum Plunense[e] urbem preter spem
25 apertam et vacuam viris reperit[f]. Quo cum intrasset, mulier Teutonica, quae inibi reperta fuit, locuta est ad eum: 'Accipe quod repererit[f] manus tua et festina velociter egredi[5], quia per dolum actum est, ut urbs haec
*p. 30. aperta et vacua custodibus dimitteretur. *Audito[g] enim

30 *) *Adnotavit et signo posito hic inseruit manus s. XV. in cod.* 1: Quinto [iam?] hic ostenditur error omnium illorum qui dicunt Thetmarchios [*corr.* Thetmarcos] liberos fuisse a tempore Karuli Magni.

a) muturandum 2. b) inni || mei *alio atram. mutatum* innici ||, mei *delet.* 2.
35 c) Sturmaros 2. d) *ita* 1 (*manu s. XV. mutat.* thetmarcos). 2. *R. B;* Thechmarchios *S;* Thetmarchos *L.* e) Plumense *S.* f) repper. 2. g) Auditu 1.

1) *Cf. infra c.* 29. *fin.:* Quis igitur finis nos exceperit, videtis. *Helm. utroque loco imitatus est Boetium, De cons. philos. I,* 4 *(ed. Peiper p.* 15*):* Sed innocentiam nostram quis exceperit eventus, vides. 2) *Cf.*
40 *Lucan., Phars. I,* 348: viribus utendum est. 3) *Scil. cum Sophia filia Belae I. regis Ungariae. Cf. Wedekind, 'Noten' I, p.* 186 *sq. L. Has nuptias et mortem Buthue a.* 1071. *accidisse nullo modo evinci potest; cf. Breska l. l. p.* 39 *sq.* 4) *Exod.* 12, 33: Urgebantque . . populum . . exire. 5) 1. *Reg.* 20, 38: Festina velociter; 2. *Reg.* 15, 14: Festi-
45 nate egredi.

1074/5? introitu tuo, crastino[a] cum maximo[b] exercitu Slavi redibunt et urbem hanc obsidione concludent'. Qui verba referentis dissimulans per noctem in eodem castro remansit[c]. Est autem urbs haec, ut hodie videri potest[1], lacu profundissimo undique inclusa, et commeantibus aditum pons longissimus continuat. Crastina igitur lucescente ecce[d] Slavorum infinita agmina urbem, ut vespere predictum fuerat, obsidione vallaverunt. Provisum autem fuerat, ne navicula aliqua in omni insula illa inveniretur, per quam obsessis evadendi locus pateret. Buthue igitur cum sociis obsidionem cum magna famis difficultate sustinuit. Audito autem sinistro hoc nuntio Holzatorum, Sturmariorum necnon Thethmarchiae[e] fortissimi acceleraverunt, ut urbem obsidione[f] liberarent. Cumque pervenissent ad rivulum qui dicitur Suale[g, 2], quique[h] disterminat[i] Saxones a Slavis, premiserunt virum gnarum Slavicae linguae, qui exploraret, quid Slavi agerent aut qualiter expugnacioni urbis instarent. Missus itaque vir ille a sociis pervenit ad exercitum Slavorum, qui cooperuerat faciem[k] campi[3], preparans diversas machinas expugnacioni oportunas. Quos etiam his[l] verbis alloquitur: 'Quid facitis, o viri, oppugnantes[m] urbem et viros amicos principum et Saxonum? Non utique conatus iste cedet vobis in prosperum. Mandat autem[n] vobis dux ceterique principum obsidione quantocius discedere. Quod si non feceritis, in brevi sentietis ultionem'. Qui cum anxie inquirerent, ubinam esset dux, respondit eum in proximis adesse cum armatorum infinita multitudine. Princeps igitur[o] Slavorum Cruto[p] assumpto seorsum[q] nuntio percunctatus[r] est ab eo cercius rei veritatem. Ad quem ille: 'Quid', inquit[s], 'dabis michi precii, si prodidero tibi ea, quae tu queris, et fecero te compotem voluntatis tuae super urbe

a) crastina *alias semper Helm.; fortasse hic corruptum propter sequens* maximo. b) maxim *in loco raso* 1. c) permansit 2. d) ēe (esse) *delet. et manu C superscr.* ecce 1; ecce *om. S. R.* e) Thethmarchiorum *edd.* f) obsidioni *(ita 1a) statim corr.* obsidione 1; in obsidione 2. g) strale *radendo corr.* suale 1; Strale *S. R.* h) quicquid *radendo corr.* qui:que 1. i) determinat *S. (R).* k) coopuerat facia *alio atram. corr.* faciē 2. l) hiis 2. m) obpūgnantes 2. n) autem *om.* 2. o) ergo *edd. L.* p) critto 2. 3; Cruco *edd.; et infra p.* 51, *l.* 3 crittoni, Cruconi. q) seorsim *edd. L.* r) percuntatus 2. s) inquid 1.

1) *Cf. supra p.* 39, *n.* 1. 2) *Schwale rivulus iuxta Neumünster. De terminis inter Saxones et Slavos constitutis vide Wigger, 'Mecklenburgische Annalen' p.* 100, *n.* 7; *P. Bahr, 'Studien zur nordalbingischen Geschichte im* 12. *Jh.' (Leipzig* 1895) *p.* 1—9. 3) *Iudith* 2, 11: cooperuerunt faciem terrae.

hac et his[a] qui sunt in ea?' At ille pactus est ei XX[ti] marcas. Statim, ubi firmata sunt promissa, dixit traditor ille Crutoni et sociis eius[b]: 'Dux iste, quem tu formidas, necdum transivit ripas Albiae detentus gravibus impedimentis; soli Sturmarii, Holzacii et Thethmarchi[c] egressi sunt cum brevi numero; hos ergo[d] facile uno verbo seducam et faciam redire ad loca sua'. His[a] dictis transiit pontem et locutus est ad Buthue[e] et ad socios eius: 'Consule saluti tuae et virorum[f] qui tecum sunt[1], quia Saxones, in quibus tu habebas fiduciam, non venient hac vice succurrere tibi'. Tunc ille consternatus animo respondit: 'Heu me miserum, quare deseror ab amicis? Siccine Saxones optimi supplicem sui et auxilii indigum in tribulatione deserent[g]? Male delusus sum, qui Saxonibus[h] bona semper[i] fiducia innitens nunc in extrema necessitate pessundatus sum'. Ad quem ille: 'Venit', inquit, 'dissensio in populum, et tumultuantes inter se reversi sunt unusquisque in[k] domum suam[2]. Alio igitur consilio tibi utendum est'. Confusisque taliter rebus nuntius ille[l] ad suos reversus est, sciscitantibusque Saxonum expeditis, quidnam causae esset, respondit dicens: 'Veni ad castrum, ad quod misistis me, et nullum Dei gratia ibi periculum est nec ullus obsidionis timor. Quin pocius vidi Buthue et eos qui cum ipso sunt letos et nil habentes turbulentiae'. Atque in hunc modum retardavit exercitum, ne obsessis fierent presidio. Factus est vir ille Buthue et sociis illius[m] materia perditionis. Statim enim, ubi obsessi traditoris dolo decepti a spe evasionis deciderunt[n], ceperunt perquirere ab hostibus, si aliquid[o] pro vitae remedio acceptare vellent. Quibus illi responderunt: 'Nos aurum et argentum[p] a vobis non recipimus, vitam tantum et membrorum integritatem postulantibus prebebimus, si exeuntes ad nos arma dederitis'. Hoc audito Buthue dixit ad socios: 'Durus nobis, o viri, sermo proponitur, ut exeuntes arma resignemus. Scio quidem, quia deditionem fames perurget[q]; sed, si proposita nobis condicione inermes exierimus,

1074/5?

a) hiis 1[a]. 2. *L.* b) et suis eius *alia manu mutat.* et suis sociis 2. c) techmarchi 2. d) g[0] 1; ego 2. e) Butue 2. *L.* f) tuorum *edd.* g) deserent[2] (ur) *pro* deserent? 2. h) saxones 2. i) semper bona 2. k) ad 2. *L.* l) ille *om.* 1. 1[a]. *edd.* m) eius *edd. L.* n) desciderunt 2. o) quid *edd.* p) aurū et argū *in loco raso* 1. q) exurget *manu C corr.* perurget 1.

1) *Cf. infra c.* 36, *p.* 71, *l.* 8 *sq.* 2) *Ioh.* 7, 53: Et reversi sunt unusquisque in domum suam, *et similiter saepe in Biblia.*

1074/5? nichilominus periculum subeundum erit. Fides enim Slavorum quam sit mobilis, quam incerta, sepius compertum habeo. Videtur igitur michi omnium[a] saluti cautius[b] esse dilacione adhuc, licet difficili, vitam redimere et expectare, si forte Deus alicubi auxiliatores nobis ad- 5 mittat'. Quo[c] contra socii renisi sunt dicentes: 'Condicionem quidem, quae nobis ab hostibus offertur, ambiguam[d] plenamque formidinis esse fatemur. Nec tamen ea abutendum est, eo quod presens periculum evitandi alia via non sit[e]. Quid enim dilacio iuvat, ubi nemo 10 est, qui obsidionem solvat? Atrociorem[f] autem mortem fames quam gladius affert, meliusque est compendio vitam finire quam diu torqueri'.

De morte Buthue[g]. Capitulum XXVI.

Videns[h] igitur[i] Buthue[g] socios animis obfirmatos 15 ad egrediendum iussit sibi cultiora exhiberi vestimenta, quibus indutus[k, 1] cum sociis egreditur. Transieruntque *pontem bini et bini, dantes arma, atque in hunc modum *p. 31. perducti sunt in[l] faciem Crutonis[m]. Ubi igitur[n] omnes presentati sunt, mulier quaedam prepotens de castro 20 mandavit Crutoni[m] ceterisque Slavis dicens: 'Perdite viros, qui se tradiderunt vobis, et nolite servare eos, quia intulerunt maximas violentias[o] uxoribus vestris, quae derelictae fuerant cum ipsis in urbe, et auferte obprobrium vestrum[p, 2]. His[q] auditis Cruto[r] et socii eius statim 25 insilierunt[s] in eos omnemque multitudinem hanc inter- (Aug. 8). fecerunt in ore gladii[3]. Et interfectus est Buthue[t] et omne robur Bardorum coram castro Plune in die illa 1. Mach. 2, 47. pariter[4]. Invaluitque Cruto[r], *et prosperatum est opus in manibus* eius[5], obtinuitque[u] dominium in universa 30 terra Slavorum. Et attritae sunt vires Saxonum, et servierunt Crutoni[m] sub tributo[6], omnis terra videlicet

a) omni 1. 1a. b) causius *corr.* caucius 1. c) Quo *om. edd.* d) ambiga *alia manu corr.* ambigua 2. e) est 2. f) Attroc. 1. *L.* g) Butue *L.* h) *nulla certa capituli distinctio in* 2. i) g̈ (ergo) 1. k) e (est) *addit* 2. l) ad *edd. L.* 35 m) Cricton. 2. n) ergo 2. *edd. L.* o) molestias 2. p) vestrum *om. S. (K)*; nostrum 2. *L.* q) Hiis 2. r) Cricto 2. 3. s) insiluerunt 1a. 2. t) butue *h. l.* 1. u) que *om.* 1. 1a.

1) *Ruth* 3, 3: induere cultioribus vestimentis. 2) *Is.* 4, 1: aufer opprobrium nostrum; *cf. Luc.* 1, 25. *etc.* 3) 1. *Reg.* 15, 8: 40 Omne autem vulgus interfecit in ore gladii. *L.* 4) *Die Augusti* 8, *anno incerto; vide supra p.* 49, *n.* 3. 5) *Cf. supra p.* 42, *l.* 3. 6) *Deut.* 20, 11: serviet tibi sub tributo; *cf.* 2. *Reg.* 8, 2. 6, *infra p.* 68, *l.* 23 *sq.*, *p.* 72, *l.* 13 *sq.*

Nordalbingorum, quae disterminatur in tres populos: Holzatos, Sturmarios, Thethmarchos[a]. Omnes hii durissimum servitutis iugum portaverunt omni tempore Crutonis[b]. Et repleta est terra[1] latrunculis facientibus mortes 5 et captiones in populo Dei. Et devoraverunt gentes Saxonum toto[c] ore[2]. In diebus illis surrexerunt de populo Holzatorum amplius quam sexcentae familiae transmissoque amne abierunt via longissima querentes sibi sedes oportunas, ubi fervorem persecucionis decli- 10 narent. Veneruntque in montes Harticos et manserunt ibi ipsi et filii et nepotes eorum usque in hodiernum diem[3].

De constructione Hartesborch. XXVII.

Nil autem mirum, si in nacione prava atque per- 15 versa[4], in terra horroris et vastae solitudinis[5] sinistri casus[d] emerserunt[e], siquidem per omne regnum illis in diebus bellorum tempestates consurgebant. Regni enim gubernacula, quae regis Heinrici puericia non modice dissoluta fuerant, ipso adolente[f] non minus invenere[g] 20 periculi[h]. Statim enim, ut factus est vir[6] et sublato pedagogo[7] suimet compos effectus est, omnem gentem Saxonum atrociter persequi cepit. Denique Ottoni ducatum Bawariae[i], quia Saxo erat, abstulit et Welponi dedit[8]. Post haec ad depressionem totius Saxoniae in 25 Hartico clivo castrum firmissimum, quod dicitur Hartesberg[k], collocavit. Quam ob rem irati Saxonum principes et in unum conglobati castrum, quod ipsis propter iugum positum fuerat, ad solum diruerunt. Et obfirmati sunt animi Saxonum adversus regem; fueruntque eis

cf. A. S. Disib.

1073.

30 a) *in marg. cod.* 1 *adnotavit manus s. XV:* Ecce hic habes sexto idem. b) Cricton. 2. c) pleno 4. d) causus, u *eodem atram. expunct.* 1. e) emerserint *edd.* f) abolonte 2. g) invenire 1. 1a. h) periculum 2. *R. B.* i) Bawariae *om.* 2. k) hartelberg *corr.* hartesberg 1; harchelberg 2; Harthelberg *S.*

1) *Gen.* 6, 11. 13: Repleta est terra iniquitate. *L.* 2) *Is.* 9. 12: 35 Et devorabunt Israel toto ore. *L.* 3) *Elbingerode, cuius nomen ante saeculum XII. non occurrit, ab his Albianis fundatum esse verisimile videtur. L.* 4) *Philipp.* 2, 15: in medio nationis pravae et perversae: *Deuter.* 32, 5: generatio prava atque perversa. *L.* 5) *Deuter.* 32, 10: in terra deserta, in loco horroris et vastae solitudinis. *L.* 40 6) 1. *Cor.* 13, 11: Quando autem factus sum vir. 7) *Respicere hic videtur Adalbertum archiepiscopum, qui mortuus erat anno* 1072. *L.* Sublato pedagogo *et infra c.* 73. 8) *De Helm. et Ann. S. Disibodi vide praefat.*

cf. A. S. Disib. principes Wicelo[a] Magdeburgensis, Bucca[b] Halverstadensis[c], Otto dux, Magnus dux, Udo marchio et alii 1075. multi nobiles. Ad quorum audaciam obtundendam[d] rex celeriter[e] cum exercitu venit adiuncto sibi Suevorum duce Rodulfo multisque regni principibus. Sed et Saxones 5 nil morati viriliter occurrerunt in prelium, conveneruntque exercitus iuxta flumen Unstroth. Cumque non longe abesset[f] pugna, factum est ex consilio utriusque partis, ut laudaretur pax usque post biduum, sperantes bellum pace sopiri[1]. Saxones igitur pace delectati statim exue- 10 runt se armis et diffusi sunt per latitudinem campi, *(Iun. 9).* figentes castra et curam corporis[g] exequentes. Circa horam diei nonam videntes speculatores regis Saxones remissos et dispersos super faciem campi nichilque suspicantes mali, festinantes renuntiaverunt[h] regi, quia 15 Saxones se prepararent ad prelium. Itaque concitatus exercitus regis transmisso vado irruerunt super quietos et inermes prostraveruntque multa milia Saxonum in die illa.

*p. 32. *Cum igitur Saxones pro tuenda libertate bellum 20 adhuc intentarent, dux Suevorum, vir bonus et amator pacis, primum regio honori, deinde Saxonum saluti consulens apud Saxones obtinuit, ut se in[i] potestatem regis contraderent principes eorum, Wicelo[k] Magdeburgensis, Bucca[b] Halverstadensis, Otto dux, Magnus dux[l], Udo 25 marchio[2], interpositis scilicet conditionibus, ne aut captivitate gravarentur aut ullam sustinerent lesionis molestiam. Statim igitur, ubi Saxones consiliis illecti potestati regiae se tradiderunt, ille iussit eos artiori custodiae mancipari, non reveritus promissionum fidem. Et 30 contristatus est Rodulfus[m] dux, eo quod promissa implere non potuisset.

a) wizelo 1. 1[a]. *edd.* b) Bucco *R. B. L.* c) episcopus *add. edd. L.* d) reprimendam 4. e) sceleriter 2. f) esset 2. g) *sic edd. Alb. Stad.;* corp. *om.* 1. 1[a]. 2; *cf. infra p.* 63, *l.* 23. h) renunciaue || regi 2. i) in *manu C superscr.* 1. k) Wizelo 35 1[a]. *edd.* l) Magnus dux *om.* 2. m) rodolfus *h. l.* 1. 1[a].

1) *Hoc armistitium initum esse apud Negilsteden asserunt etiam Annales Palidenses, sed ad a.* 1068. *[sub anno* 1068. *id referentes, sed non hoc anno factum esse asserentes]. L.* 2) *Udo marchio, quem etiam Ann. S. Disibodi h. l. inter captivos dicunt, non interfuit; v.* 40 *K. Köster, 'Sachsen unter Herzog Magnus' ('Progr. der Höheren Bürgerschule zu Marne')* 1881. *p.* 15, *n.* 63; *Meyer v. Knonau, Jahrb.' II, p.* 533 *sq., n.* 110.

De publica penitentia Heinrici regis[a]. Cap. XXVIII.

Post paucos autem dies principes Saxonum preter voluntatem regis captivitate absoluti in propria reversi sunt[1] nec unquam decetero promissionibus regis fidem prebuerunt. Missa igitur relacione Saxonum principes ad apostolicam sedem conquesti sunt reverentissimo papae Gregorio[b], qualiter rex divinae legis contemptor[c] ecclesiis Dei in statuendis episcopis omnem canonicae electionis libertatem adimeret, ponens per violentiam episcopos quos voluisset, insuper quod[d] more Nicolaitarum de uxore sua publicum fecisset prostibulum, subiciens eam per vim aliorum libidini, aliaque perplurima, quae inconvenientia visa sunt et auditu difficilia. Quam ob rem domnus[e] apostolicus zelo iusticiae permotus missis legatis vocavit regem ad apostolicae sedis audientiam. Qui secundam et terciam vocacionem dissimulans, ad ultimum familiarium consiliis astrictus timentium, ne regno iuste deponeretur, ivit Romam[2], ubi super his[f], unde iuste pulsabatur, sese[g] pastoris permisit arbitrio. Accepit igitur[h] in mandatis[3], ut[i] anno integro Roma non discederet, equum non ascenderet, sed in veste humili circuiret[k] limina ecclesiarum, orationibus et ieiuniis reddens dignum penitentiae fructum[4]. Quod rex humiliter adimplere sategit.

cf. A. S. Disib. 1076. — 1077.

Videntes igitur cardinales et hii qui de curia sunt, quia pre timore sedis apostolicae contremiscunt potestates *et curvantur* hii *qui portant orbem*, suggerunt apostolico, ut transferat regnum ad alium virum, dicentes indignum esse, ut talis regnet, qui de publicis convictus[l] est facinoribus. Percunctanti[m] igitur apostolico, quisnam in Alemannia[n] dignus esset tanto culmine, designatus est dux Suevorum Rodulfus, quod scilicet fuerit vir bonus, amator pacis[5] et circa cultum sacerdotii et ecclesiarum

Iob 9, 13.

a) *inscriptio capituli in marg. suppleta* 1; *nulla capituli distinctio in* 2. b) septimo *add. edd.* c) temptator 2. d) quot *manu C corr.* quod 1; *om.* 2. e) *ita saepius* 1; dominus 2. *edd.* f) hiis 2. *L.* g) sede *alio atram. corr.* sese 1. h) ergo *edd. L.* i) ut *alia manu mutatum* ne, *quia* non *post* Roma *om.*, 2. k) circumiret *edd.* l) quictus 2. m) Percuntanti 2. n) Alemania 2. *edd. L.*

1) *Abhinc Helm. recedit a narratione Ann. S. Disibodi, in paucis tantum cum eis conveniens.* 2) *Canusiam potius.* 3) *Fabulosa sunt haec mandata pontificis.* 4) *Matth.* 3, 8: fructum dignum poenitentiae; *cf. Luc.* 3, 8. 5) *Iisdem verbis* (vir bonus et amator pacis) *de Rudolfo utebatur noster cap. priore [p. 54, l. 21].* *L.*

optime affectus. Cui domnus papa auream transmisit coronam hoc[a] versu intitulatam:

Petra dedit Romam Petro, tibi papa coronam[1].

1077. Precepitque Mogontino[b] et Coloniensi[c] ceterisque episcopis et principibus, ut adiuvarent partes Rodulfi et statuerent[d] eum in regem. Quotquot igitur receperunt verbum domni papae, elegerunt Rodulfum[e] in regem, additique[f] sunt[g] parti eius Saxones et Suevi. Ceteri principum civitatesque quae sunt circa Renum non receperunt[h] eum omnesque[i] Francorum populi, eo quod iurassent Heinrico[k] et iuramenta temerare[2] noluissent. Porro Heinricus[k] consistebat apud Romam mandatis obsecundans ignarusque malorum, quae adversus ipsum agebantur.

[XXVIIII][l]. Surrexit igitur quidam Straceburgensis[m] episcopus[3], amicissimus regis Heinrici[n], *et velociter vadens Romam diu quesitum regem invenit inter memorias martyrum deversantem[o]. De cuius adventu rex letior effectus cepit percunctari de statu regni, aut si omnia in pace consisterent. Cui ille intimavit novum principem electum factuque opus esse, ut[p] quantocius Teutonicam[q] terram reviseret ad confortandos amicorum animos et conatus hostium comprimendos[r]. Cumque rex pretenderet nequaquam sibi sine licentia sedis apostolicae abeundum, ille respondit: 'Noveris certe omne hoc conspirationis malum de fonte Romanae perfidiae manasse; immo si captionem evadere voles, de Urbe tibi clanculo exeundum est'. Egressus igitur noctu rex exiit Italiam[4] firmatisque pro tempore rebus in Longobardia[s] venit in Teutonicam terram. Letatique[t] sunt de insperato adventu principis omnes civitates Reni et universi[u] qui favebant[v] parti eius. Congregavitque exercitum grandem, ut expugnaret Rodulfum, fuitque cum eo famosis-

*p. 33.

a) hoc — coronam *om.* 2. b) magontino 2. c) Trevirensi 4. d) statuerunt 1. 1a. 2. e) radulfum 2. f) additque *corr. a librario* additique 1; additoque *S.* g) sunt *om.* 2. h) ceperunt 2. i) que *om.* 2. k) henric. *fere semper* 2. *R. B.* l) *S hanc inscriptionem cap. praebet:* De miserabili interitu Rodulphi ducis Sueviae. Cap. XXIX; *in* 1 *verbi* Surrexit *littera* S *minio picta est; nulla capituli distinctio in* 2. m) Strateburgensis *edd.* n) henrici 2; regi Henrico *R. B.* o) diversantem *edd.* p) aut *corr.* ut 2. q) teotonicam 2. r) reprimendos 4. s) Longabardia 1. 2. t) que sunt *om.* 2. u) omnes 2. v) fovebant 2.

1) *Similem versum afferunt Sigeb., SS. VI, p.* 364, *et Otto Frising., Gesta Frid. I,* 7. *Cf. Meyer v. Knonau l. l. III, p.* 630 *sq.* 638. 2) *Cf. supra p.* 36, *n.* 4. 3) *Wernherus. L.* 4) *Helmoldus ubique Langobardiam distinguit ab Italia; cf. infra c.* 80 (79) *et praecipue c.* 82 (81): deserentes Italiam venerunt in Longobardiam.

simus[a] ille dux Godefridus[1], qui postea liberavit Ierusalem[b], multique potentum. Saxonum vero atque Suevorum exercitus erant cum Rodulfo. Pugnaverunt[2] igitur reges mutuo, et victa est pars Rodulfi[c], cecideruntque Saxones et Suevi[d]. Porro Rodulfus[c] vulneratus in manu dextra fugit Marcipolim mortique iam proximus dixit[3] ad familiares suos: 'Videtis manum dexteram meam de vulnere sauciam? Hac ego iuravi domno Heinrico, ut non nocerem ei nec insidiarer gloriae eius. Sed iussio apostolica pontificumque peticio me ad id deduxit, ut iuramenti transgressor honorem michi indebitum usurparem. Quis igitur finis nos exceperit[4], videtis[e], quia in manu, unde iuramenta violavi, mortale hoc vulnus accepi. Viderint ergo hii qui nos ad hoc[f] instigaverunt, qualiter nos duxerint, ne forte[g] deducti[h] simus in precipicium eternae dampnacionis'. Et haec[i] dicens cum gravi molestia diem clausit extremum. 1080.

[XXX][k]. Tunc[l] rex Heinricus prosperis elatus successibus grande episcoporum collegit concilium[m, 5] ibique Gregorium papam velut[n] regni traditorem et ecclesiasticae pacis perturbatorem dampnari fecit. Inde grandi collecta expedicione transiit in Italiam, occupansque[o] matrem imperii Romam multisque civium ibidem interfectis fugavit inde Gregorium, potitusque ad votum Urbe et senatu Wibertum Ravennae sedis episcopum ordinari fecit in papam; a quo etiam benedictione percepta[6], a populo Romano salutatus est imperator et augustus. Factumque est verbum hoc in laqueum magnum in Israel[7], siquidem ex illa die orta scismata in ecclesia Dei, qualia non fuerunt a diebus antiquis[8]. Et hii quidem, qui videbantur perfectiores et columpnae in 1081. 1084.

a) famoci-simus *a librario corr.* famosissimus 1. b) ihrlm 2. c) Radulf. 2. d) suecii *(ita 1ª) radendo corr.* sueui 1. e) vos videtis 2. f) hec 2. g) forti 1. h) diducti 2. i) hoc *edd. L.* k) *inscriptionem cap. habet S:* Quomodo imperator Heinricus papam Roma fugaverit. Cap. XXX; Wy Babist Gregorius wart vortrieben von syme Stule *Kirchberg; nulla capituli distinctio in* 1. 2. l) cum *corr.* tum 1. m) consilium 1. 1ª. 2. n) u-lud 2. o) occupatisque *(ita 1ª) radendo corr.* occupansque 1.

1) *Minime. Vide v. Sybel, 'Erster Kreuzzug' [ed. 2] p.* 215 *sqq. L. Godefridus III, qui vere partes Heinrici tuebatur, iam a.* 1076. *mortuus est.* 2) *Ad Grune rivum, a.* 1080. *Oct.* 15. *Cf. Meyer v. Knonau l. l. III, p.* 337 *sqq.* 3) *Simillima verba vide apud Ekkehardum, SS. VI, p.* 204. 4) *Cf. locum ex Boetio supra p.* 49, *n.* 1. *allatum.* 5) *Celebratum Brixinae a.* 1080. *mense Iunii, ubi et Wibertus electus est.* 6) *Coronatus est a.* 1084. *Mart.* 31. *L.* 7) 1. *Mach.* 1, 37. 38: et facti sunt in laqueum magnum. Et factum est hoc . . . . . in diabolum malum in Israel. 8) a diebus antiquis *multis locis Bibliae legitur.*

domo Dei[1], adheserunt Gregorio, ceteri, quos aut timor aut favor cesareus agebat[2], secuti sunt Wibertum, qui et Clemens; duravitque scisma hoc XXV annis. Defuncto enim Gregorio successit Desiderius, post quem Urbanus, deinde Paschalis, qui omnes imperatorem cum papa suo excommunicacionis sententia dampnaverunt, continentes[a] se apud reges Franciae, Siciliae et Hispaniae, qui catholicam[b] partem tueri videbantur.

Saxones quoque, postquam de cede vires recuperaverunt, statuerunt sibi regem[c] Hermannum quendam cognomento Clufloch[d, 3] et instauraverunt prelium adversus Heinricum cesarem. Cumque Saxonum novus princeps secundo potitus victoria castrum quoddam victor ingrederetur, contigit miro Dei iudicio, ut porta cardinibus avulsa regem cum aliis quam pluribus[e] attriverit[4], conatusque Saxonum etiam tunc frustratus[f] concidit; nec adiecerunt ultra[5] novum creare regem nec arma ferre adversus Heinricum cesarem, videntes ei regnum conservari divina voluntate approbante sive permittente.

(1081.) (1088.)

De epistola Petri monachi. Capitulum XXXI.

Res digna relatu posteritatisque memoria contigit in diebus Heinrici senioris novissimis. Nam Petrus[6] quidam, genere[g] Hispanus[7], professione *monachus[h], ingressus fines Romani imperii vocem predicationis emisit in universo regno[i], adhortans populos ire Iherosolimam pro

(*cf. Ann. Rosenv.*) (*p. 31.)

a) continens 1. 1ª. b) katholicam 2. c) rego 2. d) dufloch 2; Cluffloch *S.* e) plurimis 1ª. *edd. L.* f) *alterum* r *superscr.* 1. g) *seq.* humanus *delet.* 2. h) monachu⁹ 1. i) mundo 2.

1) *Cf. Gal.* 2, 9: qui videbantur columnae esse; *Apoc.* 3, 12: faciam illum columnam in templo Dei. *Similiter infra c.* 81 (80) *med.* 2) *Cf. infra c.* 91 (90) *in.* 3) *Ann. Palid. SS. XVI, p.* 70: Heremannus cognomento Allium (*gl.* cloveloc), pro eo quod electus Isleven, ubi allium habundat. 4) *Haud multum aliena sunt, quae Vita Heinrici IV. imp. c.* 4. *profert de morte Herimanni. L. Vide Meyer v. Knonau l. l. IV, p.* 226, *n.* 50. 5) Adicere ultra *est locutio Biblica, Isaiae, Amos, Nahum prophetarum.* 6) *Sequentia paene ad verbum leguntur in Ann. Rosenveldensibus SS. XVI, p.* 101 *sq., ex quibus vel ipsis vel aliis libris mediantibus hunc locum exscripserunt Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p.* 15 *sq., Annal. Saxo, SS. VI, p.* 728 *sq., (Ann. Palid., SS. XVI, p.* 71*), Ann. Magdeburg., ib. p.* 179, *Albertus Stad., ed. Rein. Reineccius f.* 141ᵛ. *Sed ex nullo horum librorum Helm. hunc locum assumpsisse videtur. V. praefat. de hac re.* 7) In finibus emersit Hyspaniae *Ann. Rosenv. l. l., ubi fortasse* Hasbaniae *legendum fuisse Lappenberg coniecit; certe iam auctor Ann. Rosenveldensium errorem commisit.*

liberacione civitatis sanctae, quae tenebatur a barbaris. Protulit autem epistolam, quam de celo affirmavit allatam, in qua continebatur scriptum, quia impleta sunt tempora nacionum, et liberanda esset civitas, quae calcabatur a gentibus [1]. Tunc igitur [a] universarum regionum potestates, episcopi, duces, prefecti, militares viri necnon plebei [b], abbates, monachi aggressi [c] sunt iter illud Ierosolimitanum sub duce fortissimo Godefrido fretique divinae virtutis [d] auxilio Niceam, Antiochiam [e] multasque civitates a barbaris possessas receperunt. Inde progressi civitatem sanctam de manu barbarorum liberaverunt, et cepit deinceps pullulare in eodem loco incrementum divinae laudacionis, et adoratur Deus [f] a populis terrarum in loco ubi steterunt pedes eius [2].

cf. Ann. Rosenv.

Deiectio Heinrici imperatoris. Capitulum XXXII [g].

1100. Post tempora dierum illorum mortuus est Wibertus, qui et Clemens [3], et sopita [h] sunt scismata, et rediit universa ecclesia ad Paschalem, et factum est *unum ovile et unus pastor* (*Ioh.* 10, 16). Igitur ubi firmatus est Paschalis in sede, precepit excommunicari [i] imperatorem ab universis episcopis et catholicae [k] ecclesiae cultoribus [l], et eo usque haec sententia [m] invaluit, ut collecta generali curia principes Heinrico dyadema tollendum et ad filium eius equivocum transferendum decernerent. Erat autem idem iam dudum ex peticione patris designatus in principem.

1105. Missi igitur a principibus venerunt ad regem, qui tunc forte consistebat in corte [n] regia Hingelesheim [o, 4], Mogontinus [p], Coloniensis, Wormaciensis et pertulerunt ad eum mandatum ex ore principum dicentes: 'Fac nobis

a) igitur *om.* 1. 1ª. b) plebeii 2. *R. B.* c) egressi 1. 1ª; egr. sunt ad iter *edd.* d) virtutis divinae *edd.* e) anthiochiam 2. f) Dominus *S. R.* g) XXII. *post corr.* XXXII. 1. h) posita *a librario corr.* sopita 1. i) excommunicare 2. k) katholice 2. l) custodibus 2. m) sententia haec *edd.* n) *ita codd. et edd.;* curte *L.* o) *ita* 2; hilgeleshem 1. *Henr. de Herv.;* Hilgellesheim *S. R.* p) mo *in loco raso* 1.

1) *Cf. Luc.* 21, 24: Et Ierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum. *Hunc versum afferunt Ann. Rosenv., recte ponentes* nationum, *ubi Annal. Saxo et Ann. S. Disibodi habent* gentium. 2) *Ps.* 131, 7: adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius. 3) *Anno* 1100. *Henricus de Hervordia, qui ad a.* 1104. *sequentia excerpsit cap.* 32. *et* 33. *[ed. Potthast p.* 131 *sqq.], bene notavit ab Helmoldo haec de Heinrico IV:* vulgariter et mitilogyce in cronicis Sclavorum cap. 19. *dicta esse. L.* 4) *Scil. anno* 1105. *m. Dec. L. Vide Meyer v. Knonau l. l. V, p.* 266 *sqq.* 270, *n.* 85.

1105. reddi coronam, anulum et purpuram ceteraque ad investituram imperialem pertinentia, filio eius[a] deferenda'. Illo percunctante[b] deiectionis[1] suae culpam responderunt dicentes: 'Quid queris[c] ea, quae optime nosti? Meministi, qualiter universa ecclesia tui causa maximo scismatis errore multis iam annis laboraverit, qualiter episcopatus, abbatias, preterea omnia ecclesiae regimina fecisti venalia, nec fuit in constituendis episcopis ulla legitimae electionis facultas, sed sola pecuniae racio! Pro his[d] et aliis causis sanxit auctoritas apostolica, favitque principum unanimitas te non solum regno, verum et[e] ecclesiastica communione privandum'. Quo contra rex ait: 'Dicitis, quia spiritales[f] dignitates precio vendiderimus. Vestra quidem potestas est tale nobis crimen inpingere. Dic igitur, o Mogontine, dic adiuratus per nomen eterni Dei, quid exegimus aut recepimus, quando te[g] Maguntiae[h] prefecimus? Tu quoque, Coloniensis, per fidem te contestamur, quid nobis dedisti pro sede, cui nostra munificentia presides?' Illis fatentibus nil pecuniae huius rei gratia aut oblatum aut acceptum, rex ait: 'Gloria Deo, quia vel in hac parte fideles inventi sumus. Certe dignitates hae[i] duae prestantissimae sunt et magnum questum camerae nostrae referre poterant. Porro domnus Wormatiensis qualis a nobis susceptus, ad quid promotus, si[k] pietate vel questu erga ipsum usi fuerimus, nec vos nec ipsum latet. Condignam igitur beneficiis nostris rependitis gratiam! Nolite, queso, effici participes[l] eorum, qui levaverunt manus adversus dominum et regem suum et temeraverunt[2] fidem et iuramentorum sacramenta. Ecce iam defecimus, parumque nobis viae restat[3] senio et labore confectis; sustinete modicum et nolite gloriam nostram[m] confusione terminare! Si autem nobis cedendum[n] omnino esse dicitis, et manet fixa sententia, prefigantur induciae, statuatur dies placiti; si curia adiudicaverit, filio nostro coronam manibus propriis[o] resignabimus. Generalem itaque curiae

a) *ita* 1. 2. 3. *S. R;* tuo *eadem manu vel coaeva superscr.* 2, *receperunt B. L. Henr. de Herr.* b) percunctate 1; percuntante 2. c) qritis, ti *eodem atram. expunct.* 1. d) hiis 1[a]. 2. e) etiam *edd.* f) spirituales *edd. L.* g) te *alia manu superscr.* 2. h) mogoncie 2; Moguntiae *edd. L.* i) hee 1. 2. *L.* k) *ita* 2. 3; ſʒ (sed) *corr.* ſi 1; scilicet *S. (R).* l) principes 2. m) uram (vestram) 1. 1[a]. *Alb. Stad.* n) credendum 2. o) proprius 2.

1) *Cf. supra c.* 7 *[p.* 18, *l.* 24*]. L.* 2) *Cf. supra p.* 36, *n.* 4. 3) *Cf.* 3. *Reg.* 19, 7: grandis enim tibi restat via.

audientiam expetimus'. Illis econtrario nitentibus et dicentibus[a] se negocium, pro quo missi fuerant, fortiter expleturos, rex parumper avulsus[1] ab eis fidelium suorum participavit consilio. Vidensque, quia legati venissent milicia stipati[b], et non esset locus resistendi, fecit sibi regiam[c] exhiberi preparaturam, qua indutus et in sedem receptus legatos alloquitur dicens: 'Haec quidem *imperialis honoris insignia michi prestitit eterni regis pietas et principum regni electio concors. *Potens est autem*[d] *Deus*[2], qui me ad hoc culmen sua dignatione[e] provexit, michi conservare quod concessit[f] manusque vestras a cepto opere cohibere. Divino enim presidio nos enixius inniti oportet, omni scilicet milicia et armis destitutos. Hactenus quidem externis[g] bellis impliciti semper in custodiae nostrae diligentia constitimus, omnes impugnacionum iacturas propicia divinitate partim consilio, partim virtute prelii evincentes[h]. Hoc autem intestinum malum sicut nec suspectum habuimus, ita nec precavimus. Quis enim in orbe Christiano tantum nefas consurgere crederet, ut iurata principi sacramenta fidelitatis irritentur, suscitetur filius adversus patrem, postremo nulla beneficiis gratia, honestati reverentia exhibeatur? Certe maiestas[i] imperatoria eam etiam erga hostes honestatis disciplinam servare consuevit, ut proscribendis sive dampnandis vocacionum sive induciarum remedia non negaverit, ante premuniens[3] quam feriens[k], prius invitans ad[l] gratiam quam dampnans per sententiam. At nobis contra fas vocaciones et audientia negantur, ideoque prefocamur, ne audiamur. Quis tantam mentis alienationem a fidissimis[m] amicis, maxime vero a pontificibus crederet[n]? Dominum[o] igitur, factorem orbis[4], vobis proponimus, ut ipsius terror vos coherceat[p], quos pietas non revocat. Quod si nec Deum nec honestatem vestram reveremini, ecce presentes sumus, violentiam explodere non possumus, necessarium est vim sustinere, cui refragari locus non est'. Ceperunt igitur pontifices hesitare, quid agerent: magnarum enim rerum ingressus

1105. *p. 35. 2. Cor. 9, 8.

a) et dicentibus *om. S. (R).* b) stipati militia *edd.* c) reginam, n *eodem atram. expunct.* 1. d) autem est *edd.* e) dignitate 1. 1a. f) concesserit *edd.* g) ext'nis, 'nis *manu recenti in loco raso* 2. h) euicentes 2. i) magestas 2. k) ferim9 2. l) per *edd.* m) fidelissimis 2. 3. n) credere² 2. o) Dm (Deum) 1. 1a. p) coerceat 1a. 2.

1) *Cf. supra p.* 40, *n.* 2. 2) Potens est Deus *saepius occurrit in Biblia.* 3) *Voce* praemunire *pro* praemonere *saepissime utitur Helm., ut c.* 34. 62. 63. *L.* 4) *Similiter infra c.* 64. *med.*

1105. semper difficiles sunt [a, 1]. Tandem Mogontinus [b] allocutus est socios dicens: 'Quousque trepidamus, o socii? Nonne officii nostri est regem consecrare, consecratum investire? Quod igitur principum decreto impendere licet, eorumdem auctoritate tollere non licet? Quem meritum investivimus, inmeritum quare non divestiamus?' Statimque accepto conamine regem aggressi [c] sunt eique coronam de capite abruperunt, deinde sublatum de sede purpura ceterisque quae ad sacram vestituram [d] pertinent funditus exuerunt. Tunc rex confusione circundatus ait ad eos: 'Videat Deus [e] et iudicet [2], quia inique agitis contra me [3]. Ego quidem luo peccata adolescentiae meae, recipiens a Domino stateram equi ponderis, ignominiam et confusionem, quantam nemo regum, qui ante me fuerunt, sustinuisse dinoscitur. Non vos tamen ideo inmunes a peccato [f], qui levastis manus adversus dominum vestrum et prevaricati estis iusiurandum, quod iurastis. Videat Deus [e] et ulciscatur in vos, *Deus*, inquam, *ultionum dominus*. (*Ps.* 93, 1.) Non consurgatis neque crescatis, neque prosperetur honor vester, sitque portio vestra cum eo qui tradidit Christum dominum'. At illi obturantes aures suas [4] perrexerunt ad filium, deferentes ei imperialia [g] firmantesque eum in regnum.

[XXXIII] [h]. Surrexit igitur filius adversus patrem et expulit eum a regno. Ille fugiens a facie filii sui 1106. pervenit ad ducatum qui dicitur Linthburg, pergens et accelerans, ut evaderet manus querentium animam ipsius [5]. Erat autem in regione illa princeps nobilis, quem cesar adhuc sui compos ducatu de Linthburg [i] destituerat [k] et alii dederat [6]. Accidit igitur, ut idem princeps forte venacioni deditus esset prope viam, cum cesar

a) sunt diffic. *edd. L.* b) magontinus 1. c) ac || gressi 1. d) investituram *edd. L.* e) Dominus *S. R.* f) peccatis *S. R.* g) imperalia *a librario corr.* imperialia 1. h) *inscriptionem cap. praebet S:* Electio filii contra patrem. Cap. XXXIII; wy der Son widder den Fatir an daz Rich gekoren wart *Kirchberg; in* 1 *littera* S *verbi* Surrexit *minio picta; nulla capituli distinctio in* 2. i) linthborg 1. 1[a]. k) destituearat, *prius a eodem atram. expunct.* 1.

1) *Cf. supra p.* 27, *n.* 1. 2) 1. *Par.* 12, 17: Videat Deus . . . et iudicet; 1. *Reg.* 24, 16: *(Dominus)* videat et iudicet causam meam. 3) *Gen.* 16, 5: Inique agis contra me . . . . iudicet Dominus inter me et te. 4) *Ps.* 57, 5: Sicut aspidis . . obturantis aures suas. 5) *Cf. Jer.* 34, 20. 21: dabo eos . . . in manus quaerentium animam eorum. *et similiter saepissime in Vulg.* 6) *Scil. Heinricus comes de Limburg, quem adversantem sibi debellaverat et ad deditionem coegerat imperator, cui postea ducatum Lotharingiae donavit. L. Cf. Meyer v. Knonau l. l. V, p.* 115. 131—133. 290, *n.* 23.

1106. transiret comitatus viris novem, animadvertitque, quia fugeret a facie filii sui. Iam enim aliquid auditum fuerat; sedensque in equo assumptis[a] militibus insecutus est regem velocius. Quem videns cesar et reputans
5 hostem cepit metuere de vita et exclamans voce magna[1] cepit postulare veniam. At ille [regem[b] agnoscens]: 'Male', inquit, 'domine, erga me veniam[c] meruistis, qui supplicanti quondam omnem negastis gratiam et abstulistis michi[d] ducatum meum'. 'Hoc est', ait cesar, 'quod
10 nunc luo[2], quia filius meus surrexit contra me, et depulsus sum ab omni honore meo'. Videns igitur princeps ille regem desolatum, miseracione commotus, ait
*p. 36. ad eum: 'Licet quidem potestate vestra in me *abusus fueritis, Deus tamen novit, quia magna[e] super vos peni-
15 tudine movear. Impietas enim maxima adversum[f] vos commissa est, ab eis maxime, apud quos pius et beneficus semper extitistis[g]. Quid igitur vobis videtur? Estne vobis inter principes aliquis [auxiliator[h]] relictus?' Cumque cesar diceret se ignorare, eo quod necdum esset
20 temptatum, ille ait: '*Potens est Deus* adhuc resarcire honorem vestrum, eo quod inique[i] actum[3] sit adversum[k] vos. Facite igitur quod suadeo, ascendite urbem hanc et habete corporis fessi curam[4], mittamusque ad regiones et civitates temptare, si possimus alicubi invenire
25 auxilium. Forsitan enim non ex toto defecit iusticia a filiis hominum'[5]. Nec mora, misit circumquaque pro militibus collegitque quasi octingentos loricatos, assumptumque cesarem perduxit[l] in civitatem magnam Coloniam. Colonienses vero receperunt eum. Quod cum
30 audisset filius, venit cum exercitu grandi et obsedit Coloniam. Cumque obsidio vehementer incresceret, cesar timens civitati noctu elapsus fugit Leodium[m, 6]. Et convenerunt illic ad eum[n] omnes viri constantes et quorum corda miseratio tetigerat. Perspectoque[o] auxiliatorum

Luc. 3, 8.

35 a) assumptus *radendo corr.* assumptis 1. b) *uncis inclusa solus habet* 4. *(Quae verba sane male interpolata sunt. O. H.-E.)* c) veniam *om. edd.* d) michi *om. L;* ducatum meum michi 2. e) quia ex corde compatior 4. f) auersum 1. g) exstitistis 2. h) aux. *solus* 4 *habet.* i) unquam *a librario corr.* inique 1. k) contra 2; adversus *edd. L.* l) perduxit || que 2. m) leodrum 1. n) ad eum
40 *om.* 2. o) Perfectoque 2.

1) *Marc.* 1, 26. *Luc.* 8, 28: Et exclamans voce magna. 2) *Cf. Adam II,* 26: Hoc est, inquit, quod . . luimus. *L.* 3) *Cf. p.* 62, *n.* 3. 4) *Cf. Verg. Aen. III,* 511. *VIII,* 607. 5) *Is.* 51, 6: et iustitia mea non deficiet. *L. Cf. etiam Ps.* 11, 2: defecit sanctus . . diminutae sunt
45 veritates a filiis hominum. 6) *Caesar Leodium abierat iam mense Februario; obsidio Coloniae vero non nisi mense Iulio incepta est a rege. L.*

1106. numero dimicare statuit. Quem cum filius persequeretur in manu gravi, ille egressus est in occursum eius ad aquas Masanas[a, 1]. Rogavitque principes[b] et omne robur exercitus sui dicens: 'Si fortissimus Deus nos hodie adiuverit in prelio, factique fuerimus in conflictu superiores, servate michi filium meum[2] et nolite interficere eum'. Commissum est igitur prelium, et prevalens pater fugavit filium trans pontem, multique illic occisi gladio, plures aquis prefocati sunt[3]. Rursus instauratum est prelium, et cesar senior victus, conclusus, comprehensus est[4].

Quantas autem contumelias, quanta obprobria vir iste magnificus in illis diebus pertulerit, sicut relatu difficile, ita auditu lamentabile est. Insultabant ei amici[c], illudebant ei[d] nichilominus inimici. Denique, ut aiunt[5], pauperculus quidam, sed[e] litteratus, coram omnibus adorsus est eum dicens: *Inveterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quae prius operabaris, iudicans iudicia iniusta, obprimens iustum*[f] *et dimittens noxium*[g]. Cui cum astantes irascerentur, viri scilicet sensati, cesar compescuit eos dicens: 'Nolite, queso, irasci in eum. *Ecce filius meus, qui egressus*[h] *de utero meo querit animam meam, quanto magis* alienus? Sinite *eum, ut maledicat,* quia voluntas Dei est'. Erat autem illic episcopus Spirensis[6], cesari quondam dilectissimus; nam et templum ingens Dei genitrici apud Spiram construxerat, preterea civitatem et episcopium[i] decenter promoverat. Dixit igitur[k] cesar ad amicum suum episcopum de Spira: 'Ecce destitutus de[l] regno decidi a spe, nichilque michi utilius est quam renuntiare miliciae. Da igitur michi prebendam apud Spiram, ut[m] sim famulus

Dan. 13, 52. 53. — *2. Reg. 16, 11.*

a) masanas *corr.* mosanas 1, *et ita* 1[a]. *K. B.* b) princeps *corr.* principes 1. c) inimici 2. d) illi *edd.* e) scilicet *alia manu coaeva corr.* sed 2. f) innocentes *Vulg.* g) noxios *Vulg.* h) est *add.* 1[a]. *edd. L secundum Vulg.* i) episcopum *S. (R).* k) ergo *edd. L.* l) de *om.* 2. *edd. L.* — regno et 2. m) et 1. 1[a].

1) *Proelium apud Visé a.* 1106. *Mart.* 22, *in quo tamen Heinricum seniorem non captum esse constat. L. Cf. Meyer v. Knonau l. l. V, p.* 298 *sq.* 361. 2) *Sicut David rex:* Servate mihi puerum Absalom, 2. *Reg.* 18, 5. *L.* 3) *Cf. infra p.* 72, *l.* 5, *n.* 2. 4) 2. *Mach.* 13, 21: comprehensus est et conclusus. *L.* 5) *Similibus aliisque verbis Hetelonem, virum insanum, Coloniae increpasse imperatorem narrat ['Sächsische Weltchronik', 'Deutsche Chron.' II, p. 187]. L.* 6) *Gebhardus, cui Heinricus V. rex patrem a.* 1105. *in vig. nativ. Domini custodiendum commiserat, quando captus fuerat in Bekelnheim. Amicus caesaris Iohannes diem supremum iam obierat a.* 1104. *[Oct. 26]. L.*

dominae meae Dei genitricis[a], cui devotus semper extiti. Novi enim litteras et possum adhuc subservire choro'. Ad quem ille: 'Per matrem', inquit[b], 'Domini[c], non faciam tibi quod petis'. Tunc cesar suspirans[d] et illacrimans ad circumstantes ait: *Miseremini mei, miseremini mei vos saltem*[e], *amici mei, quia manus Domini tetigit me.* 1106. Iob 19, 21.

Mortuus est autem cesar[f] eo tempore Leodii, stetitque corpus eius inhumatum[1] in capella quadam deserta V annis. Tanta enim severitate domnus papa et ceteri adversarii eius in ipsum ulti sunt, ut mortuum vel humari non sinerent. *O magna Dei iudicia, quae completa sunt in tam prepotenti viro! Sperandum autem, quod caminus ille tribulacionis decoxerit in eo scoriam[2], tulerit rubiginem; quociens enim in presenti *iudicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo dampnemur.* Fuit autem ecclesiis[g] admodum[h] bonus, his[i] videlicet, quas sibi fideles persensit. Porro Romanum antistitem Gregorium[k] et ceteros insidiatores honoris sui sicut infestos habuit, ita etiam[l] infestare studuit. Impulit eum ad hoc, ut multi dicunt, gravis necessitas. Quis enim vel minimam honoris sui iacturam equanimiter ferat? Legimus autem, quia multi peccaverunt, quibus tamen subventum est penitentiae remedio. Certe David peccans et penitens rex et propheta permansit. Rex autem Heinricus ad vestigia apostolorum iacens, orans et[m] penitens[3], gratis pessundatus est nec invenit tempore gratiae, quod ille obtinuit duro legis tempore. Sed disputaverint[n] de his qui scierint vel ausi fuerint. Unum hoc scire licet, quia Romana sedes adhuc hodie[4] luit factum illud. A tempore enim illo quotquot regnant de stirpe illa omnibus modis nituntur humiliare ecclesias, ne resumant[o] vires consurgendi adversus reges nec inferre[p] quae intulerunt patribus eorum. (Aug. 7). *p. 37. 1. Cor. 11, 32.

Regnavit autem Heinricus iunior pro patre suo, fuitque concordia inter regnum et sacerdocium, sed non multo tempore. Nam nec ipse prosperatus est[q] in omni

a) genitr. dei 2. b) inquid 1. c) *ita codd. et edd.;* domine *L.* d) aspirans 2. e) saltim vos 2; saltem vos 1[a]. *Vulg.* f) cesar *om. S. R.* g) in eccl. 2. h) quem admodum 2. i) Illis 2. k) gg[eo] 1. l) eciam ita 2. m) ac *edd.* n) disputaverunt *a librario corr.* disputaverint 1. o) sumant 1. 1[a]. p) *supple* valeant *O. H.-E.* q) est *om.* 1. 2.

1) *Cf. Ekkehard. a.* 1106, *SS. VI, p.* 239. 2) *Cf. Is.* 1, 25: excoquam ad purum scoriam tuam. 3) *Cf. supra c.* 28 *[p. 55]. L.* 4) *Tempore magni scismatis scripsit Helm. librum suum.*

1106. vita sua, irretitus similiter ut pater eius a sede apostolica. De quibus suo loco dicendum est. His[a] igitur de perturbacionibus imperii et variis Saxonum bellis necessario prelibatis, eo quod Slavis causam defectionis vel maximam prebuerint, iam nunc redeundum est ad hystoriam Slavorum, unde[b] longius digressus[c] sum. 5

De morte Crutonis. Capitulum XXXIIII[d].

Factum est autem, postquam Cruto[e] Slavorum princeps et Christiani nominis persecutor confectus est senio, Heinricus filius Godescalci[1] egressus est[f] Dacia[g] et re- 10 *cf. Gen. 31, 3.* versus est in terram patrum suorum. Cui cum Cruto introitum precluderet omnem, ille collecto de Danis simul atque Slavis[h] navium numero percussit Aldenburg et omnem maritimam Slavorum provinciam duxitque de eis infinitam predam[2]. Et cum hoc[i] secundo et tercio 15 fecisset, factus est[k] timor magnus[3] omnibus Slavorum populis insulas et litus maris habitantibus, adeo ut ipse Cruto preter spem Heinricum ad pacis condicionem admitteret et concesso[l] introitu villas ei oportunas ad habitandum concederet. Nec tamen hoc egit sincera 20 intentione. Virum enim iuvenem, fortem et bellicosum, quem vi nequibat, fraude opprimere gestiebat. Unde etiam per intersticia temporum accuratis[4] conviviis animum eius explorabat, pertemptans oportunum insidiis locum. At illi ad cavendum nec consilium nec doli 25 deerant[5]. Nam domna Slavina[6], uxor Crutonis, sepius illum premunivit[m] denuntians insidias. Denique marito iam vetulo invisa[n] Heinrico, si possibile foret[o], nubere affectabat. Unde etiam instinctu eiusdem feminae Heinricus invitavit Crutonem[p] ad convivium, quem multa 30

a) Hiis 2. b) non *delet., alia manu superscr.* unde 2. c) disgressus 2. d) XXXIII. 1. e) Cricto *semper* 2; Cruco *semper edd.* f) est, st *expuncto corr.* e 1; est *om.* 1[a]. *L.* g) daciā 1[a]. 2. h) magno *add.?* 4. i) hoc *om.* 2. k) est *om.* 1. 2. l) consessu *corr.* concesso 1; concessu 2. m) praemonuit 4. n) inuiso *manu C corr.* inuisa 1; infensa *edd.* o) est 2. p) cruconem *h. l.* 1. 35

1) *Cf. c.* 25. *in. [p.* 47*]. L. Contra Schirren p.* 114 *sqq., qui omnia, quae Helmoldus de hoc Heinrico narrat, ab ipso Helmoldo conficta esse contendit, lege Wigger, 'Jahrbücher' p.* 44 *sqq.; Breska, 'Untersuchungen' p.* 41 *sqq.* 2) *Cf. infra c.* 37, *p.* 73, *l.* 14; 2. *Paral.* 28, 8: ceperuntque . . infinitam praedam. 3) *Act.* 5, 5. 11: factus est timor 40 magnus super omnes (in omnes). 4) *Similiter Plauti Menaechmi I,* 3, 25: prandium accurarier. *L.* 5) *Cf. Sall. Cat. c.* 26, 2: Neque illi tamen ad cavendum dolus aut astutiae deerant; *Adam III,* 48. 6) *De Slavina cf. Breska, 'Untersuchungen' p.* 51. *contra Schirren p.* 157.

pocione temulentum, cum estuarium, in quo bibebant, incurvus exiret, Danus quidam de[a] securi percussit et uno ictu caput amputavit. Et accepit Heinricus Slavinam in uxorem et obtinuit principatum et terram[b]. 5 Occupavitque municiones, quas ante habuit[c] Cruto[d] et reddidit hostibus suis ultionem[1].

Accessit[e] etiam ad ducem Magnum, eo quod cognatus[f] eius esset[2], et magnificatus est apud eum, fecitque ei iuramentum fidelitatis ac subiectionis. Sed et Nord- 10 albingorum populos, quos Cruto[g] vehementer attriverat, iste convocavit in unum et iniit cum eis pactum firmissimum, nulla bellorum tempestate convellendum. Et letati sunt Holzatenses necnon Sturmarii ceterique[h] Saxones Slavis contigui, eo quod corruisset hostis eorum 15 maximus, qui tradidisset eos in mortem et in captionem *cf. Tob. 3, 4.* et in exterminium, et surrexisset pro eo princeps novus[3], qui diligeret salutem Israel[4]. Servieruntque ei ex animo, properantes cum eo ad varia bellorum pericula, *parati* *1. Mach. 4, 35.* cum eo *aut vivere aut mori fortiter*. Audientes igitur 20 universi Slavorum populi, hii videlicet qui habitabant ad orientem et austrum, quod[i] surrexisset inter eos princeps, qui dicat subiacendum Christianis legibus et *p. 38. tributa principibus *solvenda, vehementer indignati sunt[5], conveneruntque omnes una voluntate et eadem senten- 25 tia[k, 6], ut pugnarent adversus Heinricum, et statuerunt in locum eius, qui erat Christicolis obpositus[l] omni tempore. Nuntiatumque est Heinrico, quia egressus est Slavorum exercitus[m] ad destruendum eum, et statim direxit nuntios ad accersiendum[n] ducem Magnum et 30 fortissimos[o] Bardorum, Holzatorum[p], Sturmariorum atque

a) de *om. L;* quidam de servis securi *edd.* b) princ. in terra 2. c) habuit ante 2. *L.* d) cricco *h. l.* 1. e) Accescit 2. f) ggnatus 1. 2. g) cricto *h. l.* 1. h) ceterisque *radendo corr.* ceteri: que 1. i) quot *manu C corr.* quod 1. k) et eadem sententia *bis script., alterum delet.* 1. l) ppositus *corr.* oppositus 2. 35 m) excercitus 2. n) accersendum 2. *edd.* o) firmissimos *alia manu corr.* fortissimos 2. p) holtzatorum 2.

1) *Deut.* 31, 42: reddam ultionem hostibus meis. 2) *Heinricus fuit filius Sigridae, filiae Suenonis Estritson regis, Magnus autem filius Wulfhildis, filiae Olavi regis. Nisi igitur Godescalcus ex stirpe Danorum* 40 *fuerit, ut posteriores quidam tradunt (SS. XXIII, p.* 385; *'Städtechroniken' XIX, p.* 7; *Wedekind, 'Noten' I, p.* 182, *n.* 136*), quomodo Heinricus et Magnus cognati fuerint, non video.* 3) *Exod.* 1, 8: surrexit . . . rex novus. 4) *Cf.* 2. *Esdr.* 2, 10: quod venisset homo, qui quaereret prosperitatem filiorum Israel; *Esther* 13, 13: pro salute Israel. 5) *Dan.* 45 14, 27: indignati sunt vehementer. 6) *Similiter infra saepius, c.* 38. 68. *Cf. Ios.* 9, 2: uno animo eademque sententia; *Sulp. Ser. Vita Martini c.* 9: Una omnium voluntas, eadem vota eademque sententia.

Thetmarcorum, qui omnes occurrerunt promto[a] animo
1093? et voluntario corde. Et progressi sunt in terram Pola-
borum in campum qui dicitur Zmilowe[b], ubi exercitus
hostilis erat diffusus[c] super latitudinem terrae. Videns
igitur Magnus, quia exercitus Slavorum grandis est[d] et 5
armis instructus, timuit congredi. Protractumque[e] est
1. *Mach.* 9, 13. bellum *a mane usque ad vesperam*, eo quod internuntii
temptarent pugnam condicionibus dirimere, dux quoque
expectaret auxilium militum, quos superventuros spe-
rabat. Factum est autem circa occasum solis, et ecce 10
speculator ducis nuntiat miliciam armis instructam
eminus accedentem. Quibus visis dux letatus est, Saxo-
nibus augescunt animi[1] sublatoque clamore aggressi
sunt prelium. Et prerupta[f] est acies Slavorum, disiecti-
que per fugas occisi sunt in ore gladii[2]. Et facta est 15
victoria illa Saxonum celebris et recordacione digna, eo
quod affuerit[g] Dominus credentibus in se et concluserit
multitudinem in manu paucorum[3]. Referunt[h] hii,
quorum patres interfuerunt, quia solis splendor iam oc-
cumbentis[i] obiectos Slavorum oculos in congressu[k] adeo 20
obtuderit, ut pre lumine nichil videre potuissent, fortis-
simo Deo hostibus suis in minimo maximum prebente
offendiculum. Servieruntque[l, 4] a die illa omnes illae
orientalium Slavorum naciones Heinrico sub tributo,
factusque [est[m]] apud Slavorum gentes notissimus, in his[n] 25
quae ad honestatem et pacis bonum pertinent nobiliter
clarens. Precepitque Slavorum populo, ut coleret vir
agrum suum et exerceret laborem utilem et commodum,
exstirpavitque[o] latrunculos et viros[p] desertores[5] de terra.
Et exierunt Nordalbingorum populi de munitionibus, in 30
quibus conclusi[q] tenebantur[6] propter timores bellorum,

a) prompto 2. *edd.* b) Smilowe 2. *B*; *Zenilowe S. (R).* c) profusus 2.
d) esset *edd. L.* e) Protractum ē qȝ ē bellum 2. f) perrupta *edd. L.* g) adfuit *S. R.*
h) Refecerunt, ce *eodem atram. expunct.* 1. i) occnubentis 1. k) ingressu *corr.* in
ꝯgressu 1. l) qȝ *alia manu coaeva in marg. supplet.* 2. m) est *om.* 1. 2. n) hiis 2. 35
o) extirpavitque *edd. L.* p) uires *corr.* uiros 1. q) inclusi *edd.*

1) *Sall. Iug. c.* 34, 2: animi augescunt. 2) *Haec, quae vulgo ad annum* 1105. *referuntur, anno potius* 1093. *gesta sunt, in quo testantibus Ann. Hildesheimensibus Magnus dux Saxonum Sclavos rebellantes* 14 *urbibus captis subegit. L. Primus hunc locum Ann. Hildesheimensium* 40 *huc attulit L. Giesebrecht, 'Wendische Geschichten' II, p.* 167; *cf. Meyer v. Knonau l. l. IV, p.* 416, *n.* 46; *aliter Schirren p.* 257 *sq.* — *Vulgatissima Vulgatae locutio est* in ore gladii. 3) 1. *Mach.* 3, 18: Facile est concludi multos in manus paucorum. 4) *Cf. supra p.* 52, *n.* 6; *Breska, 'Untersuchungen' p.* 49. 5) 1. *Mach.* 7, 24: viros desertores. *Cf. infra* 45 *II,* 6. *L.* 6) *Cf. supra c.* 19, *p.* 40, *l.* 10 *sqq.*, *c.* 25, *p.* 48, *l.* 26 *sq.*

et reversi sunt unusquisque in villam et possessionem *suam*[1], et reedificatae[a] domus et ecclesiae bellorum tempestatibus dudum dirutae. Porro in universa Slavia necdum erat ecclesia vel sacerdos, nisi in urbe tantum quae nunc Vetus Lubika dicitur[2], eo quod Heinricus cum familia sua[b] sepius illic[c] moraretur. *Ioh. 7, 53.*

De morte Godefridi comitis. Capitulum XXXV[d].

Mortuus est[e] post haec dux Saxoniae Magnus, et dedit cesar ducatum Ludero comiti[f], eo quod[g] Magnus non haberet filium[h], sed filias. Quarum una, Eilike nomine, nupsit Ottoni comiti[i] genuitque ei Adalbertum marchionem cognomento Ursum. Altera vero filiarum Vulfildis nomine data est duci Bawariae Catulo, quae peperit ei Heinricum Leonem[3]. Luderus[k] autem obtinuit ducatum Saxoniae gubernavitque[l] cum modestia tam Slavos quam Saxones. 1106. *(Aug. 23).*

Accidit autem[m] in diebus illis[4], ut latrunculi Slavorum venirent in Sturmariam et tollerent predam de iumentis et captiones hominum prope civitatem Hammemburg. Ad vocem autem clamoris[5] surrexit comes provinciae illius Godefridus[n] cum aliquantis civium de Hammemburg et persecutus est latrones. Sentiens autem, quia multi sunt[o], substitit aliquantisper, donec veniret ei maius auxilium. Preteriens igitur[p] rusticus quidam, cuius uxor et filii captivi ducebantur, increpuit[q] 1110.

a) reedificare 1. b) sua *om.* 2. c) illic *om.* 2. d) XXXVI. 1. *S.* e) est autem 2. f) comiti desuper eo 2, *ubi post* desuper *alia manu coaeva suppl.* lite; *legendum videtur* de Supplinge. g) quot 1. h) filios *(alia manu coaeva in marg. suppl.* 2) 2. 3. *Chron. S. Michaelis Luneburg., SS. XXIII, p.* 396. i) a ballenstede *add.* 2. k) et luderus autem 2. l) et gubernavit *edd. L.* m) autem *om.* 2. n) Godefridus *om.* 2. o) essent *edd.* p) autem 2; ergo *edd.* q) increpavit 2. *R. B.*

1) *Cf. Iudic.* 2, 6: Abierunt . . unusquisque in possessionem suam. 2) *Urbs Olden-Lubeke sita fuit, ubi Swartowe fluviolus influit Travenam fluvium; cf. Detmari Chron. Lubic. a.* 1105. *['Städtechroniken' XIX, p.* 8, *n.* 8*]; scholia* 13. *et* 95. *ad Adam. Ecclesiae ibidem constructae a rege Heinrico meminit etiam tabula Conradi imp. a.* 1139. *Ian.* 5. *[St. nr.* 3384*] data. L. De situ urbis ultimus et uberrime egit W. Ohnesorge, 'Zeitschrift des Vereins für Lübeckische Geschichte und Altertumskunde' X,* 1 *(Lübeck* 1908*).* 3) *Genealogiam hanc habet Ann. Saxo h. a. [SS. VI, p.* (697). 744*]. L.* 4) *Cf. Ann. Hildesheim. [Patherbrunnenses ed. Scheffer-Boichorst p.* 123*] a.* 1110. *V. etiam Necrol. Luneburg. et Mollenbecc.* 4. *Non. Nov. et 'Hamburg. UB.' I, p.* 117. *et quae notavi ibidem et p.* 806. *L. P. Bahr, 'Studien' p.* 14—19. 5) Vox clamoris *Ier.* 8, 19. 25, 36 *[*48, 3. 1. *Reg.* 4, 6. *et plurimis aliis locis Bibliae]. L.*

1110. comitem[a] dicens: 'Quid trepidas, o virorum vilissime? Habes cor muliebre, non virile! Certe, si videres uxorem tuam et filios abduci sicut meos, non subsisteres. Propera, festina, libera captivitatem, si de cetero in terra honorari volueris'! His[b] verbis irritatus[c] comes abiit 5 velociter sequens hostes. At illi posuerant post se in- (Nov. 2). sidias, et cum preteriret comes cum paucis, surrexerunt insidiae de locis suis percusseruntque comi*tem[1] et cum *p. 39. eo viros quasi XXti et abierunt via sua cum preda, quam rapuerant. Provinciales autem pariter insequentes 10 invenerunt comitem interfectum; caput[d] vero eius non reppererunt, eo quod desectum Slavi illud secum duxissent. Quod postmodum multo precio redemptum in patriis[e] reconditum est sepulcris[f].

De interfectione Rugianorum. Capit. XXXVI[g]. 15

Comiciam vacantem dedit Luderus dux nobili viro Adolfo de Scowenburg. Fuitque pax inter Adolfum[h] comitem et principem Slavorum Heinricum. Quodam 1111? igitur tempore[2], cum Heinricus resideret in urbe Lubeke, ecce improvisus supervenit exercitus Rugianorum[i] sive 20 Ranorum, subvectique per alveum Trabenae urbem navibus circumdederunt. Sunt autem Rani, qui ab aliis[3] Runi[k] appellantur, populi crudeles, habitantes in corde maris[4], ydolatriae supra modum dediti, primatum preferentes in omni Slavorum nacione, habentes regem et 25 fanum[l] celeberrimum. Unde etiam propter specialem fani illius[m] cultum primum veneracionis locum optinent, et cum multis iugum imponant, ipsi nullius iugum paciuntur, eo quod inaccessibiles sint[n] propter difficultates[o] locorum. Gentes, quas armis subegerint, fano 30

a) ducem 1. 1a. b) Hiis 2. c) irritatatus, *prius* ta *eodem atram. expunct.* 1. d) capud 2. e) patris *S.* f) sepulchris 2. *edd. L.* g) XXXVII. 1. *S; nulla capituli distinctio in* 2. h) adulfum 1. i) Ruianorum 1. 1a. *L.* k) rimi 1. *S. (R).* l) "fanum et "regem *signis adscriptis transposita* 2. m) fani illius specialem 2. n) sunt *delet. et in marg. alia manu coaeva corr.* sint propter 2. o) difficultatem *edd.* 35

1) *Cf. Meyer v. Knonau l. l. VI, p.* 121 *sq., n.* 19. 2) *De tempore, quo res in capp.* 36—38. *narratae actae sint, multi egerunt, et adhuc res in dubio est. At ante ceteros sequi possimus L. Giesebrecht, 'Wendische Geschichten' II, p.* 192 *sqq., p.* 201, *n.* 1, *nisi hoc unum obstaret, quod Helmoldus de Heinrico dicit, quod post ultimam expeditionem* 40 *(*1114*?)* modico supervivens tempore morte sua controversiae finem dederit. *Cf. infra p.* 77, *n.* 6; *Meyer v. Knonau l. l. VI, p.* 279, *n.* 17, *p.* 297, *n.* 19; *Schirren p.* 256 *sqq.* 3) *Ab Adamo II,* 19 *[IV,* 18*] et schol.* 117. *L.* 4) *Cf. supra p.* 16, *n.* 3.

1111?

suo censuales faciunt; maior flaminis quam regis veneracio apud ipsos est[1]. Qua sors ostenderit[a], exercitum dirigunt. Victores aurum et argentum in erarium Dei sui conferunt, cetera inter se partiuntur. Hii ergo dominacionis libidine provocati venerunt Lubeke, veluti possessuri[b] omnem Wagirensium[c] et Nordalbingorum provinciam. Videns autem Heinricus improvisum obsidionis malum dixit ad principem miliciae suae: 'Consulendum[2] est saluti nostrae et virorum, qui nobiscum sunt, et necessarium michi videtur, ut exeam ad contrahenda auxilia, si forte possim urbem obsidione liberare. Esto igitur[d] vir fortis[3] et conforta bellatores, qui in urbe hac[e] sunt, et servate[f] michi urbem usque in diem quartum. Tunc enim vita comite[4] apparebo super montem illum'. Et elapsus[g] nocte[h] cum duobus viris venit in terram[i] Holzatorum, nuntians eis inminens periculum. At illi in unum conglobati occurrerunt cum eo ad prelium veneruntque prope municionem, quae expugnabatur ab hostibus. Et collocavit Heinricus socios in latibulis precepitque eis[k] in silentio esse, ne forte[l] hostes audirent vocem multitudinis aut hynnitum equi. Avulsusque[5] a sociis, uno tantum contentus servo[6], venit ad locum, quem prefixerat, unde videri posset ab urbe. Cuius faciem prefectus urbis callide observans ostendit[m] eum amicis, quorum animi consternati erant. Nam fama pertulerat ad eos, quod Heinricus nocte, qua egressus est, captus esset ab hostibus. Contemplatus[n] igitur Heinricus suorum periculum et obsidionis fervorem reversus est ad socios, dissimulatoque itinere circumduxit exercitum per viam maris usque ad ostium Travenae[o] descenditque per viam, qua Slavorum equites descendere debebant. Ubi igitur Rani viderunt multitudinem per iter[p] maris descendentem, putabant, quia[q] equites sui sunt, exieruntque de navibus in occursum eis cum gaudio et plausu. At illi sublato clamore[7] in oratione

a) ostendit *S. R.* b) possessuri *post* provinciam *positum in* 2. *L.* c) wagirencium 1. 2. d) igitur *a librario superscr.*, vir fortis *in loco raso* 1. e) hac urbe *edd.* f) servare 2. g) e (est) *add.* 2. h) noctu *edd.* i) terra 1. 1[a]. k) eos 2. l) forte *alia manu coaeva in marg. supplet.* 2. m) hostendit 2. n) Comtemplatus 1. o) Trabenae *edd. L.* p) viam 2. q) putabant equites suos esse *edd.*

1) *Cf. quae iam supra de Ranis narravit noster supra c.* 6. *et infra II*, 12. *med. L.* 2) *Cf. supra p.* 51, *n.* 1. 3) 1. *Reg.* 18, 17. 2. *Reg.* 10, 12: Esto vir fortis. 4) *Gen.* 18, 10. 14 (4. *Reg.* 4, 16): vita comite. 5) *Cf. supra p.* 40, *n.* 2. *et p.* 61, *l.* 3. 6) *Sulp. Ser. Vita Martini c.* 2: uno tantum servo comite contentus. 7) 2. *Mach.* 12, 37: Et cum hymnis clamorem extollens.

1111? et ymnis insiluerunt in hostes subito et perterritos inopinato casu ad naves usque propulerunt. Et facta est ruina magna[1] in exercitu Ranorum in die illa, cecideruntque interfecti coram castro Lubeke, nec fuit minor numerus eorum qui aquis prefocati sunt quam occisorum gladio. Feceruntque tumulum magnum, in quo proiecerunt corpora mortuorum, et in monimentum[a] victoriae vocatus est titulus[b] ille[2] Raniberg usque in hodiernum diem. Magnificatusque[c] est dominus[3] Deus in manu Christianorum in die illa, statueruntque[c], ut dies *Aug. 1.* Kalendarum Augusti celebretur omnibus annis in signum et recordationem, quod percusserit Dominus Ranos in conspectu plebis suae[4]. Servieruntque Ranorum populi Heinrico sub tributo, quemadmodum Wagiri, Polabi, Obotriti[d], Kycini, Cyrcipani[e], Lutici, Pomerani et universae Slavorum naciones, quae sunt inter Albiam et mare Balthicum[f] et longissimo tractu portenduntur[g] usque ad terram Polonorum. Super omnes hos imperavit Heinricus vocatusque est rex in omni Slavorum[h] Nordalbingorum provincia.

*De victoria Mistue. Capitulum XXXVII[i]. *p. 40.

1112? Cum igitur vice quadam[5] Brizanorum[6] et Stoderanorum[k, 7] populi[l], hii videlicet qui Havelberg et Brandenburg habitant, rebellare pararent, visum fuit Heinrico armis adversus[m] eos utendum, ne forte duarum gentium insolentia toto[n] orienti rebellionis materiam parturiret.

a) *ita* 2; monumentum *manu C corr.* monimentum 1; monumentum *edd. L.* b) *ita codd.;* tumulus *edd. L. Cf. n.* 2. c) que *om.* 2. d) obotrici 2. e) Curipani 2. f) Balticum 2. *edd. L.* g) *ita codd. edd.* h) et *add.* 2. *edd.; Chron. der nordelb. Sassen:* der Wende unde alle der Nordalbinger. i) XXXVIII. 1. *S.* k) stoberanorum 1. 1a. *Henricus de Hervordia.* l) qui *iam hic addit* 2. m) adversum 2. *L.* n) *ita* 1. 2, *sed alibi recte* toti.

1) 1. *Reg.* 4, 17: Et ruina magna facta est in populo. 2) *Cf. Gen.* 35, 20: Hic est titulus monumenti Rachel usque in praesentem diem. 3) *Is.* 33, 5: Magnificatus est dominus; *cf.* 2. *Reg.* 7, 22. *Ps.* 103, 1. 4) *Annal. Saxo iam ad a.* 1110. *[Ann. Patherbrunn. ed. Scheffer-Boichorst p.* 123*] et certe ad a.* 1114. *[SS. VI, p.* 748, *p.* 750 *sq.] duci Lothario adscribere videtur, quae per vasallum suum Heinricum gesta sunt. Ita et Chron. Saxon. univ. ['Deutsche Chron.' II, p.* 189*]. L. Relationes Annalistae ad hanc obsidionem urbis Lübeck trahi non possunt.* 5) *De tempore huius expeditionis cf. etiam Curschmann, 'Diözese Brandenburg', p.* 62 *sq., quem tamen sequi non possum.* 6) *Brizani circa Pritzwalk in terra Havelberg sive Priegnitz, v. infra c.* 88 [89]; *Riedel, 'Die Mark Brandenburg' p.* 271 *sqq. L.* 7) *Stoderani in terra Havelland iuxta Albim inter Havelam et Rhyn fluvios. L. Riedel l. l. p.* 306 *sqq.*

Perrexit[a] cum amicissimis suis Nordalbingorum armatis 1112?
peragransque Slavorum provinciam cum ingenti periculo
venit Havelberg eamque obsidione vallavit. Precepitque
omni Obotritorum populo, ut descenderent ad expugna-
5 tionem urbis, et crevit obsidio in dies et menses. In-
terea perlatum est ad Mistue filium Heinrici, quod[b]
gens quaedam foret e vicino, fertilis omnibus bonis,
habitatoresque[c] eius quieti et nullius turbulentiae
suspecti. Porro Slavi illi dicti sunt Lini sive Linoges[1].
10 Assumpsitque secum ducentos Saxonum et trecentos[d]
Slavorum, omnes electos[2], et abiit inconsulto patre iter
bidui per angustias nemorum et[e] difficultates aquarum
et paludis maximae, irruitque super securos et im-
pavidos[f] et duxit ex eis infinitam[g] predam[3] et captivi-
15 tatem hominum, abieruntque onusti. Cumque matu-
rantes reditum difficiliora paludis transirent, ecce cir-
cumiacentium locorum incolae pariter conglobati ad
pugnam proruunt, volentes captivitatem liberare. Videntes
igitur hii qui erant cum Mistue se inmensa multitudine
20 hostium circumfusos viamque ferro[h] aperiendam[4], ad-
hortati sunt se mutuo totisque viribus enisi omnem ob-
sistentium multitudinem peremerunt in ore gladii. Pre-
terea principem eorum captivum secum abduxerunt
veneruntque ad Heinricum et exercitum[i], qui erat in
25 obsidione, cum salute victoriam et divitias maximas re-
portantes. Post paucos autem dies Brizani ceterique
rebelles pacem postulaverunt, datis obsidibus quos Hein-
ricus voluisset[5]; atque in hunc modum sedatis rebellibus
Heinricus ad sua reversus est. Nordalbingorum quoque
30 populi[k] ad sedes suas reversi sunt.

Expedicio Slavorum in terram Ruianorum[l]. Capitulum XXXVIII[m].

Accidit post haec, ut unus filius[n] Heinrici Wolde-
marus[o] nomine occideretur a Ranis. Quam ob rem

35 a) ergo *addunt edd. L.* b) quot 1. c) ta *manu C superscr.* 1. d) cscentos (criscentos) *corr.* trecentos 1. e) et *om.* 2. f) improvidos *edd.* g) infinitima 1. h) fore *(?) in textu corr. et in marg. adscript. manu saec. XV.* ferro 1. i) exercu 1. k) populi quoque 2. l) Rugianorum *S.* m) XXXVIIII. 1. *S.* n) filiorum 4. o) Woldemar 2.

40 1) *Hi Lini sive Linoges iidem videntur esse, qui ab Adamo II,* 28. *Lingones dicuntur. L. De sedibus Linonum vide Wigger, 'Mecklenburg. Annalen' p.* 109 *sq.* 2) 2. *Reg.* 6, 1: omnes electos. 3) *Cf. supra p.* 66, *n.* 2. 4) *Sall. Catil. c.* 58, 7: ferro iter aperiundum est. 5) *Haec fortasse cum expeditione ducis Lotharii anno* 1121. *contra Slavos suscepta*
45 *connexa sunt. V. Annal. Saxo [Ann. Patherbrunn. l. l. p.* 139 *sq.] h. a. L.*

pater dolore pariter et ira permotus omnem animum intendit ad rependendam[a] talionem. Misitque nuntios in universas Slavorum provincias ad contrahenda auxilia[b]; conveneruntque omnes pari voluntate eademque sententia[1], ut parerent iussionibus regis expugnarentque Ranos, et fuerunt innumerabiles quasi[c] arena maris[2]. Nec his[d] contentus misit ad accersiendos[e] Saxones, eos scilicet qui[f] de Holzatia[g] et Sturmaria sunt, commonens eos privatae amiciciae, et secuti[h] sunt eum pleno corde[3] numero quasi mille sexcenti. Transitoque[i] flumine Trabena[k] abierunt per longissimos fines Polaborum et eorum qui dicuntur Obotriti[l], quousque pervenirent ad Penem[m] fluvium[4]. Quo transmisso direxerunt[n] iter ad urbem quae dicitur Woligost[o], apud urbaniores vocatur Iulia Augusta[5] propter urbis conditorem Iulium Cesarem. Illic invenerunt Heinricum expectantem eos. Et pernoctaverunt[p] figentes castra non longe a mari. Mane autem facto convocans Heinricus populum in concionem allocutus est[q] eos dicens: 'Magna vobis, o viri, debetur gratulacio[r, 6], qui ad ostensionem[s] benivolentiae vestrae et fidei invictae longius venistis, laturi nobis opem[t] contra hostes sevissimos. Sepius quidem accepi gustum audaciae vestrae[7] et fidelitatis experientiam, quae in diversis periculis michi frequens lucrum, vobis[u] gloriam parturisse[v] dinoscitur. Sed[w] nichil ita elucet sicut huius devocionis exhibicio, semper memoriter retinenda, semper omni studio promerenda. Notum[x] igitur vobis cupio, quod Rani, ad quos modo tendimus, directis ad me nocte nuntiis ducentis marcis pacem obtinere querunt.

(In margin: 1113/14?)

a) repetendam *manu C corr.* rependendam 1. b) anxilia 1. c) ut *edd.* d) hiis 2. *L.* e) accersendos *edd.* f) qui *manu C superscr.* 1. g) holzacia 2; Holsatia *edd.* h) secutique 2. i) que *om.* 2. k) trauena 2. l) obotrici 2. m) Panim 2. *R. B;* Penim *S. L.* n) dixerunt *manu C corr.* direxerunt 1; duxerunt *edd.* o) Woligast 2. p) ibi *add. edd. L.* q) est *om.* 1. 1a. r) gratia *edd.* s) ostencionem 1; ostentacionem 2. t) opes 2. u) nobis *radendo corr.* nobis 1. v) *prius* r *manu C superscr.* 1. w) et *R. B.* x) Nouū (?) *radendo et alio atram. corr.* Notū 1.

1) *Cf. supra p.* 67, *n.* 6. 2) 2. *Reg.* 17, 11: quasi arena maris innumerabilis [3. *Reg.* 4, 20]. *L.* 3) *Cf.* 1. *Mach.* 8, 25: auxilium feret gens Iudaeorum .. corde pleno. 4) *Quominus hanc expeditionem factam esse credamus hieme anni* 1113—1114. *cum Giesebrecht, 'Wendische Geschichten' p.* 198 *sq., et Jaffé, 'Lothar', p.* 9, *n.* 44, *impediunt non ita ea quae egit Schirren p.* 256 *sq., p.* 259 *sqq. — cf. Wigger, 'Jahrb.' l. l. p.* 49. 51 *sq. – quam Helmoldi verba de morte Heinrici mox subsecuta; cf. etiam infra p.* 77, *n.* 6. 5) *Scriptores Vitae Ottonis ep. Babenbergensis Iulinum (Wollin), non Wolgast, quae apud eos Hologasta audit, conditam esse a Iulio Caesare fabulantur. L.* 6) *Cf. supra p.* 27, *l.* 20 *sq.* 7) *Cf.* 2. *Mach.* 13, 18: rex accepto gustu audaciae Iudaeorum.

Super hac re nichil michi sine vestro consilio definiendum est; si decreveritis acceptandum, acceptabo; si recusandum, recusabo'. Ad quod[a] responderunt Saxones dicentes: 'Nos quidem, o princeps, licet numero pauci simus[b], honoris tamen atque virtutis cupidi gloriam pro questu maximo duximus. Ranos igitur, qui filium tuum *p. 41. occiderunt, pro ducentis marcis in gratiam recipiendos nostro consilio dicis? Revera nomini tuo magno condigna satisfactio! Absit a nobis talis iniuria, ut unquam facto huic assentiamus[c]; nec enim ideo uxores, filios, denique patrias sedes reliquimus, ut hostibus cavillationem et filiis nostris obprobrium sempiternum[1] hereditemus. Quin potius perge ut cepisti, transi mare, utere ponte, quem stravit tibi bonus artifex, admove inimicis tuis manus: videbis gloriosam mortem nobis maximo esse lucro[d]'. His[e] adhortacionibus[f] animatus princeps movit castra de loco illo[g] et perrexit ad mare. Tractus autem ille maris contractior et qui visu traici potest eo tempore stratus erat glacie firmissima propter fervorem[h] hiemis. Statimque, ubi transmissis silvis et arundinetis venerunt super mare, ecce illic agmina Slavorum de universis provinciis diffusa erant super faciem maris, distincta[i] per vexilla et cuneos, expectantia iussionem regis. Eratque exercitus ille grandis valde[2]. Omnibus[k] igitur caute et ordinate per singulas acies consistentibus, soli duces egressi sunt ad salutandum regem et exercitum peregrinum et pronis vultibus adoraverunt[l, 3]. Quos resalutans Heinricus et adhortans cepit percunctari[m] de itinere, et quinam in processu deberent esse primi. Singulis autem ducibus certatim se offerentibus responderunt Saxones dicentes: 'Nostri iuris esse dinoscitur, ut ad bella procedentium nos primi, redeuntium novissimi inveniamur. Legem igitur a patribus traditam et hactenus possessam hoc[n] etiam loco minime negligendam[o] arbitramur'. Et annuit eis rex. Licet enim Slavorum multus esset numerus, Heinricus tamen[p]

1113/14?

a) quot *manu C corr.* quod 1. b) sumus 2. c) assentiamur 2. *R. B. L.* d) lucro esse 2; esse maximo lucro *R. B.* e) Hiis 2. f) adortacionibus 1. g) isto 1. *L.* h) rigorem *edd.* i) distinctaque *S.* k) *littera initialis* O *minio picta in* 1. l) vulcetibus adornaverunt *a librario corr.* vultibus adoraverunt 2. m) percuntari 2. n) hoc *om.* 2. o) negliendam 2. p) tm *radendo corr.* tn 1; "se "tn *signis adscriptis transposita* 2.

1) *Ps.* 77, 66: opprobrium sempiternum. 2) exercitus magnus valde 1. *Mach.* 5, 45. 6, 41. 8, 6; *cf.* 10, 2. 3) proni adoraverunt in terram *saepe in Biblia.*

1113/14? se non credebat eis, eo quod ipse nosset[a] omnes. Levatis igitur signis Saxones preierunt in frontem[b], cetera Slavorum agmina suis[c] ordinibus subsecuta sunt. Et tota die ambulantes in glacie et nive multa circa nonam tandem apparuerunt in terra Rugianorum. Statimque villae litori contiguae[d] inflammatae sunt. Dixit autem Heinricus ad socios: 'Quis ibit ex nobis speculari, ubi sit exercitus Ranorum? Videtur enim michi, quasi videam eminus multitudinem appropinquantem nobis'. Missus igitur[e] cum aliquantis Slavis Saxonum speculator in momento reversus est, nuntians hostes adesse. Dixitque[f] ad socios: 'Mementote, o viri, unde venistis et ubi consistitis. Ecce mensa posita est, ad quam equo animo nobis accedendum est, nec est locus subterfugii, quin oporteat nos participari deliciis eius. Ecce mari undique conclusi sumus, hostes ante nos, hostes post nos, periitque a nobis fugae presidium[1]. Confortamini igitur in domino Deo excelso et estote viri bellatores[2], quia unum e duobus restat aut vincere aut mori fortiter[3]'. Instruxit igitur Heinricus aciem, ipse constitutus in fronte cum robustissimis Saxonum. Videntes igitur Rugiani impetum viri timuerunt timore magno[4] miseruntque flaminem suum, qui cum ipso de pace componeret. Primo igitur quadringentas, deinde octingentas marcas obtulit[g]. Cumque exercitus remurmuraret indignans[h], urgerentque aciem ad congressum[5], corruit ille ad pedes principis dicens: 'Ne irascatur dominus noster[6] super servos suos. Ecce terra in conspectu tuo est, utere ea ut libet[7], omnes in manu tua sumus; quicquid imposueris feremus'. Quatuor igitur milibus[i] et quadringentis marcis pacem indempti[8] sunt. Acceptisque obsidibus [Heinricus[k]] in terram suam reversus est, dimisitque exercitum unumquemque in sua. Misit autem nuntios in terram[l] Rugianorum ad suscipiendam pecu-

cf. 1. Mach. 11, 38.

a) noscet 2. b) fronte *edd. L.* c) cum suis 2. d) contigui *corr.* contigue 1. e) ergo *edd. L.* f) Henricus autem dixit 4; *Chron. der nordelb. Sassen p.* 50: Do sprak Hinrik to den sinen. g) abstulit *corr.* obtulit 2. h) indignus *alio atram. corr.* indignas 2. i) militibus, ti *alio atram. delet*, 2. k) Heinricus *recepit L ex* 4, *in codd. et edd. non exstat.* l) terra 1. 1[a].

1) *Iudith* 15, 1: fugae praesidium. 2) viri bellatores *saepe in Biblia.* 3) *Cf. supra p.* 67, *l.* 19. 4) *Ion.* 1, 10: Et timuerunt viri timore magno. 5) *Eadem dictio infra c.* 51. 6) *Gen.* 31, 35: ne irascatur dominus meus. 7) *Gen.* 16, 6: Ecce . . ancilla tua in manu tua est, utere ea ut libet; *cf.* 1. *Mach.* 1, 3. 11, 38. 52: siluit terra in conspectu eius (suo). 8) *Sic pro* adepti; *vide infra c.* 50. *fin. et II,* 8; *Adam Brem. III,* 21 *[SS. rer. Germ. p.* 111, *n.* s*]. L.*

niam, quam promiserant[a]. Porro apud Ranos non habetur moneta, nec est in comparandis[b] rebus nummorum consuetudo[c], sed quicquid[d] in foro mercari volueris, panno lineo comparabis. Aurum et argentum, quod forte per rapinas et captiones hominum vel undecumque adepti sunt[e], aut uxorum suarum cultibus impendunt[f], aut in erarium dei sui conferunt[1]. Posuit igitur eis Heinricus in appensione[g] stateram gravissimi ponderis. Cumque exhausissent erarium publicum et quicquid[d] in privatis suis auri vel[h] argenti habuerant, vix medietatem[i] persolverunt, puto[k] statera delusi. Quam ob rem iratus Heinricus, quod promissa ex integro non persolvissent, paravit secundam profectionem in terram[l] Rugianorum. Accitoque duce Ludero[m, 2] proxima hieme, quae mare pervium reddidit[3], intravit terram[n] Rugianorum cum magno[o] Slavorum et Saxonum exercitu. Vixque[p] tribus noctibus illic remanserant, et cepit hiemps[q] resolvi et glacies liquescere, contigitque, ut imperfectis rebus revertentes marina pericula vix evaserint[r]. Et non adiecerunt Saxones *ultra[4] intrare terram[s] Ranorum, eo quod Heinricus modico supervivens tempore[5] morte sua controversiae finem dederit.

1113/14? — 1114? — *p. 42. — 1127. (Mart. 22).

Strages Romanorum. Capitulum XXXVIIII[t].

Fuit autem circa hos dies bellum potens Heinrico cesari contra ducem Luderum et Saxones[6]. Heinricus enim iunior, ubi depulso vel pocius extincto patre obtinuit monarchiam imperii, vidit, quia universa terra

1115.

a) promiserunt 2. b) im con parandis 1. c) consuet. nummorum *edd.* d) quitquid 1. e) ad. sunt *om.* 1. 1[a], *in marg. alia recentiore manu supplet.* 2. f) impendunt *om.* 2. g) appencione *alio atram. corr.* appensione 1. h) et *a librario corr.* vel 2. i) pecunie *add.* 2. *(R). B.* k) puta 2. *B.* l) terra 1. 1[a]. m) *ita* 2. *edd.*; Lindero *uno hoc loco* 1, *semper L.* n) in terra 1. 1[a]. o) magnos, s *eodem atram. expunct.* 1. p) Vixitque *radendo corr.* Vix : : que 1; Vix : : que *et* 2. q) yemps 1. r) evaserunt 1. 1[a]. s) in terram 2. t) XL. 1. *S*, L *in* 1 *in loco raso, seq. locus rasus.*

1) *Cf. supra c.* 36. *L.* 2) *Lotharium ducem expeditionem fecisse contra Slavos et Rugianos a.* 1114. *tradunt Annal. Saxo, SS. VI, p.* 750 *sq., Ann. Corbei., Jaffé, Monum. Corbei. p.* 42, *Chronogr. Corbei., ibid. p.* 43 *sq.; alias expeditiones referunt ad a.* 1121. *Ann. Patherbrunn. l. l. p.* 139 *sq., ad a.* 1125. *Ann. Palid., SS. XVI, p.* 77, *et Annal. Saxo.* 3) *Proximam hiemem, quae mare pervium reddidit, non necessario esse hiemem sequentis anni moneri posset.* 4) *Cf. supra p.* 58, *n.* 5. 5) *Rex Heinricus obiit a.* 1127. *Mart.* 22. *Diem vide in Necrol. Luneburg. Cf. infra c.* 46. *fin. L.* 6) *Pugnam ad Welfesholz commissam iam hic respicere videtur Helmoldus. Quod optime conveniret cum tempore expeditionis contra Rugianos a.* 1114. *factae, nisi obstarent Helmoldi verba de morte Heinrici.*

quiescit in conspectu eius[1], fecitque [ab[a]] universis 1110. principibus iurari expedicionem Italicam[2], volens iuxta morem assequi plenitudinem imperialis honoris de manu summi pontificis[3]. Transcensisque[b] Alpibus perrexit[c] Romam cum ingenti armatorum multitudine. Domnus vero[d] papa Paschalis audito introitu eius non modice letatus est misitque ad circumiacentes regiones accersire[e] numerosum clerum, quatinus regem honorabiliter venientem ipse honoratior exciperet. Susceptus est[f] 1111. igitur cum magno cleri Urbisque tripudio. Ubi autem ventum est ad consecracionem, exegit ab eo domnus *(Febr. 12).* papa iuramenta, quatinus in catholicae[g] fidei observantia integer[h], in apostolicae sedis reverentia promtus, in ecclesiarum defensione sollicitus existeret. Sed rex superbus iurare noluit[4], dicens imperatorem nemini iurare debere, cui iuramentorum sacramenta ab omnibus sint exhibenda. Facta est igitur contentio inter domnum papam et regem, et interceptum est opus consecracionis[i]. Statim armatus regis exercitus efferatus est in iram, iniecerantque manus in clerum et spoliaverunt eos vestibus sacris[k], quasi lupi grassantes inter ovilia. His[l] auditis Romani proruunt[m] ad obsistendum, eo quod viderent iniuriari clerum, ortumque est bellum in domo beati Petri tale, quale non est auditum ab annis antiquis. Prevaluit autem exercitus regis, attriveruntque Romanos interfectione magna nimis[5], nec fuit discrecio *(Febr. 13).* cleri[n] et vulgi, omnia devorante gladio. Illic[o] pugnavit robustissimus quisque, quousque obrigesceret[p] gladius *Is. 64, 11.* in manibus[q] eius[6]. Et repleta est *domus sanctificationis* morticinis[r] et cadaveribus, profluxeruntque de acervis

a) ab 4. *Alb. Stad.; om. codd. et edd.* b) Trancensisque 1. c) perrexerunt *S. (R).* d) enim *S. (R).* e) accersere *edd. L.* f) e (est) *a librario superscr.* 1. g) katholice 2. *L.* h) integre *S.* i) miseracionis *alia manu corr.* consecracionis 2. k) sanctis *edd.* l) Hiis 2. *L.* m) ꝑruunt *alio atram. corr.* ,pruunt 2. n) cleri *om.* 2. o) Ibi *edd. L.* p) obrigesseret 2. q) manus *statim corr.* manib⁹ 1. r) morticiniis 3.

1) 1. *Mach.* 11, 38: Et videns Demetrius rex, quod siluit terra in conspectu suo; *cf.* 1. *Mach.* 1, 3. 11, 52. 2) *Ratisbonae a.* 1110. *mense Ian., Meyer v. Knonau l. l. VI, p.* 114, *n.* 4, *et Traiecti ad Rhenum a.* 1110. *mense Aprili, Meyer v. Knonau l. l. p.* 119. *Ekkeh., SS. VI, p.* 243, *colloquii Ratisbonae habiti mentionem facit; quem Helmoldus in hac parte secutus est, sed verba raro retinuit, multa ipse addidit; quae ad verbum cum eo conveniunt, infra adnotabo.* 3) *Ekkeh. l. l.:* quatinus et benedictionem imperialem a summo pontifice Romana . . in urbe perciperet. 4) *Cf. Meyer v. Knonau l. l. VI, p.* 369 *sqq.* 383 *sq.* 5) 1. *Reg.* 5, 9: interfectionis magnae nimis. 6) 2. *Reg.* 23, 10: donec deficeret manus eius et obrigesceret cum gladio.

1111. (Febr. 13).

mortuorum rivi sanguinis, adeo ut Tyberina[a] fluenta mutarentur in colorem sanguinis. Sed quid multis inmoror? Domnus papa et ceteri, qui occisioni superfuerant, in captivitatem ducti sunt. Videres igitur cardinales funibus in colla[b] missis nudos trahi, vinctis post terga manibus, et de civibus inmensas cathenatorum[c] catervas duci. Postquam igitur profecti de Roma venerunt ad primae[d] mansionis locum, accesserunt quidam episcopi et religiosi ad domnum papam dicentes ad eum: 'Magnus dolor est cordi nostro, sanctissime pontifex, de tanto facinore, quod commissum est circa[e] te et clerum tuum et cives urbis tuae. Sed mala haec exigentibus peccatis nostris inprovisa magis quam deliberata fuerunt. Assentire igitur[f] nobis et complacare domino nostro, ut et ipse complacetur tibi, et perfice in eo opus benedictionis tuae'. Quibus ille respondit: 'Quid dicitis, o dilecti fratres? Virum hunc iniquum, *virum sanguinum*[g] *et dolosum* a nobis consecrandum (Ps. 5, 7.) dicitis? Bene expiavit manus suas ad percipiendam consecracionem, qui aras Dei perfudit cruore sacerdotum et domum sanctificacionis replevit cadaveribus inter- (cf. Is. 64, 11.) fectorum[1]. Absit a me verbum hoc, ut ego consentiam[h] consecracioni eius, qui seipsum execrabilem reddidit'. Cumque illi dicerent cautum esse saluti suae et eorum qui erant in captivitate, ut regem placaret, respondit cum magna libertate dicens: 'Non timeo dominum vestrum regem. Occidat corpus, si vult, amplius non habet quid[i] faciat[2]. Multum quidem prosperatus est in cede civium et cleri sui, sed[k] dico vobis in veritate[3], quia de cetero non assequetur victoriam nec videbit pacem in diebus suis, sed nec filium generabit, qui (cf. Ier. 22, 30.) sedeat in throno eius'. Cumque haec renuntiata fuissent in conspectu regis, exarsit in[l] iracundia magna iussitque omnes captivos decollari in facie domni papae, ut vel per hoc deterreret eum. Ille vero instanter ortabatur[m] eos mori fortiter pro iusticia, promittens eis eternae vitae inmarcessibilem coronam[4]. At illi una-

a) Tiberina *L.* b) calla 2. c) catenatorum 2. *L.* d) apme *manu C corr.* ad pme 1. e) contra *edd.* f) ergo *edd. L.* g) sanguineum *L.* h) consensiam 1. i) quod *edd. Alb. Stad.* k) Si 2. l) in *om.* 2. *B.* m) *ita* 1. 2.

1) *Eadem fere verba vide supra [p. 78, l. 29 sq.]. L.* 2) *Cf. Luc.* 12, 4: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, et post haec non habent amplius quid faciant. 3) *Luc.* 4, 25: In veritate dico vobis. 4) 1. *Petr.* 5, 4: inmarcessibilem gloriae coronam.

1111. nimiter provoluti pedibus eius orabant dilacionem vitae. Tunc beatissimus pontifex suffusus lacrimis contestatus est cordium inspectorem[1] se malle mori quam cedere, si non prepediret omnibus[a] Christi iure inpendenda compassio. Fecit igitur quod necessitas imperarat[b] et promisit se regem consecraturum, ut captivitas relaxaretur. Reversique[c] in Urbem *domnus papa et cardinales fecerunt regi secundum voluntatem eius, extorto[d] quidem obsequio, dederuntque ei privilegium super omnibus quae desideraverat anima eius[e, 2]. *p. 43.

De bello Welpesholt. Cap. XL[f].

Postquam igitur arrepta benedictione[3] imperator[g] Teutonicas revisit terras, collecta est in urbe Roma 1112. synodus centum viginti patrum, ubi domnus papa acrius incusatus est pro eo, quod regem sacrilegum, capto summo pontifice, tractis cardinalibus, fuso sanguine cleri et civium, ad imperiale[h] culmen provexerit, insuper constitutiones episcoporum, quas[i] patres sui ecclesiastico iuri usque ad mortes et exilia defensaverint, huic omnium indignissimo etiam[k] privilegio stabilierit[4]. Ille pretendere cepit[5] necessitatis articulum maximaque pericula minori dispendio intercepta, strages plebium, incendia Urbis non posse aliter[l] restringi. Se quidem peccasse, sed inpulsum; emendaturum se hanc noxam secundum quod imperaret sanctum concilium[m]. Accepta igitur satisfactione incusantium[n] refriguit fervor, definitoque consilio extortum[o] illud privilegium[p], non privilegium[6], immo[q] pravilegium vocitandum, ideoque[r] anathemate

a) ovibus *fortasse recte Alb. Stad., nisi* fidelibus *post* Christi *supplendum est.* b) *ita* 2. *edd.;* imperabat 1. 1[a]. *L; cf. infra c.* 70: fecit quod necessitas imperarat. c) Reversisque, *alterum* s *eodem atram. expunct.* 1; Reversusque 2. d) excorde *alio atram. corr.* excorto 1. e) manus ei *delet. et alia manu coaeva add.* anima eius 2. f) XLII. *radendo corr.* XLI. 1; XLI. *S.* g) imperator *om.* 2. h) imperale 1. i) quos *S. R.* k) eciā *in loco raso* 1; et *in marg. corr.* eciam 2. l) aliter posse *edd.* m) consilium 1. 2. n) accusantium *edd.* o) excorcum 1. p) privelegium 2. q) inmo 1. r) id. anath. resc. *om.* 2.

1) *Prov.* 24, 12: qui inspector est cordis. 2) 3. *Reg.* 11, 37: omnia quae desiderat anima tua. 3) *Imperator coronatus est a.* 1111. *Apr.* 13. *Verba* arrepta benedictione *bene conveniunt iis, quae Ekkeh. ad a.* 1111. *[l. l. p.* 244*] attulit:* in exemplum Iacob dicentis ad angelum: 'Non dimittam te, nisi benedixeris michi'. *L.* 4) *Cf. Ekkeh. l. l. p.* 245 *sq.:* domnus apostolicus multas a Romana aecclesia passus est iniurias, obicientibus ei, quod . . . insuper privilegio sacrilego condonasset. 5) *Similia verba papae vide Ekkeh. a.* 1116, *l. l. p.* 250 *sq.* 6) *Verba* non privilegium, sed pravilegium . . extortum *et similia praeter Ekkehardum multi scriptores ex actis concilii afferunt.*

rescindendum sanxerunt, ipsum preterea imperatorem a 1112.
liminibus sanctae ecclesiae sequestrandum censuerunt[1].
Currit haec fama per orbem universum, omnesque,
quos novarum rerum cupido trahebat, accepta quando-
5 que[a] occasione rebellionis aggressi[b] sunt molimina[2].
Inter quos[3] precipuus erat famosus ille Adelbertus[c]
Mogontinus[d] episcopus, sociatis sibi quam pluribus[e],
maxime vero Saxonum principibus, quos[f] ad defectionem[g]
partim necessitas[4], partim etiam[h] rebellionum vetus
10 consuetudo illexerat. Siquidem preter nova bella, quae
tunc parabantur, cum fortissimo viro seniore Heinrico
novies olim conflixerant. Sed quid multis inmoror?
Sentiens imperator omnem iam Saxoniam a se deficere[5]
et conspiracionum virus latius serpere, primo omnium
15 ipsum auctorem rebellionis Mogontinum[i] cepit episcopum,
deinde toti infusus Saxoniae provinciam eorum maxima
strage pervasit, principibus eorum occisioni aut certe
captivitati[k] traditis. Tunc hii qui superstites fuerant
de principibus Saxonum, videlicet Luderus dux, Rein-
20 gerus[6] Halverstadensis episcopus, Fredericus[l] comes de
Arnesberg, multique nobiles conglobati in unum im- 1115.
peratori denuo in Saxoniam cum exercitu redeunti oc-
currerunt in loco qui dicitur Welpesholt, produxerunt-
que exercitum suum adversus exercitum regis, licet im-
25 pares numero. Tres enim contra quinque pugnaverunt.
Conmissumque est prelium illud nostra etate famosissi-
mum[m] Kal. Februarii[7], quo Saxones superiores inventi *Febr.* 1. (11).
virtutem regis attriverunt. Cecidit in eo bello Hogerus[n, 8]
princeps militiae regis[o], natus et ipse[p] Saxonia, desti-
30 natus ad ducatum Saxoniae, si res prospere cessissent.

a) quacunque *edd. L.* b) agressi 1. c) Adalbertus *edd. L.* d) Mogunt. *edd. saepius.* e) plurimis *edd.* f) quod *alia manu corr.* quos 1. g) defensionem 3. h) et *S.* i) magontinum 2. k) captivitate 1[a]; captivitate *alio atram. corr.* captivitati 2. l) Fridericus *edd. L.* m) famocissimum *alia manu corr.* famosissimum 1.
35 n) hagerus 1. *S.* o) pr. regis milicie 2. p) in *add. edd. L.*

1) *Acta concilii huius Lateranensis a.* 1112. *Mart.* 18 *sqq. celebrati vide Mansi, Conc. XXI, p.* 67 *sq. L. Cf. Meyer v. Knonau l. l. VI, p.* 231 *sqq.* 2) *Ad verba* Currit haec fama — molimina *cf. Ekkehardi verba l. l. p.* 246: Ex hac occasione — meditarentur clipeum.
40 3) *Post* clipeum *Ekkeh. pergit:* Inter quos et predictus Adelbertus designatus Mogontiae pontifex. 4) *Ekkeh. ad a.* 1115: Saxones . . defendendi se necessitate coacti. *L.* 5) *Ekkeh. l. l.:* Considerans imperator Saxoniam manifeste iam a se deficere. *L.* 6) *Plerumque appellatur Reinhardus. L. Ekkehardi codd., l. l. p.* 248, *n.* a, *solam*
45 *litteram* R *habent.* 7) *A.* 1115, *non Kalendis, sed* 3. *Idus Februarii. L; cf. Meyer v. Knonau l. l. VI, p.* 323 *sqq.* 8) *Comes de Mansfeld. L.*

1115. Tunc Saxones propter victoriam animis sublevati, perpendentes cesaris iram non facile impunitatem tantae calamitati prebituram, frequentibus colloquiis causam suam muniunt[a], sediciones, quae infra[b] provinciam erant, federibus conciliant[c], aliunde auxiliantium manus consciscunt, postremo, ne complices[d] federa rumpant, omnes in defensionem patriae arma coniurant[1]. Quid dicam de Mogontino, qui super omnes adversus imperatorem deseviit? Is enim civium suorum, qui cesarem (Nov.) Moguntiae[e] obsederant, studio carcere erutus et sedi suae restitutus, quantas mortes in captivitate pertulerit, non tam[f] exesi corporis specie[2] quam ultionis acerbitate[g] expressit. Qui etiam legacione sedis apostolicae functus frequentibus conciliis[h] episcoporum aliorumque, quos iustitiae species induerat, excommunicacionis verbum in cesarem deponebat. His[i] mocionibus exacerbatus 1116. cesar transiit[3] in Longobardiam cum uxore sua Mathilde, filia regis Angliae. Transmisitque[k] legatos ad domnum Paschalem papam, oraturus veniam super excommunicacionis verbo. At ille distulit causam ad audientiam sancti concilii[l], legitimas[m] regi prefigens inducias, laxatoque interim excommunicacionis[n] vinculo.

1118. *Obiit interea Paschalis[4], cui substituit cesar Burdinum[o] quendam, reprobato Gelasio, quem canonica electio statuerat. Factumque est denuo scisma in ecclesia Dei. Gelasius enim fuga elapsus in regno Francorum mansit usque[p] ad diem mortis suae. *p. 44.

Longum est[5] igitur per singula replicare turbulentias temporis illius, nec est temporis huius[6] talium explanacio. Slavorum autem hystoria, unde longius digressus sum[q], reditum perurget. Quorum utique conversionem Heinriciani[r] cesares non modice retardaverunt, domesticis videlicet semper[s] pregravati. Qui vero actus

a) muniverunt *edd. L.* b) intra *edd.* c) consiliant 2. d) āplices *alio atram. corr.* cōplices 2. e) maguncie 2. f) tm̄ (tantum) 2. g) acerbite 1. h) consiliis 2. i) Hiis 2. *L.* k) Tranmisitque 1. l) consilii 2. m) ti *manu C superscr.* 1. n) excomm. — quendam, *id est unam integram lineam codicis* 1, *om.* 1[a]. o) burdiciū 2. p) usque *om.* 2. q) ē (est) 2. r) heinriciā *manu C corr.* heinriciā[ni] 1. s) semper *om. edd.*

1) *Cf. omnino Ekkeh. a.* 1115. *L.* 2) *Ekkeh. p.* 249: Adelbertum . . . vix nimirum ossibus herentem. 3) *Ekkeh. a.* 1116, *l. l. p.* 249 *sq.:* imperator . . . scandala principum declinans in Italiam se una cum regina totaque domo sua contulit, . . legatos ad apostolicum pro componendis causis . . . suppliciter destinavit. 4) *A.* 1118. *Ian.* 21. *L.* 5) Longum est . . . . describere *Ekkeh. p.* 252. *multis verbis de eadem re adiunctis.* 6) *Cf. supra p.* 25, *n.* 4. *p.* 65, *n.* 4.

eorum et terminum scismatis huius plenius nosse[a] desiderat, legat hystoriam[b] magistri Eggehardi[c], librum quintum, quem ad Heinricum[d] iuniorem describens bona eius amplissima laude extulit, at[e] male facta aut omnino
5 tacuit aut in melius interpretatus est.

Nec tamen pretereundum reor, quod in diebus illis claruit vir insignis sanctitate Otto Bavenbergensis[f] episcopus. Qui invitante pariter et adiuvante[g, 1] Bolizlao 1124/25. Polenorum[h] duce Deo placitam[i] adiit peregrinacionem
10 ad gentem Slavorum, qui dicuntur Pomerani et habitant inter Odoram[k] et Poloniam[2]. Predicavitque barbaris verbum Dei[3] *Deo cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis* omnemque gentem illam cum principe eorum Wertezlavo[l, 4] convertit ad Dominum, permanet-
15 que[m] fructificacio divinae laudis illic usque in hodiernum diem. *Marc. 16, 20.*

Electio Luderi. Cap. XLI[n].

Anno post haec incarnati verbi M°C°XX°VI° obiit[o] apud Traiectum Heinricus cesar, et successit in solium 1125. *(Maii 23).*
20 regni Luderus Saxonum dux. Indignati autem Francigenae virum Saxonem elevatum in regnum conati sunt alium suscitare regem, Conradum videlicet, consobrinum Heinrici cesaris. Prevaluit autem pars, quae fuit cum Ludero, abiensque Romam promotus est[p] ad apicem 1133. *(Iun. 4).*
25 imperii per manus Innocentii papae. Quo etiam suffragante Conradus eo usque propulsus est, ut se traderet in potestatem Luderi, qui et Lotharius, factusque est ex hoste amicissimus. Cepitque in diebus Lotharii cesaris oriri[q] nova lux[5] non tam in Saxoniae finibus quam in
30 universo regno, tranquillitas temporum, habundantia[r] rerum, pax inter regnum et sacerdocium. Sed et Slavorum populi agebant *ea quae pacis sunt*, eo quod Heinricus Slavorum regulus comitem Adolfum et contiguos *Luc. 14, 32.*

a) nosce 2. b) historiarum *edd. L.* c) Eggelhardi 3. d) hinricum 2.
35 e) ac 1(?). 1[a]; ad 2. *R. B.* f) bambergensis 2. g) adiuuare 2. h) polonorum 2. *edd. L. Alb. Stad.* i) platica 1. k) oderam 2. *L.* l) wertezla *corr.* Wertezlao 1; Wercezlauo *edd.* m) que *om.* 2. n) XLII. 1. *S.* o) *seq.* ab *delet.* 2; obiit abiit *B.* p) est *om.* 1. 2. q) oriri *om.* 2. r) abundancia 2.

1) *Ita et infra c.* 57. 2) *Cf. etiam Ekkeh. a.* 1124. *et Ottonis*
40 *epistolam ibid. a.* 1125. *L.* 3) *In versu allato Marc.* 16, 20. *praecedit:* Illi autem profecti praedicaverunt ubique Domino coop. 4) *Cf. Hauck, 'KG. Deutschlands' IV, p.* 565 *sqq.* 5) *Cf. Esther* 8, 16: Iudaeis autem nova lux oriri visa est.

Nordalbingorum populos omni benivolentia amplexatus fuerit. In diebus illis non erat ecclesia vel sacerdos in universa gente Luticiorum, Obotritorum sive[a] Wagirorum[1], nisi tantum in urbe Lubeke, eo quod fuerit 1126. illic[b] Heinrici familiare contubernium[2]. Surrexit eo tempore sacerdos quidam Vicelinus[c] nomine et venit ad regem Slavorum Lubeke, rogavitque dari sibi facultatem predicandi verbum Dei infra terminos dicionis eius. Quis autem fuerit vir iste quantaeque opinionis, multorum qui adhuc supersunt habet noticia; sed ne[d] posteros[e] lateat, huic narracioni inserendum arbitror, eo quod datus sit in salutem gentis huius, directas facere semitas Dei nostri in natione[f] prava et perversa[3].

De Vicelino episcopo. Capitulum XLII[g].

Vicelinus[4] itaque[h] Mindensi parrochia oriundus in villa publica cui nomen Quernhamele, quae sita est in ripa Wiserae[i], genitus est[k] parentibus morum magis honestate quam carnis et sanguinis nobilitate adornatis[l]. Litterarum rudimentis apud canonicos eiusdem loci institutus est, neglectus tamen pene ad virilem etatem, eo quod parentibus orbus adolescentiae annos, ut ea assolet etas, levis et lubricus exegerit. Patria tandem domo exemptus divertit in castellum non longe positum, cui nomen Eversten[m. 5], ubi nobilis[n] domina mater Conradi comitis[6] iuvenem desolatum miserata aliquandiu tenuit, misericorditer fovit[o], adeo ut sacerdos castri videns et invidens occasiones quereret, quibus eum castro deturbaret. Quadam[p] igitur die multis arbitris

a) vel *edd.* b) illic *om.* 1. 1a; illic fuerit *edd. L.* c) Wicelinus 2. d) ut 2. e) posteres *corr.* posteros 1. f) generacione 1a *secundum Deuter.* 32, 5. g) XLIII. 1. *S.* h) Vicelinusque 2. i) Wesere 3. k) est *om. L.* l) ornatis *edd.* m) Everstein *R. B. L.* n) li *alia manu superscr.* 2. o) tenuit *a librario corr.* fouit 2. p) Quodam 1. 1a.

1) *Ann. Pegav. a.* 1115 *[SS. XVI, p.* 252*]:* Ultra Albiam illis temporibus rarus inveniebatur Christianus. *L.* 2) *Cf. supra c.* 34. *fin. [p.* 69*]. L. Heinricum ipsum Christianum fuisse ex his locis colligendum esse mihi videtur. Aliter Schirren p.* 163 *sqq.* 3) *Is.* 40, 3: rectas facite . . semitas Dei nostri; *cf. Matth.* 3, 3. *Marc.* 1, 3. *Luc.* 3, 4; *Philipp.* 2, 15: in medio nationis pravae et perversae. 4) *De Vicelino et dissertationibus de eo scriptis vide praef.* 5) *Eversteín, castrum quondam situm in colle hodie dicto Burgberg, in ripa dextera Wiserae prope Holzminden. L.* 6) *Litteras, in quibus occurrit Cuonradus de Eberstein affert Spilcker, 'Geschichte der Grafen von Everstein' (Arolsen* 1833*) nr. VII. X; 'Additamenta z. Westfäl. UB.' nr.* 34; *de alia tabula spuria vide ibidem p.* 10 *sqq.*

coram positis interrogavit Vicelinum, in scolis[a] positus quid legisset. Illo perhibente se Statium Achilleidos[b] *p. 45. legisse, *consequenter requisivit, quae esset materia Statii. Sed cum diceret se nescire, sacerdos nimium 5 mordaciter ad circumstantes: 'Heus', inquit, 'ego iuvenem hunc de recenti studio venientem putabam aliquid[c] esse, sed opinione delusus sum. Iste enim penitus nullius[d] momenti est'. Sed quia scriptum est: *Verba sapientium* Eccl. 12, 11. *stimuli*[e] *et quasi clavi in altum defixi*, tantae cavilla- 10 cionis verbum modestia iuvenis extimuit, statimque castro[f] sese proripiens etiam sine valedictione discessit, tantis lacrimis inundans et verecundiae punctiones[g] sustinens, ut vix cuiquam opinabile sit. Audivi eum sepenumero dicentem, quia ad verbum illius sacerdotis 15 respexerit eum misericordia divina. Abiit igitur[h] Patherburnen, ubi tunc forte studia litterarum florebant sub nobili magistro Hartmanno[i, 1]. Cuius etiam mensa et contubernio usus quam pluribus[k] annis[l] tanto fervore, tanta denique instantia studuit, ut non facile explicari 20 possit. Crebro enim veluti

ad quandam[m] desudans mente palestram,
artibus edomitum subdidit ingenium.

Non hunc ludi, non epulae cepto[n] proposito detraxerant[o, 2], quin aut legeret aut dictaret vel certe scriberet[3]. Chori[p] 25 preterea diligentissimus curator[q] extitit, inter primicias adolentis[r] religionis

deservire Deo suave piumque putans.

Videns igitur egregius magister discipulum atque contubernionem suum supra[s] vires laborare[4] sepius ait[t] 30 ad eum:

'O Viceline,
precipitanter agis, pone modum studiis,
nam temporis adhuc
satis[u] superest, quo plurima discere possis'.

35 a) scholis 2. *edd. L.* b) Statii libros Ach. *edd. L.* c) aliquit 1. d) nullus *manu C corr.* nullius 1. e) sicut stim. *Vulg.* f) castello *edd.* g) punctionis 2. h) ergo 2. *edd. L.* i) hermanno 2. k) plurimis *R. B.* l) año *alia manu corr.* anis 2. m) ad quandam veluti *L, ut hexametrum componeret.* n) cepte *alio atram. corr.* cepto 2. o) detraxerunt *edd.* p) Cori 2. *L.* q) procurator 2. r) adolescen- 40 tis 1a. 2. s) super *edd.* t) agit *a librario delet. et superscr.* ait 2. u) *ita* 1. 2. 3; multum *edd. L*; sat multum *coniecit L.*

1) *Hartmannus recensetur inter canonicos iuniores [ultimus inter socios dicitur] Paderbrunnenses in tabula Heinrici episcopi Paderbrunnensis data a.* 1123. *Iun.* 18, *Erhard, Regesta hist. Westphal. I, p.* 150. *L.* 45 2) *Verba* cepto — detraxerant. Chori preterea, inter — religionis *rythmis dactylicis scripta sunt.* 3) *Cf. Pauli diac. Hist. Rom. VII,* 10: quin legeret, scriberet, declamaret. 4) *Cf. supra p.* 1, *n.* 4.

Ille nichil motus hiis verbis[a]: 'Ecce recordor', ait, 'me libris tardas applicuisse manus,
festinare decet, patitur dum tempus et etas'.
Dedit autem Dominus viro illi intellectum et cor docile[1], supercrescensque[b] socios in brevi factus est in scolis[c] regendis magistri[d] coadiutor. Preerat igitur sociis in sollicitudine[2], instituens tam doctrina quam exemplo. Orationi etiam interdum[e] vacans omnium sanctorum suffragia efflagitabat[f], precipue vero beati Nicolai, cuius obsequio specialius sese manciparat[g]. Unde etiam[h] contigit, ut vice quadam eiusdem sancti natalitia celebraturus in oratorio sanctae Brigidae[i] socios consciverit[k]. Ubi vespertino et matutino officio sollempniter expleto angelicae voces a quibusdam auditae sunt psallentes iuxta morem cleri responsorium: *Beatus Nicolaus iam triumpho potitus.* Accessit igitur Vicelino gaudium de miraculo et de gaudio cumulata devocio.

De transitu Ludolfi presbiteri. Capit. XLIII[l].

Ceterum eidem viro divino famulatu imbuendo nobile prebuit virtutis incitamentum[m] illa celebris fama avunculi ipsius Ludolfi[n], sacerdotis de Feule[o, 3], qui summae sanctitatis vir magnusque confessor frequentabatur[p] a populis regionis confitentium[q] peccata sua et remedio penitentiae venturam iram[4] declinare cupientium[q]. Ad quem et ipse accersitus[r] sepius accessit insistens abluendis per confessionem propriis[s] criminibus, consideravitque[t] in sacerdote naturae simplicitatem, innocentiam vitae et[u] super omnia elemosinarum largitatem statumque vitae nulla dissolucione labefactatum[v]. Qui etiam venerabilis sacerdos etate iam decrepitus, sed vigore spiritus integer, ubi egritudine mortali decubuit, misit ad accersiendos[w] sacerdotes et religiosos quosque[x]; impetrato sacrae unctionis officio conquestus est se frau-

a) motis verbis 2. b) superecescensque *a librario corr.* supercrescensque 1. c) scholis 2, *et ita semper.* d) magistro adiutor *edd.* e) interdiu 2. f) afflagitabat 1. 1[a]. g) mancipauit *alia manu coaeva corr.* manciparat 2. h) et *edd.* i) *ita* 1. 2. 3. *Alb. Stad.;* Brigittae *edd. L.* k) conscitauerit 2. l) Cp̄m V *(id est XLV)* 1; XLIIII. *S.* m) incrementum *edd.* n) lodolfi 1; Ludolphi 2. *edd.* o) Fenle *R. B.* p) frequentebatur *corr.* frequentabatur 1. q) *sic codd. et edd. pro* confitentibus . . . cupientibus. r) accercitus 1. s) proprius 2. t) que *om.* 2. u) et — vite *alia manu coaeva in marg. suppl.* 2. v) labefactarum *(ita 1[a]) alio atram. corr.* labefactatum 1. w) accersendos *R. B.* x) quoque *S.*

1) *Exod.* 36, 1: quibus dedit Dominus sapientiam et intellectum; 3. *Reg.* 3, 9: Dabis ergo servo tuo cor docile. 2) *Rom.* 12, 8: qui praeest in solicitudine. 3) *Feule est Fuelen s. Fuhlen; v. Mooyer, 'Die vormalige Grafschaft Schaumburg' p.* 25. *L.* 4) *Matth.* 3, 7. *Luc.* 3, 7: fugere a ventura ira.

datum presentia dilectissimorum suorum Rotholfi[a] Hildenemensis[b] canonici[1] et Vicelini. Nec mora ad vocem *p. 16. deprecantis[c] uterque inopinatus *advenit, repperiuntque virum Deo dilectum exitus sui horam cum magna devo- 5 cione opperientem[d]. A quo etiam recogniti cum gratiarum actione[2] suscepti sunt. Nocte[e] igitur suprema Deo in oratione colloquens, appropinquante iam diluculo, iussit sibi a dyacono legi passionem dominicam, qua intentius audita celeriter[f] adorsus est dyaconum: 'Affer 10 michi', inquit[g], 'velociter[h] viaticum salutare, iam enim adest hora migrandi'. Statimque participans vivificis misteriis dixit astantibus: 'Ecce[i] veniunt qui me de-ducturi sunt, ecce veniunt nuntii Domini mei, sublevate me de lecto'. Quibus attonitis: 'Quid trepidatis', inquit[g], 15 'o viri? Nonne videtis nuntios Domini mei omnes adesse?' Statimque anima illa carne soluta est. Mane igitur facto convenientibus multis ad sepulturam tanti viri orta est disceptacio[k] de sepultura eius, populo quidem eum in ecclesia, familiaribus vero eius[l] in atrio, ut ipse iusserat, 20 sepeliri volentibus. Offertur interim pro anima eius hostia salutaris, cum Theodericus[m] quidam, qui adhuc superest, propter vigilias funeris sopore gravis lecto decubuit, viditque sibi assistere virum reverendi habitus et dicentem: 'Quousque dormitas? Surge et fac sepeliri 25 sacerdotem, ubi populus eius decrevit'. Prevaluit ergo[n] ex beneplacito Dei postulacio populi, sepelieruntque eum infra muros ecclesiae, cui multis annis fideliter deservierat.

De Tetmaro preposito[3]. Capitulum XLIIII[o].

30 Post mortem igitur avunculi Vicelinus in Patherburnensi ecclesia tam diu[p] perstitit, quousque vocatus

a) Rodolfi 2. *R. B.* b) *ita* 1. 2. *edd., alia manu corr.* hildensemensis 1, *et ita L.* c) precantis *edd. L.* d) operientem 1. 1[a]. *edd.* e) e *membrana perforata delet.* 1. f) sceleriter 2. g) inquid 1. h) velociter *om.* 2. i) Ecce — deducturi 35 sunt *et* ecce — de lecto *ordine inverso scripta, sed signis appositis transposita sunt in* 2. k) deceptacio 1. 1[a]. l) eius vero 2. m) Theodoricus *edd.* n) igitur *L.* o) XLVI. 1; XLV. *S.* p) diu *recenti manu supra lineam supplet.* 2.

1) *Fortasse idem ac Rotholfus presbyter, qui occurrit in chartis episcoporum Hildesheimensium a.* 1125—1146; *'UB. des histor. Vereins* 40 *für Niedersachsen' IV, n.* 1—4. *L. At Rotholfus cum Nordalbingiam cum Vicelino adierit (infra c.* 46*) et ibi moratus esse videatur (cf. infra c.* 63*), quin post a.* 1126. *Hildesheim testatus sit, dubitandum est. Occurrit c. a.* 1140. *'Hamb. UB.' I, nr.* 162. *Cf. Böhmer, 'Vicelin' p.* 6 *sq., n.* 18. 19. 2) *Act.* 24, 3. *Philipp.* 4, 6. 1. *Tim.* 4, 4: cum gratiarum 45 actione. 3) *Thietmarus decanus occurrit in tabulis Bremensibus*

Bremam curandis scolis magister ibidem preditus est[1]. Fuitque in regendis scolis vir valde idoneus, curator chori, eruditor iuvenum forma honestatis. Denique discipulos, quos antea mos precipitatus agebat, reddidit artibus ingenuos[a] et in cultu Dei et frequentia chori officiosos. Quam ob rem diligebat eum antistes[b] Fretherieus[c] ceterique, quos aut dignitas aut honestas in ecclesia fecerat editiores. Illis solum onerosus videbatur, quibus consuetudini fuerat deserto cultu ecclesiae[d] et disciplina clericali bibere in tabernis, spaciari per domos et plateas, vanitatibus obsecundare, qui insolentias suas argui ab ipso pertimescebant. Unde etiam probris et derogationum spiculis sepius eum[e] appetere solebant. Sed nil fuit, quod[f] in moribus eius a perfectione dissideret[g] vel emulorum commentis alluderet, nisi quod in cohercendis iuvenibus verberibus modum negaverit. Unde etiam plerisque discipulis capescentibus[h] fugam crudelitate notatus est. Quotquot[i] autem validiores animis disciplinae eius iugum sustinuerunt, grandi emolimento[k] prediti sunt; succreverunt enim sicut studiorum et prudentiae maiestate[l], ita etiam dignitatis et honorum gratia. Fuit eo tempore in disciplinatu[m] eius iuvenis optimae indolis Thetmarus[n] nomine, cuius mater reverentissima ipsa nocte, qua tali sobole onustanda erat, conspexit in visu veluti auream crucem gemmis redimitam sese gremio recepisse. Preclarum sane futurae prolis argumentum sanctitatis fulgore irradiandum. Postquam igitur procreatus est filius, mater non inmemor oraculi mancipavit eum divino cultui

a) ingenuis *edd.* b) antistites, ti *expuncto corr.* antistes 1. c) Fridericus *edd.* d) ecclesie cultu 2. *L.* e) autem *delet. et manu C superscr.* eum 1. f) quot *manu C corr.* quod 1. g) dissederet 2. h) *sic* 1. 2. *S.* i) Quotqꝫ (quotque) *alio atram. corr.* Quotq̈t 1. k) emolumento *edd. L.* l) magestate 2. m) discipulatu 2. n) Thethmarus *S. R constanter.*

a. 1139—1142; *cf. infra c.* 58. *Videtur tenuisse praeposituram Hageresторpe sive Cuzelinae, in monasterio, quod postea in civitatem Segebergensem translatum est. L. De tempore et loco praeposituræ eius cf. Böhmer l. l. p.* 70 *sqq. At mirum est, cur Helmoldus numquam in contextu eum praepositum dixerit.* 1) *Scolasticus dicitur Vicelinus in tabula Fritherici archiepiscopi Hamburgensis, 'Hamburg. UB.' I, nr.* 131. *Inter a.* 1118. *et* 1123. *Vicelinus,* quondam religiosus canonicus Bremensis ecclesiae, cum consensu episcopi sui domini Fritherici, *qui sedit a.* 1104—1123. *Ian.* 30, *misit conventui Patherburnensi reliquias et Vitas Willehadi, Anscarii, Rimberti, tempore scilicet Hamukonis abbatis, qui huic monasterio praefuit a.* 1118—1142; *'Additamenta z. Westfäl. UB.' p.* 35, *n.* 8; *cf. ibidem nr.* 31, *p.* 33 *et praef. nostram.*

et sacris litteris imbuendum. Sed cum in primis neglectus esset, eo quod studium apud Bremam defecisset, contigit adventare magistrum Vicelinum et curandis scolis prefici. Cuius tutelae[a] commendatus puer Thet-
5 marus[b] factus est eius discipulus et contubernio.

[XLV].[c] Emensis igitur quam pluribus annis magister Vicelinus, perspecto discipulorum et profectu et numero, proposuit[1] ire in Franciam, maiorum scilicet 1122/23. gratia studiorum, oravitque Deum cogitacionem suam ab
10 ipso dirigi[2]. Haec eo animo volutante[d], Adelbertus[e] maioris[f] ecclesiae prepositus[3] die quadam accessit ad eum dicens: 'Quare celasti amicum et consanguineum tuum ea quae in corde tuo sunt?' Qui cum sollicite requireret causam, ille respondens ait: 'Scio quidem,
15 quia profectionem paras in[g] Franciam, nec quemquam vis hoc nosse[h]. Noveris igitur iter tuum a Domino directum[4]. Noctu enim in sompnis visus sum michi assistere ante altare Domini et orare[i] Deum instantius. Tunc ymago beatae Dei genitricis, quae forte in altari
20 constitit, allocuta est me dicens: "Vade et nuntia viro, *p. 47. qui iacet post ostium[k], quia habet 'licentiam[l] migrandi quo vult". Parui ego iubentis imperio et accedens ad ostium[k] repperi te in oratione decubantem. Nuntiavi tibi sicut edoctus fueram[m]; audisti et letatus es. Iam
25 nunc igitur accepta permissione perge quo desideras'. Hoc itaque divinae respectionis solacio animatus resignavit scolis, non tamen sine dolore pontificis maiorumque ecclesiae, tanti viri presentia moleste carentium. Assumptoque secum honestissimo iuvene Thetmaro[n] per-
30 rexit in Franciam adiitque scolas venerabilium magistrorum Radolfi[o] et Anselmi[p, 5], qui in explanacione di-

a) tuthele 2. b) tethmarus *h. l.* 1. c) *inscriptionem cap. praebet S:* De profectione Vicelini in Galliam. Cap. XLVI; *nulla capituli distinctio in* 1. 2. d) voluntate *corr.* volutante 1. e) Adalbertus *edd. L.* f) moioris *corr.* maioris 1. g) paui (pa-
35 ravi(?) *alia manu corr.* pas in 2. h) nosce 1. 1ª. i) adorare 1. 1ª. k) hostium 2. l) potestatem *edd.* m) eram *edd. L.* n) tetmaro *h. l.* 1. o) Rodolfi 2; Rodolphi *S.* p) ancelmi 2; Anshelmi *edd.*

1) *Circa a.* 1122. *vel* 1123. *in.: cf. Regel p.* 48 *sq.* 2) *Prov.* 16, 3: Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuae. 3) *De*
40 *Adalberto quodam, qui a.* 1142. *appellatur* Athelbertus prepositus Bremensis ecclesiae maioris *et videtur esse hic ab Helmoldo dictus, etsi circa a.* 1122. *demum custos fuerit, vide Höhlbaum, 'Forschungen' XVII, p.* 224; *Böhmer, 'Vicelin' p.* 7 *sq., contra Schirren p.* 21 *sq.* 4) *Iudith* 12, 8: Orabat dominum Deum . . ., ut dirigeret viam eius. 5) *An-*
45 *selmus ecclesiae Laudunensis scolasticus et decanus a.* 1117. *mortuus*

1123—1126. vinae paginae fuerant eo tempore precipui. A quibus etiam honorabiliter habitus est propter ferventissimum studii desiderium et vitae probabilis meritum. Questiones enim supervacuas pugnasque verborum, quae non edificant, sed magis subvertunt, omnino devitans[1], ad ea[a] solum enisus est, quae sobrio intellectui et moribus instruendis sufficerent. Denique accepto semine verbi Dei eo usque convaluit, ut iam tunc proposuerit propter Deum[b] austerioris vitae vias aggredi, abdicare scilicet carnis esum, cilicio ad carnem operiri, cultui divino artius applicari. Adhuc enim acolitus[c] existens altiori gradu abstinuerat timens lubricum etatis. Ubi igitur maturior etas et diutinum[d] continentiae experimentum viro firmitatem addiderant, transactis in studio tribus annis, statuit patriam revisere et ad sacros ordines promoveri. Contigit in diebus illis dilectum discipulum eius Thetmarum infirmari. Qui metuens periculum mortis flevit cum Ezechia[2] fletu magno, postulans dilacionem vitae propter magistri sui Deo[e] accepta merita. Quo perorante, gloria Deo[f]! infirmitate relevatus est. Post haec recepti in patriam divisi sunt ab invicem; et quidem venerabilis Thetmarus canonica[g, 3] Bremensis ecclesiae investitus est. At magister Vicelinus oblatam[4] recusavit, ordinacione Dei ad[h] opus aliud destinandus.

Adventus Vicelini in Slaviam. Capit. XLVI[i].

1126. Eo itaque anno, quo Francia reversus est, accedens ad reverentissimum[k] Northbertum[l] Magdeburgensem presulem[5] eius notitia perfrui et ad sacerdocii gradum

a) eā (eam) 2. b) propter Deum proposuerit 2. c) accolitus 2. d) diuinum continente *manu C corr.* diutinum continentie 1. e) Deo *om. S.* f) Deo gloria *edd.* g) canonica, c *alio atram. expunct.* 1; canonia 1[a]. h) et *delet. et manu C superscr.* ad 1. i) Captum XLVII. 1. *S.* k) reverendissimum *edd. L.* l) Nerethbertum *alia manu corr.* Northbertum 2.

est. L. Studium magistrorum Anselmi et Rodolfi *simili modo post mortem Anselmi dicit Vita Norberti, SS. XII, p.* 678; *Ottonis Gesta Friderici I,* 52 *(SS. rer. Germ. ed. Waitz p.* 59*).* 1) *Cf. epistolam ad Titum* 3, 9: Stultas autem quaestiones . . . et pugnas legis devita. *Cf.* 1. *Tim.* 1, 4; 2. *Tim.* 2, 23; 1. *Cor.* 10, 23. 2) 4. *Reg.* 20, 3. *Is.* 38, 3: Flevit itaque (Et flevit) Ezechias fletu magno. *L.* 3) *Scil. praebenda. L.* 4) Oblatam *scil. iterum. Nam iam fuerat scolasticus, cui muneri sponte renuntiaverat. In charta Adalberonis archiepiscopi Bremensis capitulo Hamburgensi c. a.* 1140. *data occurrit Wezelinus inter canonicos ecclesiae Hamburgensis; 'Hamburg. UB.' I, nr.* 162. *L. Helmoldus nescivit Vicelinum ante a.* 1123. *canonicum Bremensem fuisse; vide praef. nostram.* 5) *Nortbertus a.* 1126. *in archiepiscopatum con-*

promoveri meruit[1]. Statimque ferventissimo zelo exestuans[a], quibusnam[b] sedibus locandus aut cui operi mancipandus foret, in quo ecclesiae fructuosus existeret, audivit famam Heinrici principis[c] Slavorum, et qualiter idem domitis barbaris gentibus ad ampliandum cultum domus[2] Dei pronam gesserit voluntatem. Ratus igitur ad opus ewangelii se divinitus vocari adiit venerabilem Adelberonem Hammemburgensem[d] archiepiscopum, qui forte apud[e] Bremam constitit, revelaturus ei propositum cordis sui. Ille non modice letificatus[f] approbavit consilium deditque ei legacionem[3] verbi Dei in Slavorum gente [predicandi[g] et] vice sua ydolatriam extirpandi. Statimque aggressus[h] est iter in terram Slavorum, comitantibus secum[i] venerabilibus presbiteris Rodolfo[k] Hildensemensi[4] et Ludolfo Verdensi canonico, qui se devoverant *in opus ministerii* huius. Repertum igitur in urbe Lubicensi[l] principem Heinricum convenerunt rogantes dari sibi facultatem predicandi nomen Domini. Qui nil titubans viros dignissimos coram gente sua magnis honoribus extulit[m], deditque eis ecclesiam[n] Lubeke, ubi tuta secum stacione[5] possent consistere[o] et agere quae Dei sunt. His[p] rite peractis reversi sunt in Saxoniam ordinaturi[q] de rebus domesticis suis et paraturi[q] se ad iter Slavanicum. Sed grandis et subita mesticia corda eorum perculit[r]; fama enim velox pertulit Heinricum regem Slavorum presenti vita decessisse[6], sicque ad presens pia eorum vota retardata sunt. Filii enim Heinrici Zuentepolch necnon Kanutus, qui dominio[s] successere[t], intestinis bellis adeo perturbati sunt, ut tranquillitatem

1126. — *Eph.* 4, 12. — 1127 (*Mart.* 22).

a) aestuans *edd.* b) quibusdam 2. c) *in marg. manu scribae* sive reguli 2. d) hammeburg 1. e) ad *edd.* f) letatus 2. g) *uncis inclusa solus habet* 4. h) ac || gressus 1. i) eum *edd. L.* k) rodolso 2; Rodolpho *S.* l) Lubecensi *edd. L.* m) extulit honoribus 2. n) in *add. L.* o) consistere possent *edd.* p) Hiis 2. *L.* q) ordinantes . . . parantes *S. R.* r) pertulit 1. 2. s) dño (domino) 1. 1[a]. t) suscessere 2.

stitutus est et Iulii d. 18. *civitatem Magdeburg intravit. L.* 1) *Vicelinum non factum esse Praemonstratensem sive Norbertinum, id quod I. M. Lappenberg b. m. ex hoc loco colligere voluit, probavit Hirsekorn l. l. p.* 42 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 39, *n.* 6. 3) *In tabula a.* 1141. *data ('Zeitschrift der Ges. f. Schlesw.-Holst.-Lauenburg. Gesch.' VIII, p.* 307*) dicit Adalbero:* Vicelinum praepositum et filium eius Ludolphum commilitonesque eorum ad locum capitalem Slaviae, Lubike videlicet, direxi *et:* ipsi . . ex nostra commissione . . . verbi Dei praedicandi legationem susceperunt. *Cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 389 *sq., n.* 10. 4) *Cf. supra p.* 87, *n.* 1. 5) *Ovid. Heroid.* 7, 89: tuta statione; *ita et supra p.* 39, *l.* 1. 6) *Scil. a.* 1127. *Mart.* 22. *Vide supra c.* 38. *fin. L. Occisus esse dicitur in Chron. S. Michaelis Luneburg., SS. XXIII, p.* 396.

1127. temporum et tributa regionum perderent[a], quae pater[b] eorum armorum virtute conquisierat[1].

*De penitentia Northalbingorum. Capitulum XLVII[c].

*p. 48.

Circa idem tempus domnus Adelbero[d] archiepiscopus transivit[e] Albiam visitaturus Hammemburg et Nordalbingorum[f] provinciam venitque in civitatem Milethorp[g] habens in comitatu suo venerabilem sacerdotem Vicelinum. *cf. Ad. II, 15.* Tres autem sunt Nordalbingorum populi: Sturmari[h], Holzati, Thetmarki[i], nec habitu nec lingua multum discrepantes, tenentes Saxonum iura[2] et Christianum nomen, nisi quod[k] propter barbarorum viciniam[l] furtis et latrociniis[m] operam dare consueverunt[n]. Hospitalitatis gratiam sectantur. Nam furari[o] et largiri apud Holzatos ostentacio[p] est. Qui vero predari nesciat, ebes[q] et inglorius est. Consistente igitur pontifice[r] in Milethorp[s] venerunt ad eum cives de Faldera[3] rogantes dari sibi[t] sacerdotem. Est autem Falderensis pagus limes Holzaciae versus eam partem, qua Slavos attingit. Statimque pontifex conversus ad Vicelinum sacerdotem dixit: 'Si tibi propositum est[4] laborandi[u] in Slavia, vade cum hominibus istis et potire ecclesia eorum, eo quod sita sit in terminis utriusque provinciae, sitque tibi intranti et exeunti Slaviam[v] locus et stacio'. Quo respondente se parere consilio, ait ad viros de Faldera: 'Vultis vobis[w] dari sacerdotem prudentem et ydoneum?' Quibus

a) perderent *om.* 2. b) p̄t' (preter) *delet. et in marg. alia manu coaeva corr.* p̄r 2. c) XLVIII. 1. *S.* d) adelb'to *alio atram. corr.* adelbero 1; adelberto 1[a]. e) transiit 2. *L.* f) Northalbingorum *L.* g) miledorp 2. h) Sturmarii *edd. L.* i) thethmarki 2. *S*; Thetmarzi *R. B. L.* k) quot *corr.* quod 1. l) uicinia 1. 1[a]. 2; *idem mendum in eisdem verbis* (propter vicinia barbarorum) *infra c.* 92 (91). m) latrociis 2. n) consueverint *edd. L.* o) furaris, s *eras.* 1. p) ta *alia manu coaeva superscr.* 2. q) hebes *edd. L.* r) episcopo *edd.* s) melethorp *h. l.* 1; millethorp 2. t) sibi dari 1[a]. 2. u) laborandi propositum est 2. v) Slaviam *om. S. (R).* w) nobis *radendo corr.* uobis 1.

1) *Kanutum tamen ecclesiam in castro Lubeke dedisse Vicelino docet nos tabula Conradi III. regis a.* 1139. *Ian.* 5 *[St. nr.* 3384*] data; nisi forte ad Kanutum Laward respicit [quod magis veri simile est; cf. infra p.* 97, *l.* 28 *sqq.]. L. Quam tabulam spuriam esse contendunt Schirren p.* 223 *sqq. et Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 76, *n.* 1; *econtra autenticam esse putant Bahr, 'Studien' p.* 53 *sqq., et Böhmer, 'Vicelin' p.* 46 *sqq., et Graber, 'Die Urkunden Konrads III.' (Innsbruck* 1908*) p.* 66, *n.* 3. 2) *Cf. 'Sachsenspiegel' lib. III, art.* 64 [§ 3]. *L.* 3) *Postea Neumünster. L.* 4) *Cf. infra c.* 80 (79): Si tibi propositum est serviendi.

1127. dicentibus se hoc omnimodis[a] et velle et expetere, acceptum per manus sacerdotem commisit eum cuidam Marchrado[b. 1], prepotenti viro, ceterisque de Faldera precipiens, ut dignam personae sollicitudinem gererent. Cumque pervenissent[c] ad locum destinatum[2], perspexit habitudinem[d] loci campumque vasta et sterili mirica[e] perorridum[f], preterea accolarum[g] genus agreste et incultum[3], nichil de religione nisi nomen tantum Christianitatis habentes. Nam lucorum et fontium ceterarumque supersticionum multiplex error apud eos habetur. Incipiens igitur habitare *in medio nacionis pravae et perversae, in loco horroris et vastae solitudinis* (Phil. 2, 15. Deuter. 32, 10.) eo artius divino se commendabat presidio[h], quo [magis[i]] humano destitutus est solacio. Dedit autem ei Dominus gratiam in conspectu gentis illius[4]. Statim enim, ut gloriam Dei et bona futuri seculi carnisque resurrectionem predicare cepit, ad novitatem incogniti dogmatis gens bruta grandi miraculo perculsa[k] est, diffugeruntque tenebrae peccatorum ab illustracione irradiantis gratiae Dei. Denique incredibile dictu est, quanta plebium caterva in diebus illis ad penitentiae remedium confugerit, insonuitque vox predicacionis eius in omni Nordalbingorum provincia. Cepitque pia sollicitudine circumiacentes visitare ecclesias, prebens populis monita salutis[5], errantes corrigens, concilians[l] dissidentes, preterea lucos et omnes ritus sacrilegos destruens. Comperta igitur sanctitatis eius fama multi tam de clero quam de laicali ordine convenerunt ad ipsum, inter[m] quos primi et precipui[n] fuerunt venerabiles sacerdotes Ludolfus[6], Eppo[7], Luth-

a) omnibus modis *edd. L.* b) Marquardo 4. c) *ita* 1. 1[a]; pervenisset 2. *edd. L.* d) abitudinem 2. e) merica 2. f) *ita* 1. 2, *manu C corr.* perhorridum 1. g) acolarum 1. h) auxilio *edd.* i) magis *edd. L*; *om.* 1. 2. k) *ita* 1. 1[a]. *edd.*, *statim mutatum* percussa 2, *et ita L.* l) consilians 1. 2. m) in *manu C corr.* inter 1. n) precipue *manu C corr.* precipui 1.

1) *De Marcrado, filio Ammonis, eiusque progenie aliisque Wagriae senioribus vide quae annotavimus in Falck, 'Staatsbürgerl. Magazin' IX, p.* 26 *sq.; v. Aspern, 'Beiträge zur ältern Geschichte Holsteins' (Hamburg* 1849*) p.* 32 *sqq. L.* 2) *Falderae iam tunc extitisse capellam ligneam contendunt et Chron. Holzatiae, SS. XXI, p.* 260, *et legenda de b. Vicelino et duobus martyribus ('Zeitschrift der Ges. f. Schlesw.-Holst.-Lauenb. Gesch.' VIII, p.* 302*).* 3) *Cf. supra p.* 26, *n.* 5. 4) *Tob.* 1, 13: dedit illi Deus gratiam in conspectu . . . regis; *cf. Dan.* 1, 9. 5) *Tob.* 1, 15: monita salutis dabat eis. 6) *Ludolfus praepositus monasterii in Cuzalina s. Segeberg; cf. infra c.* 54—94 [95]. *L.* 7) *Eppo prior, postea praepositus Novimonasterii. L. Mortuus est a.* 1163.

1127. mundus[1], Volcwardus[2], ceterique quam plures, ex quibus aliqui dormiunt, quidam vero adhuc superstites sunt[3]. Hii ergo sacris connexi[a] federibus statuerunt amplecti celibatum vitae, perdurare in oratione et ieiunio, exerceri in opera pietatis, visitare infirmos, alere egentes, 5 tam propriam quam proximorum salutem curare[4]. Super omnia vero pro Slavorum vocacione solliciti orabant Deum[b] ostium[c] fidei quantocius aperiri[5]. Quorum Deus *Gen. 15, 16.* peticiones longius distulit; *necdum*[d] *enim completae sunt iniquitates Amorreorum*[6], neque *venit tempus miserendi* eorum. 10 *Ps. 101, 14.*

De[e] Zuentepolco. Capitulum XLVIII[f].

1127—1129. Siquidem filii Heinrici domestica bella conflantes populis Nordalbingorum novos labores parturiebant. Zuentepolch enim senior solus[g] dominari cupiens Kanuto fratri suo multas irrogavit iniurias, ad ultimum sumptis 15 Holzatis eundem in castro Plunensi[h] obsedit. At Kanutus prohibens socios, ne obsidentes iaculis appeterent[i], ascendens ad propugnacula allocutus est omnem exercitum dicens: 'Audite, queso, verbum meum, viri optimi, qui venistis de Holzatia. Quid, rogo, causae est, ut con- 20 surgatis adversus *amicum vestrum? Nonne ego frater *p. 49. sum Zuentepolci, eodem patre Heinrico genitus et de iure dicionis paternae coheres? Quare igitur frater meus *cf. Luc. 7, 6.* extorrem me facere nititur hereditatis paternae? Nolite, *cf. Ios. 7, 3.* queso, frustra vexari adversum me, sed revertimini ad 25 iudicium[7] et optinete michi apud fratrem meum, ut det portionem, quae me iure contingit'. His[k] auditis animequiores facti sunt animi obsidentium[l], decreveruntque

a) gnexis 2. b) Dominum *edd. L.* c) ostium *alia manu coaeva mutatum* hostium 2. d) nondum *edd.* e) De Kanuto rege Danorum 2, *quae inscriptio ad* 30 *cap. sequens pertinet.* f) XLIX. 1. *S.* g) *alterum s videtur expunctum* 1; solū 2. h) pluuensi *corr.* plunensi 1; Plumensi *S. R.* i) oppeterent 1. 1[a]. 2. k) Hiis 2. l) *ita edd. L;* obsequencium 1. 1[a]. 2; *fortasse post* obseq. *excidit* Zuentepolcum *vel simile quidquam.*

1) *Luthmundus postea praepositus in Kerenna; v. infra c.* 54; 35 *Versus de Vicelino v.* 198; *Albert. Stad. a.* 1136, *[SS. XVI, p.* 323*]. L.* 2) *Volcwardum v. infra c.* 78. *[a.* 1154, *ubi mors eius narratur]; Volchardus presbyter cum Vicelino scolastico occurrit iam in tabula Friderici archiepiscopi Hamburgensis; 'Hamburg. UB.' I, nr.* 131. *L.* 3) 1. *Cor.* 15, 6: Ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem 40 dormierunt. 4) *In margine codicis* 1[a] *minio scripta sunt, partim abscisa, verba haec:* . . professione regule beati Augustini. *Quae in hac regula non reperi.* 5) *Cf. Actus* 14, 26: quia aperuisset gentibus ostium fidei. 6) *Cf. supra p.* 45, *n.* 9. 7) *Dan.* 13, 49: Revertimini ad iudicium. 45

1127—1129.

virum iusta postulantem exaudiri. Adhibitaque opera germanos discordes reconciliaverunt[a], partita inter eos provincia. Sed Kanutus non longe post interfectus est in urbe Lutilinburg, Zuentepolch[b] solus dominio potitur[c]. Convocansque Adolfum comitem cum Holzatis[d] et Sturmariis direxit expedicionem in provinciam Obotritorum obseditque urbem quae dicitur Werlo[e, 1]. Qua in potestatem redacta ultra progressus[f] est ad urbem Kicinorum obseditque eam ebdomadibus quinque. Tandem urbe subacta acceptisque obsidibus Zuentepolch reversus est Lubeke, Nordalbingi quoque ad sedes suas redierunt. Videns autem Vicelinus sacerdos, quia princeps Slavorum humanius se gereret erga Christicolas, accessit ad eum et innovavit apud eum paternae pollicitacionis ceptum. Impetratoque principis favore misit in urbem Lubeke venerabiles sacerdotes Ludolfum et Volcwardum[g], qui salutem populi curarent. Receptique sunt benigne a mercatoribus, quorum non parvam coloniam Heinrici principis fides et pietas ibidem[h] consciverat. Habitaveruntque in ecclesia sita in colle, qui[i] est e regione urbis trans flumen[2]. Nec longum tempus effluxit, et ecce Rugiani urbem vacuam navibus offendentes opidum[k] cum castro demoliti sunt. Sacerdotes[l] incliti, barbaris unam ecclesiae[m] ianuam irrumpentibus, per aliam elapsi beneficio vicini nemoris salvati sunt et[n] ad Falderensem portum refugerunt[o]. Zuentepolch non longe post interfectus est dolo cuiusdam Dasonis predivitis de Holzatia[d, 3]. Remansit Zuentepolch filius nomine Zuinike, sed et hic interfectus[p] est[4] apud Ertheneburg urbem

a) reconsiliaverunt 2. b) Zwentepolch *saepius edd. L.* c) potitus *S.* d) Holtsat. *L.* e) *ita* 1. 1[a]. *edd. Alb. Stad.*; werlo *an* werle *dubitare potes* 2; Werle *L.* f) regressus 2. g) wolewardum *radendo corr.* volcwardum 1; Volwardum *S. R.* h) ibi 1. 1[a]. i) *ita* 1. 1[a]. *Alb. Stad.*; q̊ *vel* q *(sed potius* q̊*) legi posset* 2; quae *edd. L.* k) *sic h. l.* 1. 2. l) Sacerdotes | tes, *prius* tes *eras.* 1. m) ecclesiam, am *eras. et a librario corr.* ecclesie 1. n) et *om. L.* o) refugierunt 2. p) interfactus *a scriba corr.* interfectus 1.

1) *Castrum Werle s. Wurle situm fuit, ubi hodie villa Wyck inter civitates Schwaan et Bützow. V. Lisch, 'Mecklenburg. Jahrb.' VI, p.* 88 *sqq. L.* 2) *Scil. Travenam. Haec ecclesia non fuit illa in castro sita, supra p.* 69, *l.* 4 *sq., p.* 84, *l.* 2 *sqq., p.* 91, *l.* 20. *memorata. Vide W. Ohnesorge in libro supra p.* 69, *n.* 2. *dicto p.* 149 *sqq.* 3) *In tabula Heinrici Leonis quadam data a.* 1149. *Sept.* 13. *inter primores Holtsatiae occurrit Vergotus filius Dasonis de Enigge: 'Hamburg. UB.' I, nr.* 188. *Enigge, hodie Innien, parr. Nortorf. L.* 4) *Interfectus videtur Zuinike (cuius nomen fortassis est diminutivum nominis Suenonis) circa a.* 1129. *a Sifrido comite de Erteneburg, cui propterea malum cognomen* cum sue *datum est; Albert. Stad. ad a.* 1144, *[SS. XVI, p.* 326*]. L.*

Transalbianorum [1]. Defecitque stirps Heinrici in principatu Slavorum, mortuis scilicet filiis et filiorum filiis [a]. Predixerat hoc idem princeps, nescio quibus oraculis edoctus, stirpem suam quantocius defecturam.

De Kanuto. Capitulum XLIX [b].

Post haec translatus est principatus Slavorum ad nobilissimum principem Kanutum, filium Herici [c] regis Danorum [2]. Hericus enim potentissimus rex, cum se devovisset ad iter Iherosolimitanum, fratri suo Nicolao regnum cum filio Kanuto commendavit, accepto iuramento, ut, si non rediret, filio suo, postquam adolevisset, regnum contraderet. Cum ergo regem Ierosolima redeuntem [d] fata sustulissent, Nicolaus, licet concubina natus, Danorum regnum obtinuit, eo quod Kanutus adhuc esset infantulus. Sed et Nicolao erat filius nomine Magnus. Nutriebantur igitur regalius et magnificentius haec duo genimina in futuras commociones bellorum et multorum ruinam Danorum. Ubi autem Kanutus adolere cepit, timens se insidiis [e] patrui sui facile posse obrui, transiit ad imperatorem Lotharium [3] et mansit apud eum multis diebus sive annis, habitus, ut regiam magnificentiam decuit, cum plena honorificentia. Inde subiens in patriam a patruo benigne receptus et ducatu tocius Daciae [f] preditus est. Cepitque vir pacificus regionem compacare, auferens viros desertores de terra [4]. Precipue vero Sleswicensibus [g, 5] beneficus erat. Contigit autem latrones forte comprehendi in mirica, quae interiacet inter Sliam et Egdoram, et perduci in faciem Kanuti. Quos cum

(Marginal dates: 1102. — 1103. (Iul. 10). — 1115?)

a) et fil. filiis *om. S. (R).* b) L. 1. *S.* c) hērici, *signum compendii eras.* 1; Erici, Ericus *etc. edd.* d) redeundem *alio atram. corr.* redeuntem 1. e) insidias 2. f) *ita* 1. 2. 3; Daniae *edd. L.* g) sleswisencibus 1.

1) *Castrum Artlenburg tunc non in dextro littore Albis situm fuisse evicit Kuss, 'Staatsbürgerl. Magazin' IX, p.* 179, *per Ann. Ryenses a.* 1205, *[SS. XVI, p.* 405*]. Transalbianos ergo hoc loco in sinistra ripa degentes Helm. dicit, sicut c.* 8. *et* 56, *non ut c.* 24, *ubi Adamum sequitur, Nordalbianos. L. Cf. supra p.* 19, *n.* 2. 2) *De Kanuto cf. H. Reich, 'Knud Laward, Herzog von Schleswig', 'Jahrb. f. Landeskunde der Herzogtümer Schleswig, Holstein und Lauenburg' X, p.* 203—254. *Praeter libellos SS. XXIX. de eo editos v. versionem Danicam narrationis ineditae datam ab H. Olrik, 'Danske Helgeners Levned' (København* 1893/94*) p.* 348—368. 3) *Scil. postea imperatorem futurum, tunc ducem. L.* 4) 1. *Mach.* 7, 24: viros desertores. *L. Cf. supra p.* 68, *n.* 5. 5) *Eum* ducem de Slaeswich *fuisse narrat Vita altera Kanuti ducis, lectio* 2, *SS. XXIX, p.* 13.

ille suspendio addixisset, unus ex eis vitae consulere cupiens proclamavit se consanguineum eius esse et regia Danorum stirpe oriundum. Cui Kanutus: 'Turpe', inquit, 'est consanguineum nostrum vulgarium more[a] affici, decet nos ei impendere[b] claritatem'. Et iussit ei in nautica pinu sollempne exhiberi suspendium[1].

*p. 50. *Interea subiit animum eius, quod principatus regni Slavorum vacaret, mortuo scilicet[c] Heinrico et filiis eius adnullatis. Adiit igitur Lotharium imperatorem emitque multa pecunia regnum Obotritorum, omnem scilicet potestatem, qua preditus fuerat Heinricus. Et posuit imperator coronam in caput[d] eius, ut esset rex Obotritorum, recepitque eum in hominem[e, 2]. Post haec transiit Kanutus in terram Wagirorum[f] et occupavit montem qui antiquitus Alberg[g, 3] dicitur, imposuitque illic mansiunculas, intendens[h] ibidem communire castellum. Et sociavit sibi in terra Holzatensium[i] omnem virum fortem[4] fecitque cum eis incursationes in terram Slavorum, occidens et sternens omnes sibi adversantes. Sed et fratruelem[k] Heinrici Pribizlaum[5] et maiorem terrae Obotritorum Niclotum[l] duxit[m] in captivitatem posuitque eos Sleswich in custodiam, astringens eos manicis ferreis[6], quousque pecunia et vadibus redempti ea quae subiecta sunt sentirent[7]. Sepius et[n] in terram Wagirorum[o] deversans Falderensi[p] hospicio usus est prebuitque se familiarem Vicelino et omnibus illic commorantibus, promittens eis bona, si Dominus res suas in Slavia direxisset. Veniens quoque[q] Lubeke dedicari fecit ecclesiam, quam construxerat Heinricus, astante venerabili

1128?

1128–1130.

a) m o r t e *fortasse recte Alb. Stad.;* i ore *delet. et manu C superscr.* more 1; mori 2; *cf. infra p.* 116, *l.* 29 *sq.* b) impendere ei *edd.* c) scilicet *om.* 2. d) capud 1. 2. e) hominium *edd.* f) wairorum 2. g) Alberch *L.* h) incendens *corr.* intendens 1. i) holzaens. *corr.* holzatens. 1. k) *alterum* r *manu C superscr.* 1. l) nicolaum *non delet.* 1, *ubi in marg. alia manu coaeva* inclotū (!); nicolaum *expunct.*, *in marg. manu scribae* niclotū 1ª. m) dixit *manu C corr.* duxit 1. n) etiam 2. *L.* o) g *manu C superscr.* 1. p) falderenci 2. q) g° (ergo) 2. *L;* etiam *edd.*

1) *In patibulo altiore suspendi turpior erat poena. L. Simillima narrat Vita altera Kanuti ducis l. l., lectio* 3. *Similem rem alio loco et tempore gestam narrat Vinc. Prag., SS. XVII, p.* 665. 2) *Cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 396, *n.* 28; *Ann. Bartholiani, Langebek, SS. rerum Danicarum I, p.* 339, *qui hoc a.* 1128. *factum esse pro certo affirmant, dubiae vel nullius auctoritatis sunt.* 3) *V. supra c.* 14 */p.* 28, *l.* 30 *sq./. L.* 4) 1. *Reg.* 14, 52: quemcumque viderat . . . virum fortem . . ., sociabat eum sibi. 5) *Filium, ut videtur, Buthue occisi a.* 1074/75. *V. supra c.* 26. *L.* 6) *Ps.* 149, 8: in manicis ferreis. 7) *Cf.* 2. *Mach.* 9, 25: et scripsi ad eum quae subiecta sunt; 1. *Mach.* 10, 20: Et quae nostra sunt sentias.

sacerdote Ludolfo et ceteris qui de Faldera eidem loco mancipati[a] fuerant[b].

1130? (Nov. 13). In diebus illis obiit comes Adolfus[1], habuitque duos filios. Quorum senior Hartungus[c], vir militaris, habiturus erat comeciam. At iunior filius Adolfus litterarum studiis deditus erat. Contigit autem imperatorem Lotharium cum grandi expedicione ire in Boemiam. (1126. Febr. 18). Ubi interfecto Harthungo[d] cum multis nobilibus[2] Adolfus accepit comeciam terrae Nordalbingorum[e], vir prudens et in divinis et humanis rebus exercitatissimus. Preter facundiam enim Latinae et Teutonicae linguae Slavicae nichilominus linguae gnarus erat.

De Nicolao. Capitulum L[f].

1130. (Nov. - Dec.) Circa tempus dierum illorum accidit, ut Kanutus rex Obotritorum veniret Sleswich habiturus cum patruo suo Nicolao curiale colloquium. Cum autem populus venisset in concionem, et rex senior sedisset in trono[g] indutus cultu regio[3], Kanutus assedit ex opposito, gestans et ipse coronam regni Obotritorum[h] stipatusque satellitum agmine. Sed cum rex patruus videret nepotem suum in fastu regio sibique nec assurgere nec osculum ex more dare, dissimulata iniuria transiit ad eum oblaturus ei[i] salutacionem cum osculo. Cui ille occursans ex medio sese per omnia patruo et loco et dignitate adequavit. Quod factum Kanuto letale[k] odium conscivit. Nam Magnus filius Nicolai cum matre[4] huic spectaculo assidens, incredibile dictu est, quanta ira exarserit, dicente ad eum matre sua: 'Nonne vides, quia nepos tuus sumpto sceptro iam regnat? Arbitrare ergo eum hostem[l] publicum, qui vivente adhuc patre tuo nomen sibi regium[m] usurpare non timuit. Quod si longius dissimulaveris et non occideris eum, scito[n] te et

a) mancipaci *corr.* mancipati 1. b) erant *edd.* c) harthungus 2. *L.* d) *sic h. l.* 1. 2. e) *in margine cod.* 1 *adscripsit manus saec. XV:* Ecce iam septimo patet idem. f) LI. 1. *S.* g) throno 2. h) Obotritorum regni *signis adscriptis transposita* 2. i) ei *om.* 2. *R. B. L.* k) etale *manu C corr.* letale 1. l) hostem eum 2. m) regnū 1. 2, *a scriba corr.* regiū 1; regni *edd.* n) sito *manu C corr.* scito 1.

1) *Cf. W. Fricke, 'Untersuchungen zur älteren Holsteinischen Geschichte' (Jena* 1907*) p.* 42 *sqq.; 'N. Archiv' XXXIII, p.* 561 *sq.* 2) *Cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 75 *(n.* 37*) sqq.* 3) *Cf.* 3. *Reg.* 22, 10: Sedebant . . in solio . . vestiti cultu regio. 4) *Margareta.*

vita et regno ab eo privandum'[1]. His[a] itaque verbis 1130. instimulatus cepit insidias moliri, ut Kanutum occideret. Quod sentiens Nicolaus rex convocat universos principes regni[2] deditque operam, ut iuvenes dissidentes confede- *(Dec.)*. raret. Dissensionibus igitur ad pacem inclinatis iurata sunt utrimque[b] federa. Sed pactiones istae apud Kanutum firmae, apud Magnum dolis oblitae sunt. Statim enim, ut ficta soliditate animum eius investigat et omni suspicionis malo vacuum considerat, rogat Kanutum Magnus, ut occurrat sibi ad singulare colloquium. Dissuadet Kanuto uxor[3] exitum timens insidias, simul etiam exasperata sompnio[c], quod preterita nocte viderat. Nec tamen vir fidelis retineri potuit, sed, sicut laudatum[4] fuerat, occurrit ad locum placiti, comitatus[d] quatuor tantum[e] viris[5]. Adest Magnus cum viris totidem[f] 1131. amplexatumque deosculatur[g] nepotem, consederuntque tractaturi negocia. Nec mora, surrexerunt[h] insidiae de latebris suis percussumque Kanutum interfecerunt, diviso- *(Ian. 7)*. que membratim corpore crudelitatem etiam in mortuo exsaturare gestierunt. Et multiplicatae sunt a die illa perturbaciones et intestina bella in Dania, de quibus in consequentibus aliquantisper commemorandum[i] est, eo quod provinciam Nordalbin*gorum vehementer attigerint. *p. 51. Audito enim[k] sinistro hoc nuntio Lotharius[l] imperator cum coniuge sua Rikenza non modice contristati sunt, eo quod[m] corruerit vir imperio amicicia coniunctissimus[n]. Venitque cum gravi[o] exercitu[6] prope civitatem Sleswich ad vallum illud notissimum Dinewerch[p. 7] ulturus mortem funestam optimi viri Kanuti. Consederat e regione

a) Hiis 2. b) utrūque 2. c) sompno 1. 1a. d) comi|catus 1. e) tantum quatuor 2. f) totidem viris *edd. L.* g) deosculabatur 1. 1a. h) insurrex., in *delet.* 2. i) mo *manu C superscr.* 1; commorandum *edd.* k) autem *edd.* l) latharius 2. m) quot *manu C corr.* quod 1. n) conuinctissimus 1. o) grandi *edd.* p) Dinewerth *S. R.*

1) *Similia, attamen partim discrepantia in* concilio Ripensi *facta esse tradit Kanuti Vita altera, lectio* 4. *et* 5, *SS. XXIX, p.* 14. 2) Cum . . imminente die natalis Domini regis curia Roskildis conveniret *Vita altera l. l., ubi etiam traditur uxorem, ne exeat Kanutus, monuisse.* 3) *Ingeburgis.* 4) *V. c.* 27 *[supra p.* 54, *l.* 9*]. L.* 5) Puerum proditoris vir sanctus cum se tercio prosecutus est, *Kanuti Vita altera, lectio* 7, *l. l. p.* 15, *et ibid. n.* 5. 6) *Ann. Erphesphurt., [Monum. Erphesfurt. p.* 37*] a.* 1131: sex tantum . . milibus. *L; Bernhardi l. l. p.* 406, *n.* 59. 7) *V. Ann. [q. d.] Einhardi a.* 808, *[SS. rer. Germ. p.* 126*] et Saxon. Grammat. l. X, p.* 481 *sq. [SS. XXIX, p.* 62*] et [Ann. Ryenses, SS. XVI, p.* 392, *n.* 4*]. L.*

1131. Magnus cum inmenso Danorum exercitu defensurus terram suam. Sed territus[a] virtute Teutonici militis[b] apud cesarem inmenso auro et hominio impunitatem indemptus[c] est[1].

De Herico. Capitulum LI[d].

Videns ergo[e] Hericus, frater Kanuti natus de concubina, quia refriguit[f] cesaris ira, cepit armari in ultionem fraterni sanguinis currensque terra et mari congregavit multitudinem Danorum execrantium inpiam mortem[g] Kanuti. Sumptoque regio nomine cepit frequentibus bellis incursare Magnum, sed superatus, sed[h] fugatus est. Unde etiam Hericus Hasenvoth[i], id est pes leporis, propter fugam continuam appellatus est. Dania tandem exturbatus confugit in civitatem Sleswich. Illi autem[k] memores bonorum, quae impenderat eis Kanutus, receperunt virum, parati pro eo ferre mortem et exterminium. Quam ob rem Nicolaus et filius eius Magnus preceperunt omni populo Danorum, ut descen-1131/32. derent[l] ad pugnam Sleswich, crevitque obsidio in inmensum. Porro lacus ille, qui civitati adiacet, glacie concretus pervius erat, impugnaveruntque civitatem terra marique. Tunc Sleswicenses[m] miserunt nuntios ad comitem Adolfum offerentes ei centum marcas, ut cum gente Nordalbingorum civitati presidio foret. Sed et Magnus tantumdem obtulit, ut bello abstineret[n]. Inter haec comes incertus, quid ageret, consuluit maiores provinciae. Illi consuluerunt civitati subveniendum, eo quod mercibus eius sepe potirentur. Congregato igitur exercitu Adolfus comes transiit Egdoram fluvium[2], visumque ei fuit paululum subsistendum, quousque universus conveniret exercitus, eundumque[o] in terram[p] hostilem cum diligenti caucione. Sed populus predarum avidus retineri non potuit; tanta[q] festinantia preterlapsi sunt[3].

a) e (est) *add.* 2. b) multis 1. 1[a]. c) imdemptus 1. d) LII. 1. *S; nulla capituli distinctio* 2. e) igitur 1[a]. 2. — Ericus *edd. semper.* f) confriguit 2. g) caedem *edd.* h) *ita* 1. 2. *edd., manu C expunct. et superscr.* et 1; et *L.* i) hasennoch *manu C corr.* hasenuoth 1; Hasenvoeth *S. R.* k) eni 2. l) descenderet *R. B.* m) sleswicsenses 2. n) *sic edd.;* abstinerent 1. 2. *L, quod fortasse Helm. et scripsit.* o) eundeque *manu C corr.* eunduque 1. p) incerra *manu C corr.* interra 1. q) enim *add. R. B.*

1) *Cf. Bernhardi l. l. p.* 407, *n.* 60. 2) *Adolfum ab imperatore Lothario e Dania redeunte extremos curare iussum a Magno fugatum esse narrat Saxo Grammat. l. XIII, SS. XXIX, p.* 81. 3) *Eadem verba* (Tanta — preterlapsi sunt) *infra c.* 67.

ut venientibus primis ad silvulam Thievela[a, 1], novissimi 1131 32.
Egdoram fluvium vix attingerent. Audito igitur Magnus
comitis adventu elegit de exercitu mille loricatos abiit-
que in occursum exercitus, qui exierat de Holzatia, et
5 commisit cum eis prelium. Et fugatus est comes, per-
cussique populi Nordalbingorum attritione[b] maxima.
Comes autem et quotquot[c] fugerant de acie reversi per
Egdoram salvati sunt. Magnus igitur potitus victoria
reversus est ad obsidionem, frustrato tamen labore; nam
10 neque civitate neque hoste potitus est. Laxata enim
hieme[2] pariter et obsidione Hericus elapsus[d] venit in
maritimam Sconiae regionem, conquerens ubique in-
noxiam fratris cedem et proprias calamitates. Audiens
igitur Magnus, quia comparuit Hericus, accedente estate[3]
15 direxit expedicionem in Sconiam cum innumera classe. 1134.
At ille consederat e regione stipatus accolarum[e], licet
brevi, numero[f]. Soli enim Sconenses universis Danis
restiterant. Cum igitur[g] Magnus in sacro die pente- *(Iun. 4).*
costen[h, 4] aciem urgeret ad congressum[5], dixerunt ad
20 eum venerabiles pontifices: 'Da gloriam Deo celi et
habe reverentiam diei[6] tantae et quiesce hodie, pugna-
turus in crastinum'. Qui monita contempnens aggressus
est prelium. *Produxit*que Hericus[i] *exercitum* suum *et* 1. *Mach.* 11, 15.
occurrit ei in manu valida. Ceciditque Magnus in die
25 illa, percussaque sunt[k] universa Danorum agmina a[l] viris
Sconensibus et ad internicionem deleta. Et factus est
Hericus ea victoria insignis, et creatum est ei nomen
novum, ut Hericus Emun[m], hoc est memorabilis, appel-
laretur. Porro Nicolaus rex senior navi elapsus venit
30 Sleswich percussusque est a viris civitatis in gratiam *(Iun. 25).*
victoris. Ultusque[n] est Dominus sanguinem Kanuti,
quem interfecit Magnus, prevaricator iurisiurandi, quod[o]

a) Theivela 3. b) attrione 1. c) quotq̊ (quotquod) 1. d) lapsus 2.
e) occol. *post corr.* accol. 2. f) numero *statim delet. et a librario adscriptum* mu-
35 nera 2. g) ergo *edd. L.* h) pentecostes *edd. L.* i) hericus *alio atram. mutatum*
hericus 2. k) sunt *om.* 2. l) et *post corr.* a 2. m) Enu *S;* Enum *R.* n) Ultus
ē q; ē, *prius* ē *delet.* 2. o) quot *manu C corr.* quod 1.

1) *Ubi nunc villa Jagel, quae olim Dyavel dicebatur, in myrica
Croppiana (Kropper Haide), quae tribus fere miliaribus distat ab Egdora
40 fluvio. L.* 2) *Hiemem anni* 1131. *et* 1132. *in. fuisse veri simile est;
Bernhardi l. l. p.* 537, *n.* 29. 3) *Plures anni, quibus Hericus et
Magnus saepius pugnaverunt, interfuerunt.* 4) *Cf. Libri memor. Lund.
[ed. C. Weeke p.* 141*]; Ann. Erphesphurt. h. a. Dies pentecostes incidit
a.* 1134. *in Iunii diem* 4; *Ann. Ryenses a.* 1135. *L; Bernhardi l. l.
45 p.* 543 *sq.* 5) *Cf. supra p.* 76, *n.* 5. 6) *Cf.* 2. *Mach.* 15, 1. 2.

iuravit. Et regnavit Hericus in Dania, generavitque *ex concubina Thunna[a] filium nomine Suein. Sed et Kanuto erat filius nobilis Waldemarus[b], Magnus quoque genuit Kanutum. Remanseruntque haec regalia incrementa Danorum populis, in quibus exercerentur, ne forte amisso usu preliandi quandoque insolescerent[c]. Solis enim civilibus[d] bellis prepollent[1]. *p. 52.

De ritu Slavorum. Capitulum LII[e].

1131—1134.

Postquam igitur mortuus est Kanutus cognomento[f] Lawardus[g] rex Obotritorum, successerunt in locum eius[h] Pribizlaus atque Niclotus, bipartito[i] scilicet[k] principatu, uno scilicet Wairensium[l] atque Polaborum, altero Obotritorum provinciam gubernante[2]. Fueruntque hii duo truculentae bestiae, Christianis valde infesti. Invaluitque in diebus illis per universam Slaviam multiplex ydolorum cultura errorque supersticionum. Nam preter lucos atque penates, quibus agri et opida[m] redundabant, primi et precipui erant Prove[n] deus Aldenburgensis terrae, Siwa[o] dea Polaborum[p], Radigast deus terrae Obotritorum. His dicati erant flamines et sacrificiorum libamenta multiplexque religionis cultus[3]. Porro sollempnitates diis dicandas sacerdos iuxta sortium nutum denuntiat, conveniuntque viri et mulieres cum parvulis mactantque diis suis hostias de bobus et ovibus, plerique etiam de hominibus Christianis, quorum sanguine deos suos oblectari iactitant. Post cesam hostiam sacerdos de cruore libat, ut sit efficacior oraculis capescendis[q]. Nam demonia sanguine[r] facilius invitari multorum opinio est. Consummatis iuxta morem sacrificiis populus ad epulas et plausus convertitur. Est autem Slavorum mirabilis error; nam in conviviis et compotacionibus suis pateram circumferunt, in quam[s] conferunt, non dicam consecracionis, sed execracionis verba sub nomine deo-

a) Kunna 4; Chunna 1[a], *quod legendum esse coniecit L.* b) Waldemar 2. c) mollescerent 4. d) ciuibus 2. e) LIII. 1. *S.* f) ɔgnomento 1. g) Laward 2. *L.* h) suum 2. i) bibertito 1. k) scilicet *om. edd. L.* l) warrensium 1; Wagirensium *edd. L.* m) *sic h. l.* 1. 1[a]. 2. n) Prone 3. o) Siwe 2; Synna 3; fuit *add.* 1. 1[a]. p) id est Raceburgencium *add.* 1. 1[a]; dat weren de Ratseborger *Chronik der nordelb. Sassen p.* 63. q) *sic* 1. 2. r) sang. daem. *edd.* s) quem 1. 1[a]. 2.

1) *Cf. c.* 65. *L.* 2) *Cf. supra c.* 49 *[p.* 97*]. L.* 3) *De deis et cultu Slavorum cf. G. Krek, 'Einleitung in die slavische Literaturgeschichte' (Graz* 1874*) p.* 97—112; *Hauck, 'KG. Deutschlands' III* (3. *et* 4. *ed. Leipzig* 1906), *p.* 84 *sq.*

rum, boni scilicet atque mali, omnem prosperam fortunam a bono deo, adversam a malo dirigi profitentes. Unde[a] etiam malum deum lingua sua[b] Diabol sive Zcerneboch[c], id est nigrum deum, appellant. Inter multiformia autem Slavorum numina prepollet Zuantevith[d], deus terrae Rugianorum[1], utpote efficacior in responsis, cuius intuitu ceteros quasi semideos estimabant. Unde etiam in peculium honoris annuatim hominem Christicolam, quem sors acceptaverit[2], eidem litare consueverunt. Quin et de omnibus Slavorum provinciis statutas[e] sacrificiorum impensas illo transmittebant. Mira autem reverentia circa fani diligentiam affecti sunt; nam neque iuramentis facile indulgent neque ambitum fani vel in hostibus temerari paciuntur[3]. Fuit preterea Slavorum genti crudelitas ingenita, saturari nescia, inpaciens otii, vexans regionum adiacentia terra marique. Quanta enim mortium genera Christicolis intulerint, relatu difficile est, cum his quidem viscera extorserint palo circumducentes, hos cruci affixerint, irridentes signum redemptionis nostrae. Sceleratissimos enim cruci subfigendos[f] autumant. Eos autem, quos custodiae mancipant[g] pecunia redimendos, tantis torturis et vinculorum nodis[h] plectunt, ut ignoranti vix opinabile[i. 4] sit[k].

De edificatione Segeberch. Capitulum LIII[1].

1134—1136? Cum igitur inclitus cesar Lotharius et reverentissima[m] coniunx eius Rikenze[n] plenam erga divinum cultum devocionis[o] curam gererent, adiit eum sacerdos Christi Vicelinus Bardewich consistentem[5] et suggessit

a) ideo *edd.* b) sua lingua *edd. L.* c) Zcerneboth 1. 1[a]. d) Zvantevich 1. 2. e) statuas 1. 1[a]; sacrificiorum statuas 2. f) affigendos *edd.* g) mansipant 2. h) modis 2. i) obinabile *corr.* opinabile 1. k) est 2. l) LIIII. 1. *S.* m) reverendissima *edd. L.* n) rikense 1. 1[a]. o) devocionis *om. S. (R).*

1) *Cf. supra c.* 6. [36. 38.] *et infra l. II, c.* 12. *L.* 2) *Cf. supra p.* 1, *n.* 1. *L.* 3) *Eadem vide c.* 83. (84). *L.* 4) *Cf. supra p.* 85, *l.* 13. *L.* 5) *A.* 1131. *hoc factum esse suspicatus est Bernhardi p.* 405, *n.* 57; *Lotharium suadente Vicelino a.* 1131. *castrum aedificari iussisse, a.* 1134. *aedificatum inspexisse vult P. Bahr, 'Nordalbingische Studien' p.* 48—51. *Quod ne credamus, repugnant Helmoldi verba* transmisso amne *etc., ex quibus haec omnia uno eodemque tempore facta ab Helmoldo referri colligere debemus; cf. Böhmer, 'Vicelin' p.* 42. 44; *alia quae attulit ibidem et p.* 100 *sqq., nullius momenti sunt. — Secundum Helmoldi rationem narrandi haec inter a.* 1134. *(c.* 51. *circa finem) et* 1136. *(c.* 54. *in.) facta esse colligendum videtur.*

1134— 1136? ei, ut Slavorum genti secundum datam sibi celitus potentiam aliquod salutis remedium provideret. Preterea intimavit ei, quia in Wairensi[a] provincia mons haberetur aptus, cui propter tutelam terrae regale possit castrum imponi. Nam et Kanutus rex Obotritorum olim eundem montem occupaverat[1], sed miles illic positus inmisso noctu latrone captus est dolo senioris Adolfi metuentis se a Kanuto, si forte invalesceret, facile posse premi. Imperator igitur[b] audito sacerdotis prudenti consilio transmisit viros idoneos, qui specularentur aptitudinem montis. Certior igitur factus verbis nuntiorum[c] transmisso amne[2] venit in terram Slavorum ad locum destinatum. Precepitque omni populo Nordalbingorum[d], ut occurrerent ad edificacionem castelli. Sed et principes[e] Slavorum aderant in obsequium imperatoris, *facientes*[f] *operacionem,* sed cum grandi tristicia, eo quod sentirent clam sibi suscitari pressu*ram. Dixit igitur quidam principum Slavorum ad alterum: 'Vides hanc structuram firmam et preeminentem[g]? Ecce vaticinor tibi, quia castrum hoc erit[h] iugum universae terrae; hinc enim egredientes primum effringent[i] Plunen, deinde Aldenburg atque Lubeke, deinde transgressi Trabenam Racesburg et omni Polaborum terra abutentur. Sed neque Obotritorum[k] terra effugiet manus eorum[3]'. Cui ille respondit: 'Quis nobis malum hoc paravit, aut regi montem hunc quis prodidit[4]?' Ad quem princeps: 'Vides', inquit, 'homuncionem illum calvum, stantem prope regem? Ille induxit super nos universum malum hoc[5]'. Perfectum est igitur[l] castrum et numeroso milite communitum[m] vocatumque Sigeberg[n]. Posuitque in eo quendam satellitem suum Herimannum[o], qui castro preesset. Nec his[p] contentus ordinavit fundacionem novae ecclesiae ad radices eiusdem montis, deputans in subsidium[q] divini cultus et stipendia fratrum illic adunandorum sex

Ps. 106, 23. — *p. 53.

a) Wagirensi *edd. L.* b) ergo *edd. L.* c) iinicorum *alia manu corr.* Nunciorum 2. d) *in marg. cod.* 1 *manu saec. XV:* Ecce iam octavo patet. e) princeps . . . aderat 2. f) facientem 2. g) preminentem 2. *L.* h) erat 2. i) effrigent *manu C corr.* effrigent 1. — Plumen *S.* k) obotricorum 1. 2. l) ergo est *edd.* m) commonitum *corr.* communitum 2. n) Sigeberoh *semper L.* o) Hermannum *edd.* p) hiis *saepe* 2. *L.* q) subdium 1.

1) *V. supra c.* 49 *[p.* 97*]. L.* 2) *Scil. Albi. L.* 3) *Cf. Ier.* 38, 23: non effugies manus eorum, *et alios locos Vulgatae.* 4) *Nota rythmum verborum* Quis — prodidit. 5) 3. *Reg.* 9, 9: idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc; *cf.* 2. *Esdr.* 13, 18.

vel eo amplius oppida[a. 1], iuxta morem privilegiis constabilita. Porro dispensacionem eiusdem basilicae commisit domno Vicelino, ut edificiis subrigendis[b] et personis coadunandis instaret propensius. Idem quoque 5 fecit de Lubicensi ecclesia, precipiens Pribizlavo sub obtentu gratiae suae, ut memorati sacerdotis vel qui vicem eius egissent[c] plenam gereret diligentiam. Proposuitque, ut ipse protestatus est, omnem Slavorum gentem divinae religioni subigere et de ministro Christi 10 statuere pontificem magnum. 1134—1136?

Obitus Lotharii imperatoris. Capitulum LIIII[d].

His ita[e] peractis[f] imperator, ordinatis rebus tam Slavorum quam Saxonum, dedit ducatum Saxoniae 15 Heinrico, genero[g] suo, duci Bawariae, quem etiam secum assumens paravit secundam profectionem in Italiam[2]. Interea domnus Vicelinus, legacionis sibi creditae sollers curator, idoneas[h] ewangelio personas ad *opus ministerii* conscivit; ex quibus venerabiles sacerdotes 20 Ludolfum[i. 3], Herimannum[k. 4], Brunonem in Lubeke constituit, Luthmundum[3] cum ceteris Sigeberg esse mandavit. Iactumque[l] est misericordia Dei et virtute Lotharii cesaris[5] seminarium novellae plantacionis in Slavia. Sed accedentibus ad servitutem Dei[6] non desunt 25 temptaciones: sic[m] et patres novellae ecclesiae permaximas invenere iacturas. Imperator enim bonus, cuius erga vocacionem gentium virtus probata, postquam Roma cum Italia potitus est, Rogerum[n] quoque

1136. (Aug.)

Eph. 4, 12.

a) opida 2. b) suberigendis *edd.; cf. infra p.* 113, *l.* 8. c) egisset *edd.* 30 d) LV. 1. *S.* e) itaque 1[a]. 2. f) s *in loco raso* 1. g) genere *corr.* genero 1. 2. h) idoneos *manu C corr.* -neas 1. i) lodolfum 1. 1[a]. *L.* k) herinanum 1. l) Factumque 2. 3. *edd.* m) ſƷ (sed) 1. 1[a]; sed *perscript.* 2. n) Rogerium *edd.*

1) *Nomina oppidorum, i. e. villarum, vide in Versibus de Vicelino v.* 125 *sq. et in diplomatibus imperatorum Lotharii et Conradi a.* 1137. 35 *Mart.* 17. *et* 1139. *Ian.* 5. *[St. nr.* 3348. 3384*]. L. Sed utrumque diploma dubiae fidei est; cf. locos supra p.* 92, *n.* 1. *laudatos, praeterea Bernhardi, 'Lothar' p.* 800, *n.* 27; *Bahr, 'Nordalbing. Studien' p.* 37 *sqq.; J. Schultze, 'Die Urkunden Lothars III.' (Innsbruck* 1905*) p.* 129 *sqq.* 2) *Cf. Bernhardi, 'Lothar' p.* 604, *n.* 34. 3) *De Ludolfo cf. supra* 40 *c.* 47 *(p.* 93 *sq.).* 48 *(p.* 95*); de Lutmundo c.* 47. *L.* 4) *Hermannus postea praepositus in Faldera; vide c.* 93. (94). *L.* 5) *Cf. supra p.* 20, *n.* 1. 6) *Eccli.* 2, 1: Accedens ad servitutem Dei . . . praepara animam tuam ad tentationem.

1137. (Dec. 3). Siculum Apulia pepulit[a], cum iam redire pararet, inmatura morte preventus est. Conturbati[b, 1] sunt hac fama omnes potestates imperii, virtus quoque Saxonum tanto principe illustrata penitus concidisse[c] visa est; et in Slavia res ecclesiasticae labefactatae sunt. Statim enim, ut corpus defuncti cesaris perlatum est in Saxoniam et Lutture[d] tumulatum, ortae sunt sediciones inter Heinricum regis generum et Adelbertum[e] marchionem, contendentium[f] propter ducatum Saxoniae. Conradus autem rex in solium regni levatus Adelbertum[g] in ducatu firmare nisus[h] est, iniustum esse perhibens quemquam principum duos tenere ducatus[2]. Nam Heinricus duplicem sibi vendicabat principatum[i], Bawariae atque Saxoniae. Bellabant igitur hii duo principes, 1138. duarum sororum filii, intestinis preliis, et commota est universa Saxonia[3]. Et quidem Adelbertus preripiens[k] castrum Lunenburg[l] cum civitatibus Bardewich atque Brema occidentali Saxonia potitus[m] est[4]. Sed et Nordalbingorum[n] fines partibus eius appliciti sunt. Quam ob rem comes Adolfus provincia pulsus est, eo quod fidem iuratam imperatrici Rikenze[o] et genero[p] eius temerare noluisset[5]. Comeciam eius, urbes et servitia Heinricus de Badwide[q, 6] beneficio[r] Adelberti[g] assecutus est. Sed et castrum Sigeberg in custodiam accepit, mortuo scilicet Herimanno ceterisque[s] exturbatis[t], quos cesar imposuerat.

a) repulit *corr.* pepulit 1. b) *ita* 1. 1[a]. *S. Alb. Stad., qui vocem* potestates *in* principes *mutavit;* conturbati *a librario corr.* -bate 2, *et ita R. B. L.* c) conscidisse 2. d) lutt'e (luttere) 2. e) albertum 1. 1[a]; Adalbertum *L.* f) contendentes *legendum est, quod et habet Alb. Stad.; eadem verba infra p.* 109, *l.* 14. g) Adalbert. *semper edd. L.* h) uisus 1. 1[a]; visus *corr.* nisus 2. i) ducatum 2. k) precipiens *(ita Alb. Stad.) corr.* preripiens 2. l) Luneburg *edd.* m) potititus 1. n) *in marg. cod.* 1. *manu saec. XV:* Ecce iam nono patet idem. o) rikeze 1. 1[a]. p) generi *manu C corr.* genero 1. q) *ita* 1, *manu saec. XV. mutatum* bardwide; bardewich 2; Badenick 4. r) de beneficio 2. s) et ceteris *edd. L.* t) pturbatis *manu C corr.* exturbatis 1.

1) *Vocem* potestates *Helm. pro* principes *usurpare videtur ut in Vulg. Luc.* 12, 11. *Rom.* 13, 1. *Tit.* 3, 1; *cf. supra p.* 55, *l.* 27, *p.* 59, *l.* 5, *infra c.* 59. 90. (91); *quare lectionem codicum mutare nolui.* 2) *Eadem verba infra c.* 72. 3) *Matth.* 21, 10: commota est universa civitas; *Ier.* 8, 16: commota est omnis terra, *etc.* 4) *De his bellis cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 59 *sqq.* 5) *Cf. supra p.* 36, *n.* 4. 6) *Badwide nunc esse Bode villam praefecturae Ebstorf ducatus Luneburgensis demonstrat v. Hammerstein in 'Zeitschrift des hist. Vereins f. Niedersachsen'* 1853. *p.* 235 *sq. et* 1855. *p.* 355 *sq. L. Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 61, *n.* 24.

Persecucio Pribizlai. Capitulum LV[a].

His igitur turbulentiis usquequaque per Saxoniam[b] 1138. concitatis Pribizlaus de Lubeke occasionem nactus *p. 54. assumpta latronum manu suburbium Sige*berg et omnia 5 circumiacentia, in quibus Saxonum erant contubernia, penitus demolitus est. Ibi oratorium novum et monasterii recens structura[1] igne consumpta sunt. Volkerus, frater magnae simplicitatis, ictu gladii percussus est. Ceteri fratrum, qui evaserant, ad Falderensem portum 10 refugerunt[c, 2]. Ludolfus autem sacerdos et qui cum eo Lubeke demorati sunt ea vastitate non sunt dissipati, eo quod in castro et tuicione degerent Pribizlavi, stantes utique[d] loco et

tempore difficili et pleno formidine mortis[3].

15 Preter egestatem enim[e] et cottidiana[f] vitae pericula cogebantur aspicere vincula et varia tormentorum genera Christicolis illata, quos latronum manus passim captivare solebat. Non multo post[4] venit quidam Race de semine Crutonis[g] cum classica manu, arbitratus se hostem suum 20 Pribizlaum[h] Lubeke reperturum[i]. Duae enim cognaciones[k] Crutonis atque Heinrici propter principatum contendebant. Cum igitur Pribizlaus adhuc fortuitu[l] abesset, Race cum suis castrum et circumiacentia demoliti sunt. Sacerdotes inter arundineta salvati Falderense 25 presidium apprehenderunt.

Venerabilis ergo sacerdos Vicelinus ceterique predicatores verbi gravi mesticia confecti sunt, eo quod[m] novella plantatio[5] in ipsis iniciis emarcuerit, continueruntque se in Falderensi ecclesia orationibus et ieiuniis 30 assidue intenti. Quanta vero austeritate, quanta ciborum temperantia omnique conversacionis perfectione Falderense illud collegium primitus claruerit, non satis explicari potest. Dedit igitur[n] eis Dominus[o] gratiam sanitatum[6], iuxta quod ipse[p] pollicitus est: infirmos *Matth.* 10, 8.

35 a) LVI. 1. *S.* b) per Saxoniam usquequaque *edd.* c) refugierunt 2. d) ubique 2. e) enim egestatem 2. f) cotidiana 2. g) critonis *alio atram. corr.* crictonis 2. h) pribislaum 2. i) repert. Lub. 2. *edd.* k) 9naciones 1; cognaciones 2. l) *conieci O. H.-E.;* fortunatus esset 1. 2. *edd.;* forinsecus esset *L;* Pribizl. abesset *Alb. Stad.; Chron. d. nordelb. Sassen:* Pribisl. to Lubeke nicht en was. m) quot 40 *manu C corr.* quod 1. n) ergo *edd. L.* o) deus 2. p) ille *radendo et alia manu corr.* ipe 2.

1) *Cf. supra p.* 13, *n.* 2. 2) *Ita et supra p.* 95, *l.* 26. 3) *Cf. Verg. Aen. VII,* 608: et saevi formidine Martis. 4) *Media aestate, ut videtur, anni* 1138. *L.* 5) *Ps.* 143, 12: novellae plantationes. 45 6) 1. *Cor.* 12, 9: (datur) alii gratia sanitatum.

1138. curare[a], demones effugare. Quid enim dicam de arrepticiis? Obsessorum, qui late advecti sunt, plena erat domus, ita ut fratres quiescere non possent[b], clamantes[c] sanctorum virorum presentia ignes suos accendi[1]. Sed quis illuc venit et Dei gratia liberatus non est? In diebus illis contigit virginem quandam Ymme dictam vexari a demone et ad Vicelinum sacerdotem perduci. Quem[d] cum interrogacionibus urgeret, cur vas incorruptum ipse auctor corruptelae temerare presumpsisset, ille diserta voce respondit: 'Quia', inquit[e], 'tercio me offendit'. 'In quo', ait, 'te offendit?' 'Quia', inquit[e], 'negocium meum prepedivit. Bis enim transmisi[f] fures ad perfodiendum domum, sed haec assidens focis clamoribus suis eos absterruit. Nunc quoque legacione principis nostri in Daniam functurus hanc in via offendi ulturusque[g], quod michi tercio offendiculo fuerit[h], subter ipsam devolutus sum'. Sed cum vir Dei coniuracionum verba adversus eum coacervaret, ille ait[i]: 'Cur', inquit[e], 'propellis paratum ultro egredi? Iam enim abibo ad proximam villam visitaturus[k] sodales meos, qui illic[l] delitescunt. Hoc etenim in mandatis accepi, priusquam in Daniam proficiscar'. 'Quod tibi', ait, 'nomen, et qui socii tui? aut cum quibus habitant?' 'Ego', inquit[e], 'Rufinus vocor; porro sodales mei, de quibus requiris, duo hic sunt, unus cum Rothesto[m], alter cum muliere quadam eiusdem oppidi[n]. Hos igitur hodie visitabo, crastina, priusquam signum ecclesiae primam increpuerit, huc valedicturus[o] revertar et ita demum in Daniam proficiscar'. Et haec dicens egressus est, virgo quoque passione[p] vexacionis liberata. Tunc iussit eam sacerdos refici et crastina ante horam primae[q] ad ecclesiam reduci. Quam cum parentes proximo mane ad ecclesiam ducerent, priusquam limen[r] calcarent, et prima pulsari et vexari virgo cepit. Nec tamen boni pastoris[2] diligentia

a) sanare *S;* sanate *R. B.* — effugate *B.* b) possunt 2. c) *ante* clamantes *quaedam verba, quibus de daemonibus agebatur* (*fere:* propter demones), *excidisse puto; nam* clamantes — accendi *ad* fratres *trahi non posse apparet.* d) Qm (Quoniam) 2. e) inquid 1. f) misi 2. g) ulcturusque 2, *ubi* ulct. — tercio offendi[culo] *alia manu coaeva in marg. suppl.* h) affuerit, af *delet.* 2. i) ait *om. edd., reiecit L.* k) isitaturus *alia manu coaeva corr.* visitaturus 2. l) ibi *edd.* m) rotheseo 2. n) opidi 2. o) maledicturus *radendo corr.* ualedicturus 1. p) passioȝ *corr.* passioe 2. q) primam 2. r) lumen *corr.* limen 1.

1) *Chron. Holtzatiae c.* 14, *SS. XXI, p.* 261: demones ab obsessis eiciebantur, clamantes igne virorum sanctorum uri. *Vide n.* c. 2) *Ioh.* 10, 11: bonus pastor.

prius abstitit, quam idem[a] spiritus presidentis potentia Dei actus abscessit. Porro ea quae de Rothesto[b] predixerat rei exitus probavit[1]; nam in brevi maligno spiritu acerrime correptus laqueo semet strangulavit.

5 In Dania quoque occiso Herico[2] perturbacio gravis erupit, adeo ut oculis probari potuerit magnum eo dyabolum adventasse in afflictionem gentis illius. Bella enim et tempestates[c], pestilentias et cetera humano generi inimica demonum ministerio fieri quis nesciat? 1137. *(Sept. 18).*

10 Obitus Heinrici ducis. Capitulum LVI[d].

Agitabantur autem, sicut in Dania, sic et in Saxonia variae bellorum tempestates, intestina scilicet prelia magnorum principum, Heinrici Leonis[3] et Adelberti, contendentium propter ducatum[e] Saxoniae. Super 15 omnia autem Slavicus[f] furor propter occupationes Saxonum veluti ruptis loris effervescens Holzatorum fines inquietabat, adeo ut Falderensis pagus iam pene in solitudinem redigendus[g] esset propter cotidianas interfectiones hominum villarumque[h] depredaciones. 20 Inter has tribulacionum angustias Vicelinus sacerdos ortabatur[i] populum [in Deo[k]] spem suam constituere, agere letanias in *ieiunio et attricione cordis, eo quod dies mali instarent. Heinricus itaque, qui comeciam administrabat, vir ocii impaciens et strennuus[l] in armis, 25 congregato latenter de Holzatis et Sturmariis[m] exercitu[n] hiemali tempore[4] intravit[o] Slaviam, aggressusque eos qui pre manibus erant et quasi sudes defixae in oculis[5] Saxonum, percussit eos plaga magna[6], omnem scilicet terram Plunensem[p], Lutilenburgensem, Aldenburgensem 30 omnemque regionem quae inchoat a rivo Sualen et clauditur mari Baltico et flumine Trabena. Omnem hanc terram una incursacione[q] preda et in- 1138/39. *p. 55.

a) idem *om. edd.* b) rodesco 2. c) te *alia manu superscr.* 2. d) LVII. 1. *S.* e) Sax. duc. *R. B. L.* f) sclavicus *h. l.* 2. g) g *supra lineam supplet.* 1. h) nullarumque 35 *statim corr.* uillarumque 1. i) *ita* 1. 2, *alia manu corr.* hortabatur 2. k) in Deo *om.* 1. 2; *primum editorem ex coniectura supplevisse puto.* l) strunnus, e *superscripto corr.* streunnus 1. m) sturmaris 2. n) excercitu 2. o) in *addit* 2. p) Plunensen, lutilenburgensen, aldenburgensen 1. q) incursione 1[a]. 2. *edd.*

1) *Gen.* 41, 13: Rei probavit eventus. 2) *Occisus est a.* 1137. 40 *Sept.* 18; *Libri memor. Lund. [ed. C. Weeke p.* 239 *sq.] L. Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 298, *n.* 7. 3) *Vulgo dicti Superbi. Cf. idem supra c.* 35 */p.* 69*/. L.* 4) 1138—1139. *L.* 5) *Ios.* 23, 13: sint vobis ... sudes in oculis vestris. 6) 1. *Reg.* 23, 5: percussit eos plaga magna.

cendio vastaverunt preter urbes, quae vallis et seris munitae obsidionis propensius studium perquirebant. 1139. Proxima estate Holzati se mutuo adhortantes etiam sine comite castrum Plunen adierunt divinoque adiuti[a] presidio municionem hanc ceteris firmiorem preter spem obtinuerunt, Slavis, qui inibi erant, occisioni traditis. Gesseruntque eo anno bellum perutile vastaveruntque crebris incursibus[b] terram Slavorum feceruntque eis, ut sibi facere proposuerant, omni terra eorum in solitudinem redacta[1]. Habueruntque Holzati pro omine[c] bellum illud Transalbianum[d, 2] Saxonum, eo quod invenissent libertatem ulciscendi[e] se de Slavis, nemine[3] scilicet obsistente. Nam principes Slavos servare solent tributis suis augmentandis. Postquam igitur Heinricus, gener Lotharii regis, auxilio socrus Rikenze imperatricis ducatum obtinuit et nepotem suum Adelbertum Saxonia deturbavit[4], Adolfus comes rediit in comeciam suam. Videns autem Heinricus de Badewid[f], quia subsistere non potest[g], succendit castrum Sigeberg arcemque firmissimam Hammemburg, quam comitis Adolfi mater murato opere construxerat[h], ut esset firmamentum urbi contra impetus barbarorum. Hanc igitur domum et quicquid[i] nobile senior Adolfus construxerat Heinricus fugam[k] meditans demolitus est. Post haec Heinricus Leo[5] cepit armari adversus Conradum regem duxitque contra eum exercitum in Thuringiam, ad locum qui[l] dicitur Cruceburg[6]. Bello itaque per inducias protracto (Oct. 20). dux rediit in Saxoniam et post non[m] multos dies mortuus est. Obtinuitque filius eius Heinricus Leo ducatum Saxoniae, puer adhuc infantulus[7]. Tunc domna Ghertrudis[n], mater pueri, dedit Heinrico[o] de Badewid[p] Wairensium[q] provinciam, accepta[r] ab eo pecunia, volens suscitare pressuras[8] Adolfo comiti[s], eo quod non diligeret

a) ti *e corr. post.* 2. b) incursionibus 1[a]. 2. *Alb. Stad.* c) omne 1. 2, *manu C corr.* omine 1. d) transalbinum 2. e) ulcissendi 2. f) bardewid *h. l.* 1; bardewich 2. g) posset *edd. L.* h) constuxerat 1. i) quitquid 1; quidquid *B. L.* k) fugans *radendo corr.* fugam 1; finitā *alia manu corr.* fugā 2. l) quo 2. m) non post 1. 1[a]. n) Gertrudis 2. *edd.* o) Henrico *R. B. L.* p) bardewid 1; bardew badewid, bardew *delet.* 2. q) Wairencium 1; Wagirensium *edd. L.* r) accepto 1. 2. s) ɔmiti 1.

1) *Exod.* 23, 29: ne terra in solitudinem redigatur; *Gen.* 47, 19. 2) *Cf. supra p.* 96, *n.* 1. 3) *Scil. principum Christianorum. L.* 4) *Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 79 *sq.* 5) *Cf. supra p.* 109, *n.* 3. *L; Bernhardi p.* 111 *sqq.* 6) *Cf. omnino de hoc bello Ann. Magdeburg. h. a. L; Bernhardi l. l. p.* 116. 7) *Decem annorum.* 8) *Philipp.* 1, 17: existimantes pressuram se suscitare.

eum [1]. Postquam autem eadem domna nupsit principi [a] Heinrico [2], fratri Conradi regis, et alienata est a negociis ducatus, accessit Adolfus comes ad ducem puerum et consiliarios eius acturus causam suam super Wairensi [b] terra, prevaluitque [c] et iustiori causa et auctiori [d] pecunia. Dissensiones [e] igitur, quae fuerunt inter Adolfum et Heinricum, taliter compacatae sunt, ut Adolfus Sigeberg et omni Wairorum [f] terra potiretur, Heinricus in recompensacionem [g] acciperet Raceburg [h] et terram Polaborum [3].

1142.

1143.

Edificacio civitatis Lubicanae. Capitulum LVII [i].

His vero in hunc modum ordinatis Adolfus cepit reedificare castrum Sigeberg cinxitque illud muro. Quia autem terra deserta erat, misit nuntios in omnes regiones, Flandriam scilicet [k] et Hollandriam [l], Traiectum, Westfaliam, Fresiam, ut, quicumque agrorum penuria artarentur [m], venirent cum familiis suis accepturi terram optimam, terram spaciosam [4], uberem fructibus, redundantem pisce et carne et commoda pascuarum [n] gratia. Dixitque Holzatis et Sturmariis [o]: 'Nonne vos terram Slavorum subegistis et mercati eam estis in mortibus [p] fratrum et parentum vestrorum? Cur igitur novissimi venitis [5] ad possidendum eam? Estote primi et transmigrate in terram [q] desiderabilem [6] et incolite eam et participamini deliciis eius, eo quod vobis debeantur optima eius, qui tulistis eam de manu inimicorum'. Ad hanc vocem surrexit innumera multitudo de variis nacionibus, assumptis [r] familiis cum facultatibus venerunt in terram Wairensium [s] ad comitem Adolfum,

1143.

a) principi *om. S. R.* b) Wagirensi *edd. L.* c) pualitque *manu saec. XV. corr.* pualuitque 1. d) auctori 2. e) dissensiores *manu C corr.* dissensiones 1. f) wayrorum 2; Wagirorum *edd. L.* g) compensacionem 1. 1ª. *L.* h) Racesburg *edd. L.* i) LVIII. 1. *S.* k) scilicet *om. edd.* l) Hollandiam *edd. L.* m) arcarentur 1; arcerentur 2. n) paruarum *corr.* pascuarum 1; pascuorum *R. B. L.* o) sturmaris 2. p) ti *manu recenti in loco raso* 2. q) in terram *om.* 1. 2. r) assumptisque *R. B.* s) wairencium 1. 2; Wagirens. *semper edd. L.*

1) 2. *Reg.* 12, 25. 1. *Reg.* 20, 17: eo quod diligeret eum (illum), *etc.* 2) *Marchioni Austriae Heinrico Jasomirgot Gertrudis nupsit a.* 1142. *m. Maio. L; Bernhardi l. l. p.* 279. 3) *A.* 1143. *post mortem Gertrudis, quae mortua est die Apr.* 18, *secundum Bernhardi l. l. p.* 318, *n.* 17. 4) *Exod.* 3, 8: in terram bonam et spatiosam, in terram quae fluit lacte et melle. 5) 2. *Reg.* 19, 11: Cur venitis novissimi ad reducendum regem. 6) *Ps.* 105, 24. *et saepius in Vulg.:* terram desiderabilem.

1143. *cf. Deut. 9, 28. 19, 8.* possessuri terram, quam eis pollicitus fuerat. Et primi quidem Holzatenses acceperunt sedes in locis tutissimis ad occidentalem plagam Segeberg[a. 1], circa flumen Trabenam, campestria quoque Zuentineveld et quicquid a rivo Sualen usque Agri*mesov[b. 2] et lacum Plunensem[c] extenditur. Dargunensem pagum[3] Westfali, Utinensem Hollandri[d], Susle[4] Fresi incoluerunt. Porro Plunensis adhuc desertus erat. Aldenburg vero et Lutilenburg et ceteras terras mari contiguas dedit Slavis incolendas, factique sunt ei tributarii. *cf. Iudic. 1, 30. 35.* *p. 56.

Post haec venit comes Adolfus ad locum qui dicitur Bucu invenitque ibi vallum urbis desolatae, quam edificaverat Cruto[e] Dei[f] tirannus, et insulam amplissimam gemino flumine cinctam[g]. Nam ex una parte Trabena, ex altera[h] Wochniza preterfluit, habens uterque paludosam et inviam ripam. Ex[i] ea vero parte, qua terrestre iter continuatur, est collis contractior, vallo castri prestructus. Videns igitur industrius vir competentiam loci portumque nobilem cepit illic edificare civitatem vocavitque eam Lubeke[5], eo quod non longe abesset a[k] veteri portu et civitate, quam Heinricus princeps olim constituerat. Transmisitque nuntios ad Niclotum Obotritorum principem componere cum eo amicicias, omnes nobiliores donariis sibi adeo astringens[l], ut omnes ei obsequi et terram[m] eius compacare decertarent[n]. Ceperunt igitur inhabitari deserta Wairensis provinciae, et multiplicabatur numerus[6] accolarum eius[o]. Vicelinus quoque sacerdos invitante pariter et adiuvante[7] comite[p] predia recepit, quae Lotharius imperator ad constructionem monasterii et

a) Sigeberg *edd.;* Sigeberch *L.* b) agrimeson 1. 1a. 2. *S. R.* c) plunensen — Dargunensen 1. d) Hollandi *edd.* e) cricto 2. f) olim *pro* Dei *edd.* g) cinctam *manu C superscr.* 1. h) alia 2. i) Et 2. k) ab 2. l) assurgens *alia manu corr.* asstringens 2; adstr. *edd. L.* m) terrae *S. R.* n) certarent *edd.* o) arum eius *in loco raso* 1. p) comite *in loco raso* 1.

1) *Inter Ahrensboeck et Eutin est hodie villa quaedam Holstendorf.* 2) *Vide Adam. Brem. II,* 15[b], *ubi audit* Agrimeshov. *Hodie Grimmelsberg, collis prope villam Tensebeck, ex [austro et] oriente Bornhöved. Cf. infra c.* 63. *L.* 3) *Dargune, locus hodie ignotus, e regione Ahrensboeck in Wagria, non, ut quidam autumaverunt, prope civitatem Rostock quaerendus est. L. Cf. J. v. Schröder et H. Biernatzki, 'Topographie der Herzogtümer Holstein und Lauenburg' I (Oldenburg* 1855*), p.* 6. 4) *Hodie Süssel, villa parochialis. L. Cf. A. Gloy, 'Der Gang der Germanisation in Ostholstein' (Kiel* 1894*) p.* 17 *sq.* 5) *Scil. a.* 1143. *Haec urbs Lübeck est hodierna. L.* 6) *Actus* 6, 7: multiplicabatur numerus discipulorum. 7) *Cf. supra p.* 83, *n.* 1.

subsidium servorum Dei iam olim sibi[a] coram castro Sigeberg[b] contradiderat[c]. 1143.

[LVIII].[d] Visum autem fuit eis[e] propter incommoda fori et tumultus castrenses monasterium in proximo oppido[1], quod Slavice Cuzalina, Teutonice Hagerestorp[f] dicitur, fundacione commodissimum esse. Misitque eo venerabilem sacerdotem Volcwardum[g] cum industriis[h] viris, qui oratorio[i] et claustralibus officinis subrigendis[k] operam darent. Porro forensis ecclesia in curam parrochiae ad radices[l] montis posita est. In diebus illis nobilissimus vir Thethmarus, domni Vicelini quondam discipulus et in studio apud Franciam socius, relicta prebenda et decania Bremensi devovit se Falderensi collegio[2], vir contemptor huius seculi, sectator voluntariae paupertatis et in spiritali[m] conversacione[n] summae perfectionis. Cuius per omnia extollenda sanctitas tanto humilitatis culmine et benignitatis[o] vigore subnixa erat, ut videres inter homines angelum, scientem compati infirmitatibus singulorum, *temptatum autem per omnia*[3]. *Hebr.* 4, 15. Destinatus post haec Hagerestorp[p], quae et Cuzelina[q], cum aliis fratribus hominibus novae transmigracionis magno solacio fuit[4]. Domnus quoque Vicelinus novellae ecclesiae sibi commissae sollers curator omni studio enisus est, ut ecclesiae locis oportunis edificarentur[5],

a) ipsi *edd.* b) sigeburg 1; Sigeberch *L.* c) ꝯ (con) *supra lineam a scriba supplet.* 1, *om.* 1[a]. d) *inscriptionem cap. habet S:* De translatione monasterii Sigebergensis in Cuzelinam. Cap. LIX; *nulla capituli distinctio in* 1. 2. e) eis fuit 2. f) Hogerstorp 3. g) volchwardum 1; wolcwardum 2. h) industris 1. 1[a]. i) oratoris *manu C mutatum* oratoriis 1. k) *cf. supra p.* 105, *l.* 3. l) radicem *edd.* m) spiritale *manu C corr.* spiritali; spirituali *edd. L.* n) *ultimum* e *e corr.* 1. o) bonitatis 2. p) Hagerestorph 1. 1[a]. *edd.* q) que zcuzelina 1, *ita vel* ziuzelina 1[a], *pro* : cuzelina.

1) *I. e. villa; v. supra c.* 53 *[p.* 105, *l.* 1*]. L.* 2) *A.* 1142, *ut patet ex c.* 73. *L. At series narrationis postulat annum* 1143, *cui Thetmari verba de decem annis, quos in Slavia peregerit, non obstant. Cf. Böhmer, 'Vicelin' p.* 62. 3) *Hebr.* 4, 15: pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia. 4) *In tabulis Adelberonis archiepiscopi Hammenburgensis a.* 1139. *et* 1142. *et* 1143. *datis occurrit Thietmarus praepositus vel decanus, qui noster fuisse videtur, 'Hamburg. UB.' I, nr.* 160. 166. 170. 171. *Cf. supra c.* 44 *[p.* 87, *n.* 7*] et Chron. Holtzatiae c.* 13. *et* 14, *[SS. XXI, p.* 260 *sq.]. (L).* 5) *De ecclesiis in Wagria a Vicelino aut a successoribus eius aedificatis ultimus disseruit K. Schmaltz, 'Die Begründung und Entwickelung der kirchlichen Organisation Mecklenburgs im Mittelalter', 'Jahrb. des Vereins f. Mecklenb. Gesch. und Altertumskunde' LXXII, p.* 85 *sqq.*

providens eis de Faldera tam sacerdotes[a] quam reliqua altaris utensilia.

De beato Bernardo abbate Clarevallensi. Capitulum LIX[b].

Circa tempora dierum illorum ortae sunt res novae et toti orbi stupendae. Presidente enim sanctissimo papa Eugenio, Conrado quoque tercio gubernacula regni moderante, claruit Bernardus Clarevallensis abbas, cuius fama tanta signorum fuit opinione celebris, ut de toto orbe conflueret ad eum populorum frequentia cupientium videre quae per eum fiebant mirabilia. Hic itaque egressus in Teutonicam terram venit ad celebrem curiam[1] Frankenvorde[c], quo tunc forte rex Conradus cum omni principum frequentia festivus[d] occurrerat. Cum igitur sanctus vir in ecclesia[e] positus curandis egrotis in nomine Domini propensius instaret astante rege et summis potestatibus[2], incertum erat inter tantas populorum catervas, quid[f] quis pateretur, aut cui forte subveniretur. Aderat illic comes noster Adolfus[3], certius nosse[g] cupiens[h] ex operacione divina *virtutem viri. Inter haec offertur ei puer cecus et claudus, cuius debilitatis nulla potuit esse dubitacio. Cepit igitur sagacissimus[i] intentare[k] sollerter, si forte posset in hoc puero sanctitatis eius experimentum capere. Cuius incredulitati veluti divinitus edoctus vir Dei remedium providens puerum preter morem[l] [iussit[m]] sibi[n] applicari[o] —, ceteros enim verbo tantum consignavit[p], hunc vero exhibitum manibus excepit oculisque morosa contrectacione visum restituit, deinde genua contracta corrigens[q] iussit eum currere ad gradus, manifesta dans[r] indicia recuperati tam visus quam gressus. Cepit sanctus ille, nescio quibus oraculis edoctus[4], adhortari[s] principes

(Margin: 1147. — *p. 57. — line numbers 5, 10, 15, 20, 25, 30)

a) sacerdos *vel* sacerdes 2. b) LX. *S.* c) Franckenuordt *edd.* d) festinus *R. B.* e) ecclesiis *edd.* f) ꝗ (quod) 1. 1[a]. g) nosce 2. h) ens *in loco raso* 1. i) vir sagac. *edd.* k) intendare *manu C corr.* intentare 1. l) em *e corr.* 1. m) *sic edd.;* iussit *om.* 1. 2. n) sibi *om.* 2. o) applica'i (applicari) *an* applicců (appliccum; applicitum?) *legendum sit in 2 dubitare posses; re vera neutrum librarius scripsit, sed vocem quae legi nequit.* p) conssignavit 2. q) corripiens *edd.* r) *ita codd. edd.* s) adhortare 2. (35)

1) *Celebris curia Francofurti post res infra narratas a.* 1147. *celebrata est; ignota quaedam a.* 1146. *Dec.* 2) *Cf. supra p.* 106, *n.* 1. 3) *Alteri curiae Francofurti celebratae interfuisse Adolfum tradit etiam Chronogr. Corbei., Jaffé, Monum. Corbei. p.* 58; *Bernhardi l. l. p.* 546, *n.* 24. 4) *Eadem verba* (nescio — edoctus) *supra c.* 48. *fin., p.* 96, *l.* 3 *sq.* (40)

ceterasque fidelium plebes, ut proficiscerentur[a] Ierusalem 1146/7. ad comprimendas et Christianis legibus subigendas barbaras orientis naciones, dicens appropiare[b] tempora, quo[c] plenitudo gentium introire debeat, et sic omnis Israel 5 salvus[d] fiat[1]. Protinus ad verba exhortantis incredibile dictu[e] est, quanta populorum caterva se ad profectionem eandem devoverit[f, 2]; in quibus primi et precipui erant Conradus rex, Fretherieus Sueviae dux, qui postea regnavit, Welph[g] dux[3], cum episcopis et principibus, milicia 10 nobilium et ignobilium vulgariumque[h] numero estimacionem excedente[4]. Quid dicam de Teutonicorum exercitu, cum et Lodewicus[i] Parisiorum rex et omnis Francigenarum[k] virtus in id ipsum aspiraverint? Non est recognitum vicinis temporibus nec auditum a diebus 15 seculi[5] tantum convenisse exercitum, exercitum, inquam, grandem nimis[6]. Fueruntque signati titulo crucis in vestibus et armatura. Visum autem fuit auctoribus expedicionis partem exercitus unam destinari in partes orientis, alteram in Hyspaniam, terciam vero ad Slavos, 20 qui iuxta nos habitant.

De Conrado et Lodewico regibus. Cap. LX[l].

Primus igitur, qui et maximus[7], abiit terrestri[m] itinere cum rege Alemanniae[n] Conrado et rege Franciae Lodewico et precipuis utriusque regni principibus, trans- 1147. *(Maio).* 25 ieruntque regnum Ungariae, quousque pervenirent prope fines Greciae. Miseruntque legatos ad regem Greciae[8], ut daret eis conductum mercatumque transire cupientibus terram suam[o]. Ille, licet admodum territus, annuendum tamen decrevit, si quidem pacifici[p] venissent. Cui 30 remandaverunt se nichil inquietudinis moliri, qui propter *cf. Iudith* 14, 9. ampliandos fines pacis peregrinacionem ultroneam as-

a) proficerentur 1. 1[a]; proficisserentur 2. b) appropinquare *edd. L.* c) *sic codd. edd.* d) saluu9 1. e) dictum, m *eras.* 1. f) devoverint *S.* g) ph *in loco raso* 1. h) vulgarumque 1. 2. i) ladewicus 2; Ludowicus *edd.* k) fransie- 35 narum *corr.* francigenarum 1. l) LXI. 1. *S.* m) terrestre 2. n) alemanie 1. 1[a]; Alemanno *edd.* o) eius *edd.* p) pacifice 2.

1) *Cf. Rom.* 11, 25. 26: donec plenitudo gentium intraret et sic omnis Israel salvus fieret; *Luc.* 21, 8: tempus appropinquavit; *cf. Act.* 7, 17. 2) *Quod factum est Spirae a.* 1146. *Dec.* 27. *L.* 40 3) *Curiae Spirensi non interfuit, at eodem tempore crucem assumpsit.* 4) *Cf. Num.* 3, 46: qui excedunt numerum; *Deut.* 25, 3. 5) *Ioh.* 9, 32: A saeculo non est auditum. 6) *Ezech.* 37, 10: exercitus grandis nimis. 7) *Scil. exercitus.* 8) *Manuelem Comnenum. Regem eum appellat quoque Helm. II,* 5. *L.*

1147. sumpserint[a]. Dedit igitur eis[b] rex Greciae iuxta placitum conductum forumque habundans[c] rerum venalium, ubicumque castra locanda fuissent. Multa vero portenta[d] visa sunt in exercitu illis diebus, futurae cladis demonstrativa. Quorum vel precipuum fuit, quod vespere quodam nebula densissima cooperuit castra, qua[e] recedente universa papilionum tegmina vel quae sub divo fuerant adeo sanguine respersa comparuerunt, ac si nimbus ille sanguinem compluerit[f]. Quod videns rex ceterique principum coniecerunt se ad maximos labores et mortium pericula evocatos. Nec fefellit eos coniectura. Non *(Sept. 7)*. enim multo post venerunt in montana quaedam, ubi cum[g] invenissent vallem pratis rivoque decurrente commodissimam, metati sunt castra in[h] devexum montis latus. Porro iumenta oneraria cum bigis et quadrigis victualia sarcinasque militum portantibus, armentorum quoque in carnis esum ingens numerus in vallis medium collocata fuerant prope decursum aquae et pascuarum[i] commoda. Appropiante[k] vero nocte[l] audita sunt in montis supercilio fragor tonitruum sonitusque tempe- *(Sept. 8)*. statis; tum[m] ecce noctis medio, nescio an nubium eruptione vel quo eventu, torrens ille auctior erumpens quicquid vallis humilior habuit in hominibus et iumentis in momento eluit et in mare proiecit[1]. Hanc igitur primam exercitus iacturam exceperunt milites peregrinacionis illius. Ceteri, qui residui fuerant, perrexerunt cepto itinere transeuntesque Greciam pervenerunt[n] ad regiam urbem Constantinopolim. Quo[o] per dies aliquot[p] recreato exercitu[q], venerunt ad sinum maris, qui vulgarium[r] more dicitur Brachium Sancti Georgii[s]. Illic[t] providerat eis rex Greciae naves ad transducendum exercitum, adhibens notarios[u], qui expeditorum *sibi[v] numerum perferrent[w. 2]. Quo relecto graviter ingemuit et ait: 'Quare eduxisti[x], domine Deus, populum hunc multum

*p. 58.

a) assumpserunt 1. 1a. b) eis igitur 2. *L.* c) abund. 2. *edd. L.* d) portenda *manu C corr.* portenta 1. e) q₂ (quia) 2. f) compleuerit, e *expuncto corr.* compluerit 1. g) cum non 1. 2, non *manu C delet.* 1. h) ī *manu C supra lineam suppl.* 1; *om.* 2; ad *edd. L.* i) pascuorum *R. B. L.* k) Appropinquante *edd.* l) nocte vero 2. m) cum *alio atram. corr.* tum 2. n) perveneruntqȝ, qȝ *eras.* 1. o) Qua *edd.* p) aliquot — vulgarium *alia manu coaeva in marg. suppl.* 2. q) excercitu 2. r) vulgari *edd.* s) georii 1. t) Ibi *edd.* u) uocarios *manu C corr.* notarios 1. v) sibi *om.* 2. w) proferrent 3; referrent *edd.* x) reduxisti *alia manu coaeva corr.* eduxisti 2.

1) *A.* 1147. *Sept.* 7/8. *apud Chaerobaeam. L. Cf. Bernhardi l. l. p.* 612 *sqq.* 2) *Cf. Bernhardi p.* 622, *n.* 69.

de sedibus suis? Vere brachio virtutis tuae[1] indigent, ut iterum videant terram desiderabilem[2], terram, inquam, nativitatis suae[2]. Transmisso igitur mari Lodewicus rex Franciae direxit[a] iter versus Ierosolimam et pugnantibus secum barbaris universum perdidit exercitum. Quid dicam de rege Alemanniae et his[b] qui cum eo fuerant? Universi perierunt fame et siti[c], transducti in desertum maximum dolo legati regis Greciae, qui eos in fines Persarum ducere debuerat. Adeo contabuerunt fame et siti, ut incursantibus barbaris ultro[d] cervices prebuerint[e, 3]. Rex et validiores quique, qui neci superfuerant, in Greciam refugerunt[f]. O iudicia excelsi! Tanta fuit clades exercitus et miseria inexplicabilis, ut eorum qui interfuerunt adhuc hodie lacrimis deplangatur. 1147.

Expugnacio Lacebonae. Capitulum LXI[g].

Secundus vero navalis exercitus, Colonia et aliis civitatibus Reni conflatus, preterea litore fluminis Wiserae, navigare ceperunt latissima occeani spacia[h], quousque venirent Brittanniam[i, 4]. Quo[k] per aliquot dies resarcita[l] classe, non modica[m] etiam Anglorum[n] et Brittannorum adiecta manu torserunt vela versus[o] Hyspaniam[p]. Applicueruntque[q] ad Portugalensem[r, 5] nobilissimam Galaciae urbem, adoraturi apud Sanctum Iacobum. *(Maii 23).* Rex igitur Galaciae[6] letior effectus de adventu peregrinorum rogavit, ut, si propter Deum pugnaturi exissent, fierent sibi auxilio contra Lacebonam[s], qui fines Christianos inquietabant. Cuius peticioni faventes abierunt Lacebonam cum magna navium copia; rex quoque terrestri[t] accedens itinere validum adduxit exercitum, et obsessa est civitas terra marique. Multum igitur temporis effluxit[u] in obsidione civitatis. Ad ultimum capta *(Oct. 24).*

a) duxit 2. b) hiis 2. c) siti et fame *edd.* d) utro *manu C corr.* ultro 1. e) prebuerunt *manu C corr.* prebuerint 1. f) refugierunt 2. g) LXII. 1. *S.* h) ia *in loco raso* 1. i) britann. 2; in Britanniam *R. B.* k) Ubi *edd.* l) resarcina *manu C corr.* resarcita 1. m) modicā 1. 1[a]. n) angl'orum (angelorum) *radendo corr.* 1. o) versus vela *signis appositis transposita* 2. p) hispan. 2. *edd.* q) applicuerunt 1. 1[a]. *L.* r) Portigalensem *S.* s) et eius incolas *addunt edd. propter sequens* qui. t) terrestre 2 *ut supra p.* 115, *l.* 22. u) affluxit 2.

1) *Ps.* 88, 11: brachio virtutis tuae. 2) *Ps.* 105, 24. *Ier.* 3, 19. *Mal.* 3, 12: terram desiderabilem; terra nativitatis suae *et similiter saepe in Biblia.* 3) *Sulp. Sev. Vita Martini c.* 15: nudam cervicem percussori praebuit. 4) *Cf. Bernhardi l. l. p.* 579 *sqq.* 5) *Primum peregrini apud Sanctum Iacobum adoraverunt, deinde ad civitatem Oporto applicuerunt.* 6) *Alfonsus I.*

1147. civitate pulsisque barbaris rex Galaciae rogavit[a] peregrinos, ut darent sibi civitatem vacuam, divisa prius inter eos socialiter preda. Factaque est illic Christicolarum colonia usque in presentem diem. Hoc solum prospere cessit de universo opere, quod peregrinus patrarat[b.1] exercitus. 5

De Nicloto. Capitulum LXII[c].

Tercius signatorum exercitus devotaverunt se ad gentem Slavorum, Obotritos scilicet atque[d] Luticios nobis confines, ulturi mortes et exterminia, quae intulerunt 10 Christicolis, precipue vero Danis. Huius vero expedicionis capitanei erant Albero Hammemburgensis et universi Saxoniae episcopi, preterea Heinricus dux adolescens, Conradus dux de Saringe[e], Adelbertus[f] marchio de Saltvidele[g], Conradus de Within. Audiens igitur 15 Niclotus, quia congregandus esset in brevi exercitus ad destruendum eum, convocavit universam gentem[h] suam et cepit edificare castrum Dubin[2], ut esset populo refugium in tempore necessitatis[3]. Direxitque nuntios ad comitem Adolfum commonens eum federis, quod[i] pepi- 20 gerant[4], simul etiam rogans preberi sibi facultatem colloquendi ei et consilio participandi. Cumque comes rennueret dicens hoc incautum sibi propter offensam principum, ille mandavit ei per nuntios dicens: 'Decreveram quidem[k] esse oculus tuus et auris tua in terra Slavorum, 25 quam incolere cepisti, ne quas patereris molestias Slavorum, qui olim Wagirensium[l] terram possederunt et causantur se privatos iniuste hereditate patrum suorum[5]. Quare igitur dissimulas amicum tuum[m] in tempore necessitatis? Nonne temptacio probat amicum? Hactenus 30 continui manus Slavorum, ne lederent te, nunc tandem

a) rogarat *eadem manu corr.* rogauit 2. b) petrarat *alio atram. corr.* patrarat 2; patravit *edd. L.* c) LXXIII. *radendo corr.* LXIII. 1, *et ita S.* d) et *edd.* e) sarige 2; Zaringe *edd. L.* f) Adalbertus *edd. L.* g) *verbis* de Saltuidele *lineae rubrae circumductae sunt* 2; *cf. infra c.* 89. (88). *II*, 3; Saltwidele *edd. L.* 35 h) gente *manu saec. XV. corr.* gente 1. i) quot *manu C corr.* quod 1. k) ꝗd'e *e corr. alio atram. facta* 1. l) wagirencium 1. 1ª. m) tuum *om. S. (R).*

1) *Gen.* 2, 2: ab universo opere quod patrarat. 2) *Dobin* insigne piratica oppidum *Saxo Grammat. l. XIV, p.* 676 *[SS. XXIX, p.* 87*]. L. Cf. Bernhardi l. l. p.* 566, *n.* 8; *tantum cogitari posse de* 40 *loco quodam ad lacum Suerinensem ab F. Lisch, 'Mecklenburg. Jahrb.' V, p.* 123 *sqq., indicato censeo, quod alibi latius explicabo.* 3) *Eccli.* 8, 12. 29, 2: in tempore necessitatis. 4) *V. supra c.* 57. *fin. [p.* 112*]. L.* 5) 1. *Mach.* 15, 33. 34: haereditatem patrum nostrorum.

libet retrahere manum et permittere te tibimet, eo quod[a] 1147.
fastidieris amicum tuum nec recordatus fueris federis
et negaveris michi faciem tuam in tempore necessitatis'.
Dixeruntque nuntii comitis ad Niclotum: 'Quod dominus
5 noster hac vice non loquitur tibi, impedit ea, quam
nosti, necessitas. Habe igitur[b] adhuc gratiam fidei et
sponsionis tuae erga dominum nostrum, ut, si videris
contra eum bella Slavorum clam consurgentia, premu-
nias eum'. Et promisit Niclotus. Dixit igitur comes
10 habitatoribus[c] terrae suae: 'Habete cautelam iumento-
*p. 59. rum et substantiarum vestrarum, ne *forte rapiantur a
furibus[d] vel a[e] latronibus; de publico vero periculo meum
erit prospicere, ne qua improvisi exercitus incursione
involvamini[f]'. Putabat enim vir sapiens repentinas bel-
15 lorum iacturas sese consilio conclusisse[g]. Sed res aliter
cesserunt[h].

Combustio navium. Capitulum LXIII[i].

Sentiens enim Niclotus irrevocabilem esse iuratae
expedicionis profectionem, clam parat navalem exerci-
20 tum[k] transmissoque freto applicat classem ad ostium
Travenae[l] percussurus omnem Wagirensium[m] provinciam,
priusquam Saxonum exercitus infunderetur suis terminis.
Transmisitque vespere nuntium Segeberg, eo quod pro-
misisset[n] comiti premunire eum, sed supervacua lega-
25 cione; comes quippe defuit, et non erat tempus congre-
gandi exercitum. Illucescente[o] ergo die, qua sanctorum
Iohannis et Pauli passio veneranda celebratur, descendit *Iun. 26.*
navalis Slavorum exercitus per ostium Travenae. Tunc[p]
cives[q] Lubicanae urbis audito murmure exercitus in-
30 clamaverunt viros urbis dicentes: 'Audivimus vocem cla-
moris maximi quasi vocem supervenientis multitudinis *cf. Ezech. 1, 24.*
et[r] ignoramus, quid sit'. Miseruntque ad civitatem et
ad forum nuntiare eis inminens periculum. Sed populus
multa potacione [temulentus[s]] neque strato neque navi-
35 bus ammoveri[t] potuit, quo usque hostibus circumvallati[u]
naves mercibus onustas iniecto igne perdiderunt. Inter-
fectique sunt illic eo die ad trecentos et eo amplius viros.

a) quot *manu C corr.* quod 1. b) tibi 1. 1ª. c) habitantibus *S.* — terrae *om.* 2. d) firribus 1. e) a *om.* 2. *edd.* f) voluamini 2. g) exclusisse 2. h) cesert
40 (censerunt) 2. i) LXIIII. 1. *S.* k) exercit⁹ *manu C corr.* exercitu 1. l) trabene 2. m) wairensium 2. n) permisisset *alio atram. corr.* promisisset 2. o) Illucesscente 2. p) Et *edd.* q) vigiles *legendum esse coniecit L.* r) et ign. q. sit *om. S. (R).* s) *sic Corner;* temulentus *om.* 1. 1ª. 2; ebrius *edd. L; cf. supra p. 67, l. 1.* t) amoueri *radendo mutatum* amoueri 1, *et ita* 3. 4; admoveri *edd.* u) *seq.* nauibus *delet.* 2.

1147. Rodolfus sacerdos et monachus[1], dum fugeret ad castrum, preventus a barbaris mille vulneribus confossus est. Porro *Iun. 26/27.* hii qui in castro erant biduo atrocissimam obsidionem pertulerunt. Duae quoque equitum turmae omnem Wagirensium[a] terram pervagantes quicquid in suburbio Segeberg repererunt[b] demoliti sunt. Pagum quoque qui Dargune dicitur et quicquid[c] infra Travenam a viris Westfalis[d], Hollandris ceterisque[e] extraneis populis incultum fuerat flamma vorax absumpsit[f, 2], feceruntque cedes virorum fortium, qui forte armis obsistere temptassent[g], et duxerunt uxores eorum et filios in captivitatem. Peperceruntque viris Holzatensibus[h], qui habitant[i] ultra Travenam ad occidentalem plagam Segeberg, substiteruntque in agris oppidi Cuzalinae et non adiecerunt ultra[3] progredi. Villas preterea, quae erant in campestribus Zuentinevelde et extenduntur a rivo Sualen usque ad rivum Agrimesov[k, 4] et lacum Plunensem, non devastaverunt Slavi nec quicquam attigerunt de substantiis hominum illic degentium. Sermo fuit eo tempore omnium ore pertritus quosdam Holzatensium hoc perturbacionis malum conflasse propter odium advenarum, quos comes late congregaverat ad incolendam terram. Unde etiam communis iacturae soli Holzati extorres inventi sunt. Sed et Utinensis[l] civitas adiuta locorum firmitate salvata est.

De Gerlaco[m] presbitero. Capitulum LXIIII[n].

Rem dicam posteritatis memoria dignam. Qua[o] Slavi Wagirensium[p] terra ad libitum abusi novissime venerunt ad pagum Susle, vastaturi Fresonum coloniam[q], quae illic erat, quorum numerus ad quadringentos et eo amplius viros supputatus fuerat. Adventantibus autem Slavis vix centum reperti sunt in municiuncula, ceteris in patriam reversis propter ordinandum peculium illic[r]

a) wairensium 2. b) reppererunt 2. c) quitquid 1. d) wastfalis 1. 1[a]; Westphalis, Hollandis *edd.* e) ceceterisque 1. f) assumpsit *alia manu corr.* absumpsit 2. g) temptantes 2. h) holsatensibus 2. i) habitauerunt 2. k) agrimeson 1. 1[a]. *edd.*; agrimescu *vel* agrunescu 2. l) lutinensis 2. m) *ita h. l.* 1. 1[a]; Gerlach *Kirchberg*; Gerlavo *S.* n) LXV. 1. *S.* o) Quando *edd.* p) wagirencium 1. 1[a]; wairensium 2. q) colonia 2. r) ibi *edd.*

1) *Fortasse idem ac Rodolfus Hildesheimensis canonicus, supra p.* 87, *n.* 1; *p.* 91, *l.* 14 *sq.* 2) *Iudic.* 20, 48: vorax flamma consumpsit. 3) *Cf. supra p.* 58, *n.* 5. 4) *De his locis et habitatoribus eorum cf. supra c.* 57, *p.* 112.

1147.

relictum. Succensis ergo quae foris erant videres[a] his qui in municione erant gravissimam inferri expugnacionis iacturam; tota enim die[b] a tribus milibus Slavorum fortiter inpugnati sunt, illis quidem victoriam presumentibus veluti indubiam, his vero supremum[c] spiritum pugnae dilacione redimentibus. Sed cum viderent Slavi, quia victoria non cederet eis incruenta[1], promittunt Fresonibus vitam et membrorum integritatem, si municione progressi dedissent arma[2]. Ceperunt ergo[d] quidam ex obsessis appetere dedicionem ob spem vitae. Quos arguens fortissimus sacerdos: 'Quid est', inquit[e], 'o viri, quod agere vultis[f]? Putatis vos dedicione vitam redimere aut barbaris fidem inesse? Fallimini, viri compatriotae, stulta est haec opinio. An nescitis, quia in omni advenarum genere apud Slavos nulla gens detestabilior Fresis? Sane fetet eis odor noster[3]. Quare igitur abicitis animas vestras ultro properantes ad interitum? Contestor vos per Dominum[g], factorem orbis[4], cui *non est difficile salvare in paucis*[5] (1. Reg. 14, 6.), ut adhuc paululum experiamini vires vestras et conseratis manus cum hostibus. Quam diu enim vallo hoc circundamur, sumus manuum nostrarum et armaturae compotes, vita nobis in spe sita est; inermi*bus (*p. 60.) vero preter ignominiosam mortem reliquum nichil est. Gladios igitur vestros, quos ultro sibi expetunt, mergite prius in medullis eorum et estote ultores sanguinis vestri. Hauriant gustum audaciae[h] vestrae[i. 6] nec victoria redeant incruenta'[1]. Et haec dicens ostendit eis magnanimem[k] spiritum obiectusque[l] portis cum uno tantum viro hostium cuneos propulit, percussitque de[m] manu propria ingentem Slavorum numerum. Excusso denique uno oculo et ventrem perfossus nichil remissius egit in pugna, divinum quoddam robur tam in animo quam in corpore preferens. Nichil itaque melius a notissimis illis filiis Sarviae[7] vel a Machabeis

a) uides (videns) 1. 1a. b) die *edd.; om.* 1. 2; *ex coniectura supra lineam supplevit librarius* 1a. c) suppremum 1. d) autem 2. e) inquid 1. f) vultus *alio atram. corr.* vultis 2. g) Deum *edd. L.* h) adacie *manu C corr.* audacie 1. i) vr̄e *alia manu mutatum* nr̄e 2. k) magnanimum *edd. L.* l) obiectisque 2. 3; apertisque 4. m) de *om. edd.*

1) *Sallust. Catil. c.* 61: incruentam victoriam. 2) *Cf. supra de Buthue c.* 25. *fin.* 26, *quibus hoc simile, sed oppositum est.* 3) *Cf. Exod.* 5, 21: foetere fecistis odorem nostrum. 4) *Cf. supra p.* 61, *l.* 31. 5) 1. *Reg.* 14, 6: non est Domino difficile salvare vel in multis vel in paucis. 6) *Cf. supra p.* 74, *n.* 7. 7) *Ioab et Abisai [et Asael], Davidis ex sorore nepotes. L.*

1147. quondam[a] pugnatum est quam a sacerdote Gerlavo virisque[b] perpaucis in castro Susle, defenderuntque municionem de manu vastatorum[1]. His[c] auditis comes congregavit exercitum, ut pugnaret cum Slavis et eiceret eos de terra sua. Quo rumore comperto Slavi redierunt ad naves et abierunt onusti de captione hominum et de varia suppellectile[d], quam predati fuerant in terra Wagirorum[e].

De obsidione Dimin. Capitulum LXV[f].

Interim volat haec fama[2] per universam Saxoniam et Westfaliam[g], quia Slavi facta eruptione bellum priores adorsi fuerint; et festinavit omnis illa[h] expedicio signo crucis insignita descendere in terram Slavorum et zelare iniquitatem[3] ipsorum. Partitoque exercitu duas munitiones obsederunt, Dubin atque[i] Dimin[k], *et fecerunt contra* eas[l] *machinas multas*. Venit quoque Danorum exercitus et additus[m] est his qui obsederant Dubin, et crevit obsidio. Una igitur dierum considerantes hii qui tenebantur inclusi, quia Danorum exercitus segnius ageret — hii enim domi pugnaces[n], foris[o] imbelles[p] sunt[4] —, facta subita eruptione percusserunt ex eis multos et posuerunt eos crassitudinem terrae[5]. Quibus etiam subveniri[q] non poterat propter interiacens stagnum[6]. Ob quam rem exercitus ira permotus pertinacius instabant expugnacioni. Dixerunt autem satellites ducis nostri et marchionis Adelberti[r] adinvicem: 'Nonne terra, quam devastamus, terra nostra est, et populus, quem expugnamus, populus noster est? Quare igitur invenimur hostes nostrimet et dissipatores vectigalium nostrorum? Nonne iactura haec redundat in dominos nostros?' Ceperunt igitur a die illa facere in exercitu tergiversaciones et obsidionem multiplicatis[s] induciis alleviare. Quotiens

(Margin: 1. *Mach.* 11, 20.)

a) *seq.* signatum est *delet.* 2. b) utsque (with 1 above) (utrisque) 1. 1a. c) Hiis 2. d) supellect. *edd. L.* e) wairorum, wairenses *etc. infra semper* 2. f) LXVI. 1. *S.* g) wastfaliam 1. h) illa omnis 2. i) et *edd.* k) dunin 2. l) eos *codd. L*; eam *Vulg.* m) et additus *in loco raso* 1. n) pugnaces *manu C mutatum* pugnaces 1. o) fortes *manu C corr.* foris 1. p) i bellis 2. q) subvenire 2. r) Ad. *om. S. (R)*; Adalb. march. *B. L.* s) multiplicit̃ (multiplicitatis) 1a. 2.

1) 1. *Reg.* 14, 48: de manu vastatorum. 2) fama volat *Verg. Aen. III*, 121. *[VII*, 392. *VIII*, 554*]. L.* 3) *Cf. Ps.* 36, 1: neque zelaveris facientes iniquitatem. 4) *Cf. c.* 51 *[supra p.* 102, *l.* 6 *sq.] et c.* 84. (85) *in. L.* 5) *Ps.* 140, 7: sicut crassitudo terrae erupta est super terram. 6) *Aliter haec tradit Auct. Gemblac. a.* 1148, *[SS. VI, p.* 392*]. L.* Stagnum *Helmoldo est lacus, cf. infra. II,* 4. *med.*

enim in congressu[a] vincebantur Slavi, retinebatur exer- 1147.
citus, ne fugitantes insequerentur et ne castro potirentur. Ad ultimum nostris iam pertesis conventio talis facta est, ut Slavi fidem Christianam reciperent[1] et laxarent Danos, quos in captivitate habuerant[b]. Multi igitur eorum falso baptizati[c] sunt, et de captione hominum relaxaverunt omnes senes et inutiles ceteris retentis, quos servicio robustior aptaverat[d] etas. Taliter illa grandis expedicio cum modico emolumento soluta est. Statim enim postmodum in deterius coaluerunt[e]; nam neque baptisma servaverunt nec cohibuerunt manus a depredacione Danorum.

De fame. Capitulum LXVI[f].

Comes autem noster convulsas reparans amicicias fecit pacem cum Nicloto et cum ceteris orientalibus Slavis. Nec tamen integre credebat eis, eo quod federa prima violassent et percussissent terram suam attricione maxima. Cepitque consolari populum suum, quem vastitas hostilis attriverat, orans eos, ne casibus adversis cederent, hoc cognoscentes, quod marcomannos[2] oportet duram habere pacientiam[3] et prodigos esse sanguinis sui. In redimendis quoque captivis devotus extitit[g]. Quid dicam de sacerdote Christi Vicelino? In ea calamitate, qua barbaricus furor multos attriverat, et frumentorum penuria famem parturiverat, omnibus qui in Faldera et Cuzelina fuerant[h] summopere[i] commendavit, ut pauperum memores essent. Ad quod opus vir Dei Thetmarus[k] fuit incomparabiliter[l] idoneus, dispergens et dans pauperibus minister fidelis[m] et prudens[4], ubique caritativus, ubique largus. In cuius laudem parum est quod loquor[5]. Sane pectus sacerdotis misericordia refertum[n] suavissimo fraglabat[o] odore, iacebantque pro[p] foribus monasterii greges egeno*rum expectantium[q] elemosinam de manu viri Dei,

a) ingressu *manu C corr.* in congressu 1, *ut supra p.* 68, *n.* k. b) habebant *edd.* c) baptisati 2. d) optaverat *alio atram. corr.* aptaverat 2. e) convaluerunt 2. 3. f) LXVII. 1. *S.* g) exstitit 2. *L.* h) fuerunt *edd. L.* i) summopere 1. 1[a]. k) Thethmarus 2. *edd.* l) ter *in loco raso* 1. m) fideles *corr.* fidelis 2. n) refertur *manu C corr.* refertū: 1. o) fragrabat *edd. L*; flagrabat 1[a]. *S.* p) ‚p *manu C corr.* p 1; prae *edd. L.* q) exspect. 2. *L.*

1) *Ita et Ann. Palid. a.* 1147, *[SS. XVI, p.* 82*]. L.* 2) Marcomanni *h. e. qui in marca seu in finibus imperii degunt; v. infra c.* 67. *fin.* [*p.* 128] *et c.* 86. (87). *L.* 3) habentes duram patientiam *et infra c.* 75. 4) *Ps.* 111, 9. 2. *Cor.* 9, 9: Dispersit, dedit pauperibus; *Matth.* 24, 45. *Luc.* 12, 42: fidelis . . et prudens. 5) *Cf. Adam II,* 67: Ad laudem beati viri parum est omne quod dicimus.

1147. adeo ut locus ille ad inopiam redigendus videretur propter largitatem viri. Obserabantur igitur a procuratoribus ostia[a] domesticae[b] rei, ne curia subiaceret detrimento[c]. Quid faceret homo Dei? Clamores pauperum ferre non poterat, nec fuit ad manus quod daret. Cepit 5 ergo[d] vir misericors curiosius agere et circuire horrea, explorare callidus[e] aditum, quo etiam secretius reperto egit in modum furantis, dans cotidie pauperibus iuxta oportunitatem. Ferebatur autem a fidissimis[f] nobis, quod isdem diebus exinanita frumentaria penus[g] divinitus re- 10 cuperata sit[h]. Prebet huic facto firmitatem opus Helyae necnon Helisei[1], quorum emulos sicut virtutis, sic etiam miraculi adhuc superesse non est[i] ambiguum.

De morte Edeleri[k]. Capitulum LXVII[l].

Modicum igitur[m] temporis effluxit, quo Wagirensi 15 terrae de preterita calamitate respirare concessum est, et ecce nova prelia surrexerunt ab aquilone, quae ap- 1137. ponerent dolorem dolori[2], vulnus vulneri. Occiso enim Herico[n], cui cognomen erat Emun[o, 3], remanserunt tria genimina[p] regum, scilicet Suen[q] eiusdem Herici filius, 20 Waldemarus[r] Kanuti filius, Kanutus Magni filius. Qui cum adhuc[s] infantuli essent, consilio Danorum positus est eis tutor quidam Hericus cognomento[t] Spac[4], qui regnum cum regia sobole tutaretur. Fuitque vir ille *cf. Sap.* 12, 18. pacificus, cum tranquillitate creditum sibi gubernans 25 regnum, nisi quod[u] Slavorum furiis[v] minus obstitit. Nam latrocinia Slavorum eo tempore solito plus invaluerunt. 1146. Sentiens autem Hericus appropiare[w] diem mortis suae convocavit[x] tres adolescentes regios, adhibitoque magnatum consilio Suen[q] destinavit ad regnum, Waldemarum 30 et Kanutum hereditate paterna[y] iussit esse contentos.

a) hostia 1. 1[a]. b) de mestice *alio atram. corr.* domestice 1. c) detrimenta *alio atram. corr.* detrimento 2. d) igitur 2. e) ca || lidus 1. f) fidelissimis 2; *cf. supra p.* 61, *n.* m. g) plenus *radendo corr.* p:enus 1, *ita et* 1[a]. h) sit 1; sūt 1[a]. i) est ambiguum est, *prius* est *delet.* 2. k) *sic h. l.* 1. 1[a]. l) LXVIII. 1. *S.* 35 m) ergo *edd. L.* n) henrico, n *delet.* 2. o) emim 2. p) geminia *manu C corr.* genimiā 1. q) Suein *edd. L.* r) Waldemar 2. s) adhuc *om.* 2. t) 9gnomento 1. 2. u) quot *manu C corr.* quod 1. v) *ita codd. edd.; at fortasse* furtis *legendum est.* w) appropinquare *edd.* x) 9guocavit, g *eras.* 2. y) pate paterna 2.

1) *V.* 3. *Reg.* 17, 11—16; 4. *Reg.* 4, 1—7. *L.* 2) *Ier.* 45, 3: 40 addidit . . . dolorem dolori. 3) *V. supra c.* 55. *fin. L.* 4) *Ericus ipse rex fuit, plerumque dictus cognomine Lamb; Hericum Spache eum etiam dicit Vita altera Kanuti ducis, Transl. lectio* 5, *SS. XXIX, p.* 18. *Cf. Hirsekorn p.* 56, *n.* 3; *Saxo Gramm. l. XIV, l. l. p.* 666, *SS. XXIX, p.* 86. 45

Ordinatisque taliter rebus defunctus est[1]. Nec mora Kanutus Magni filius rupta tutatoris[a] sui disposicione conatus est arripere[b] regnum movitque contra Suenonem prelia magna. Porro Waldemarus[c] partes Sueni[d] adiuvabat. Et *commota est universa* Dania, et visa sunt magna signa in celo versus aquilonem, species quasi ignearum facularum et humani cruoris similitudo rutilantis. Nec fefellerunt portenta. Quis enim ignoret strages factas[e] in eo prelio?

1147—1150.

Matth. 21, 10.

Certabat igitur uterque regum asciscere sibi comitem nostrum, miseruntque nuntios cum donariis, plura offerentes et ampliora promittentes. Complacuitque[f] comiti ad Kanutum[2], habitoque colloquio fecit[g] ei hominium. Quod factum zelatus est[h] Suein, assumptaque manu armata transivit in[i] Wagirensem terram et succendit Aldenburg et demolitus est omnem terram maritimam, et digrediens inde succendit suburbium Segeberg, et quaecumque in circuitu eius erant vorax absumpsit[k] flamma[3]. Huius autem mali fuit auctor[l] Ethelerus quidam de Thetmarsia natus[4], qui diviciis Danorum sublevatus omnem fortem de Holzatia sibi sociaverat[5]. Factusque ductor regis volebat comitem provincia pellere terramque eius addere regno Danorum. Quod factum cum innotuisset comiti, transiit ad ducem, ut protegeretur ab eo. Nec enim in Holzacia tute[m] consistere poterat, eo quod increvissent homines Etheleri, qui insidiabantur vitae eius[6]. Quicumque voluisset fieri homo Etheleri, veniebat, ut acciperet in munere byrrum[n], clypeum[o] vel equum, atque donis huiusmodi corrupta repleta est terra[7] sediciosis. Precepit igitur dux omni populo Holzatorum et[p] Sturmariorum, ut, sicubi reperti fuissent homines Etheleri, aut[q] renuntiarent hominio aut provincia sece-

1148—1150.

a) curatoris *edd. L.* b) accipere 2. c) Waldemar 2. d) *ita* 1. *S*; Suein 2 (?). *R. B. L.* e) factas *bis scriptum* 1; factas, factas, inquam *edd. L.* f) complacuit 1. 1[a]. *L.* g) fecitque 2. h) est zelatus *edd.* i) in *om.* 1. 1[a]. *L.* k) assumpsit 1. 1[a]. 2; *cf. supra p.* 120, *n.* f. l) autor *manu C in marg. supplet.* 1. m) tuto *edd. L.* n) birrum 2. *L.* o) clipeum 2. p) et *om.* 1. 2. q) ut 1. 1[a].

1) *Obiit a.* 1146. *Aug.* 27; *v. Bernhardi l. l. p.* 571, *n.* 20. 2) *Biblica locutio est:* complacet alicui in aliquo. *L.* 3) *Cf. supra p.* 120, *n.* 2. 4) *De hoc Ethelero exule vide etiam Saxon. Grammat. l. XIV, p.* 679 *[SS. XXIX, p.* 88*]. Thetmarsi Rothulfum marchionem* [*a.* 1144] *interfecerunt; ab Henrico duce vero victi sunt a.* 1148. *Cf. tabulam datam a.* 1148. *Sept.* 13. *in 'Hamburg. UB.' I, nr.* 188. *L.* 5) *Cf. supra p.* 97, *n.* 4. 6) *Cf. Deut.* 19, 11: Si quis . . . insidiatus fuerit vitae eius; 1. *Reg.* 24, 12. 28, 9. 7) *Gen.* 6, 11. 13: Repleta est terra iniquitate.

derent. Et factum est ita. Iuravitque omnis populus stare ad mandatum ducis et obaudire comiti suo. Sociatusque est sibi vir[a] Holzatensis in die illa, sediciosis omnibus aut[b] reductis in gratiam aut provincia pulsis. 1149? Misit[1] igitur[c] comes nuntios ad Kanutum suggerens, ut quantocius cum exercitu veniret oppressurus Suein. Cui etiam ipse[d] occurrit cum quatuor milibus expeditorum prope Sleswich. Fixeruntque castra longis ab invicem spaciis. Morabatur autem Suein in civitate Sleswich cum non minima bellatorum manu. Videns igitur Ethelerus, princeps exercitus Suein, quia duplicata sunt mala, multusque exercitus venit[e] ad[f] obsidendum eos, abiit ad Kanutum in dolo, dataque pecunia principibus exercitus[g] seduxit adolescen*tiam Kanuti, ut rediret in terram suam inscio comite Adolfo et dimitteret exercitum, unumquemque[h] in locum suum[2]. Prefixis quoque induciis spopondit se sine bello pacem Danis redditurum. His[i] ad libitum peractis rediit Ethelerus Sleswich, mane pugnaturus cum comite et percussurus eum repente. Eo vespere[k] quidam familiarium comitis erat Sleswich, qui sentiens ea quae clam parabantur transiit cum festinacione lacum et veniens in castra dixit ad comitem: 'Deceptus es, o comes, deceptus atque pessundatus es. Kanutus enim et exercitus eius, in quorum auxilio[l] tu venisti, reversi[m] sunt in terram suam, et tu solus hic iaces. Ecce venturus est Ethelerus diluculo pugnare[n] tecum'. Comes igitur supra quam credi potest[3] admirans inposturam dixit ad suos: 'Quoniam quidem[o] in medio miricae[4] consistimus, et equi nostri afficiuntur inedia, bonum est nos hinc transire locumque querere[p] castris oportunum'. Sensit igitur exercitus animum comitis sinistra legacione concussum. Moveruntque castra de loco qui dicitur Cuningis-Ho[q] verteruntque[r] iter versus

*p. 62.

a) vir sibi 2. *L.* b) ut *manu C corr.* aut 1. c) ergo *edd. L.* d) ipse *om.* 1. 1[a]. *S.* e) venit exerc. 2. *L.* f) ad obs. — principibus exercitus *om.* 2. g) exercitus *om. edd.* h) unumqu. *om. edd.* i) Hiis 2. k) tpe (tempore) *delet. et in marg. alia manu coaeva corr.* vespere 2. l) auxilium 4. m) et reversi 1. 1[a], et *delet.* 1[a]. n) pugnaturus 4. o) Quandoquidem *edd. L.* p) querere *om.* 2. q) enningis ho 2. r) uteruntque *manu C corr.* uerteruntque 1.

1) *A.* 1149. *sequentia facta esse coniecit Bernhardi l. l. p.* 825, *quod ex serie rerum ab Helmoldo narratarum mihi quoque veri simile est; a.* 1150. *indicaverunt editores Saxonis Grammatici p.* 679, *n.* 2 *[SS. XXIX, p.* 88*] ratione non adiuncta.* 2) 1. *Mach.* 11, 38: dimisit exercitum suum, unumquemque in locum suum. 3) *Sallust. Cat. c.* 5: supra quam cuiquam credibile est. *Cf. supra p.* 85, *l.* 13. *et p.* 103, *l.* 23. 4) *Kropper Haide. L.*

Egderam[a]. Tanta autem festinantia preterlapsi sunt[1], 1149?
ut veniente comite ad Egderam[a] de IIII[or] milibus ex-
peditorum vix quadringenti cum eo reperti fuerint[b].
Quos comes adhortans ait: 'Licet fratres et amicos nostros
5 huius ignaros rei fugaverit cassus[c] timor, michi tamen
utile videtur nos hic consistere propter custodiam terrae
nostrae, quousque directis nuntiis[d] certius agnoscamus[e],
quid actitent[f] hostes nostri'. Statimque misit nuntios,
qui veritatem perferrent. Quibus apud Sleswich com-
10 prehensis et in vincula coniectis[g] dixit Ethelerus ad
regem dominum suum: 'Iam nunc festinandum est et
eundum cum exercitu, quia facile est, ut tradatur comes
iste desolatus in manus nostras; quo percusso transibi-
mus in terram eius et abutemur ea prout libuerit'[2]. Et
15 abierunt cum manu forti. Comes igitur irritatus, quia
nuntii iuxta placitum non redissent[h], alios misit nun-
tios, qui visis hostibus cum celeritate nuntiaverunt comiti.
Ille, licet intus morderetur suorum paucitate, elegit
tamen virtutis intuitu confligere, dixitque ad socios: 'En
20 tempus est, o socii, quo comperiendum sit, ubi sit vir
audax et virtutis continens, qui ruinas pronus excipere
velit. Sepius quidem michi a nostratibus obiectum est
cum insultacione[i], quasi muliebre cor[k] et fugax habue-
rim, qui bellorum iacturas plus lingua quam manu pro-
25 pulerim. Et hoc quidem non inprudens egi, quociens
bella sine sanguine caveri poterant. Nunc autem, quia
inmanius periculum indiget opera manuum, videri[l] iam
fas est, si femineus, ut dicitis, michi[m] insit[n] animus.
Quin pocius videbitis dante Deo michi cor inesse virile[o].
30 Animequior[p] autem ero, si vestra concors[q] mecum fuerit
voluntas, si in defensionem patriae mecum[r] coniurata
manu[s] steteritis. Hoc enim loco presidium pugnae flagitat
et verecundia fugae et certissimum patriae excidium[t]'.
Haec cum perorasset comes, gratulati[u] sunt socii grandi-
35 que iuramento[v] se obligaverunt, ut starent firmiter pro
salute suimet et patriae. Precepit igitur comes effringi

a) Egdoram *edd. L.* b) sint 2. c) casus *S.* d) nunci9 *manu C corr.* nunciis 1. e) cognoscamus *edd.* f) actirent 1; aditent 2. g) ꝯnectis 1. 1[a]. h) venissent *edd.* i) ı *a scriba supra lineam suppl.* 1. k) cor mul. *edd. L.* l) *ita*
40 *codd.*; videre *edd. L.* m) femineus mihi, ut dic., insit *edd. L.* n) misit *corr.* insit 2. o) virili *corr.* virile 2. p) Amniequior 1. q) consors 1. 1[a]. r) *seq.* fuerit voluntas *delet.* 2. s) *seq.* mecum *delet.* 2. t) exidium 1. u) ꝯgratulati, ꝯ *eras.* 1. v) *seq.* iuraverunt *delet.* 2.

1) *Cf. supra p.* 100, *n.* 3. 2) *Gen.* 16, 6: utere ea ut libet.

1149? pontem et posuit custodiam in locis, quibus permeabilis erat fluvius. Venit autem nuntius, qui diceret hostes transduci[a] prope villam quae dicitur Scullebi[1]. Facta igitur oratione ad Deum[b] comes festinavit pugnare cum his[c] qui transducti fuerant, priusquam universus trans- 5 iret exercitus. Statimque, ubi congressi sunt, comes equo deiectus est, et fuerunt ei presidio duo milites, qui sub- *cf. 2. Mach. 10, 29.* levatum equo restituerunt[d]. Et fuit pugna vehemens et victoria utrimque[e] ambigua, quousque unus partium comitis proclamavit, ut poplites[f] equorum, quos hostes 10 insidebant, fortiter cederentur. Factumque est, ut cadentibus equis sessores quoque loricati collaberentur, gladiisque nostratum protriti sunt. Et cecidit Ethelerus, ceteri[g] nobiles aut occisi sunt aut capti. Quod videns rex ex altera ripa fluminis et qui cum eo erant peciit fugam 15 et reversus est Sleswich. Sed et comes reversus est clarus victoria, habens captivos insignes, quorum pecunia debitis suis aliquantisper alleviatus[h] est.

Habuitque de cetero precipuam terrae suae diligentiam. Quociens enim motionis aliquid insonuit aut de 20 Danis aut de[i] Slavis, statim collocavit exercitum in locis oportunis[2], videlicet Travenemunde sive ad Egderam[k]. Fueruntque[l] parentes mandato eius plebes Holzatorum[m], Sturmariorum atque[n] Marcomannorum[3]. Vocantur autem usitato more Marcomanni gentes undecumque 25 collectae, quae marcam incolunt. Sunt autem in terra Slavorum marcae[o] quam plures, quarum non infima nostra Wagirensis est provincia, habens viros fortes et exercitatos preliis tam Danorum quam Slavorum[4]. Super hos omnes functus est comes honore comeciae. Fecitque 30 iusticiam populo suo[5], compacans dissidentia et oppressos[p] libe*rans de manu potentiorum[6]. Clero fuit adprime *p. 62. benivolus, quem nec in facto nec in verbo[q] passus est a quoquam iniuriari[r, 7]. Multum vero laboris adhibuit

a) traduci 4. b) dn̄m (dominum) 2. c) hiis 2. d) restituerent 2. e) utrū- 35 que 2. f) poblites 1. 2. g) et caeteri *S.* h) eleuiatus *manu C corr.* alleuiatus 1. i) de *om.* 1. 1[a]. k) Egdoram *edd. L.* l) *seq.* parantes *delet.* 2. m) hulsatorum *corr.* holsatorum 2. n) et *edd.* o) marchiae 4. p) obpressos 2. q) nec in verbo nec in facto 2. r) iniuriā *alia manu coaeva corr.* iniuriari 2.

1) *Hodie Schülp in parochia Jevenstedt. L.* 2) 2. *Mach.* 8, 31: 40 omnia composuerunt in locis opportunis. 3) *Cf. supra p.* 123, *n.* 2. 4) *Similiter supra c.* 12, *p.* 23 *sq.* 5) 2. *Reg.* 8, 15. 1. *Par.* 18, 14: Faciebat . . iustitiam . . populo suo. 6) *Ier.* 31, 11: liberavit eum de manu potentioris. 7) *Eadem fere verba infra c.* 95. (94). *Adam II*, 67: singularis cura eius super clericis fuit, de quibus vix tolerare 45 potuit, ut malum diceretur verbum.

in edomandis rebellibus Holzatorum; gens enim libera et cervicosa, gens agrestis et indomita detrectabat[a] ferre iugum pacis. Sed vicit eos altior sensus viri, et philosophatus est in eis. Multis enim precantacionibus allexit
5 eos, quousque duceret sub lorum illos, inquam, onagros indomitos. Viderit qui voluerit faciem gentis huius inmutatam, eos scilicet

qui soliti quondam[b] fuerant sevum caput[c] abdere larvis
10 et depredandis[d] tendere decipulas,

furari quae rapere non poterant, viderit, inquam, eos convertisse mores et revocasse[e] gressus ad iter pacis. Nonne *haec* est *mutatio dexterae excelsi?* Post haec re- *Ps. 76, 11.* conciliatus[f] est comes Suein regi Danorum. Ille enim
15 crebris prosperatus victoriis Kanutum eiecit de terra[1] 1150. et ad Saxones propulsum exulare coegit penes nominatissimum Hartwigum[g] archiepiscopum[2], qui clarissimo genere natus magna pollebat hereditate[3].

De duce Heinrico. Capitulum LXVIII[h].

20 In diebus illis dux noster adolescens domnam Cle- 1148? mentiam, filiam Conradi ducis de Cerigge[i], duxit uxorem[4] cepitque dominari in universa terra Slavorum, succrescens sensim et invalescens. Quociens enim offendissent eum Slavi, admovit[k] eis[l] martiam[m] manum,
25 dederuntque ei pro vita simul et patria quicquid exigere[n] voluisset. In variis autem expedicionibus, quas adhuc adolescens in Slaviam[o] profectus exercuit, nulla de Christianitate fuit mentio, sed tantum de pecunia. Adhuc enim inmolabant[5] demoniis et non Deo et age-
30 bant piraticas incursaciones[p] in terram Danorum.

a) decredabat 2. b) *duae syllabae (vocem* quondam *indicavit L) in hoc versu abundant.* c) capud 1. d) deptandis *eadem manu corr.* dep̄dandis 1. e) *seq.* iter ad *delet.* 2. f) reconsiliatus 1. 2. g) Hartwicum *L.* h) LXIX. *S.* i) Zeringge *edd. L.* k) admonuit, n *alio atram. expuncto corr.* admouit 1. 1a. l) *seq.*
35 in prelium *linea alio atram. perducta delet.* 1. m) arciam *manu C(?) corr.* marciam 1. n) erigere *alia manu corr.* exigere 2. o) slavia *alia manu corr.* slaviaȝ 2. p) incursiones 1a. 2.

1) *Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 896, *n.* 28. 2) *Cuius antecessor Adalbero diem supremum obierat a.* 1148. *Aug.* 25. *L. Vide Bern-*
40 *hardi l. l. p.* 717, *n.* 9. *De Hartwico cf. G. Dehio, 'Hartwich von Stade, Erzbischof von Hamburg-Bremen'. 'Bremisches Jahrb.' VI, p.* 35 —154 *(separatim ed. Gottingae* 1872*).* 3) *Cf. infra l. II, c.* 6. *L.* 4) *Quod a.* 1148. *factum esse videtur; Bernhardi l. l. p.* 798, *n.* 24. 5) 4 *Reg.* 12, 3. 14, 4: Adhuc enim populus immolabat.

De Hartwigo[a] archiepiscopo. Capitulum LXIX[b].

Videns igitur domnus Hartwigus[c] Hammemburgensis archiepiscopus, quia pax erat in Slavia, proposuit reedificare sedes episcopales, quas barbaricus furor olim destruxerat in Slavia, scilicet Aldenburgensem[d], Racisburgensem, Mikilinburgensem[e]. E quibus Aldenburgensem[f] Magnus Otto primus instituerat[1], subiciens ei Polabos et Obotritos a terminis Holzatorum[g] usque ad flumen Penem[h] et civitatem Dimin. Posuitque in Aldenburg primum pontificem Marconem. Post hunc secundus erat Ecwardus, tercius Wago, quartus Ezike, quintus Folchardus, sextus Reinbertus, septimus Benno, octavus Meinnerus[i], nonus Abelinus, decimus Ezo. Huius temporibus[k] surrexit in Hammemburgensi ecclesia magnus Adelbertus, qui de peregrinis episcopis, quos in mensa sua habebat, Iohannem statuit episcopum in Mikilinburg[l], Aristonem[m] Racesburg, atque in hunc modum Aldenburgensis sedes in tres divisa est episcopatus[2]. Postquam igitur permittente Deo propter peccata hominum[3] Christianitas adnullata est in Slavia, vacaverunt hae[n] sedes annis octoginta[o] IIII[or] usque in tempora Hartwici archiepiscopi[4]. Qui propter generis nobilitatem duplici principatu clarus magno studio enisus est pro recuperandis suffraganeis episcopis universae Daciae, Norwegiae, Suediae, quos Hammemburgensi ecclesiae quondam pertinuisse commemorat antiquitas[5]. Sed cum obsequiis et variis largicionibus[p] nil profecisset apud papam et cesarem, ne omnino careret suffraganeis, aggressus est iam pridem abolitos[q] episcopatus Slaviae suscitare. Accitum igitur venerabilem sacerdotem Vicelinum Aldenburgensi sedi consecravit episcopum[6], cum iam[r] esset

1149. (*Sept. 25*).

a) Hartwico *L.* b) LXX. 1. *S.* c) hartwicus *h. l.* 2. *R. B. L.* d) aldenburgensen racisburgensen 1. e) mikilinburgnsen 1; Mikilenburgensem *edd. L.* f) aldenburgnsem 1. g) holtzatorum 2. h) panim 2. *R. B*; Penim *S.* i) Meinerus *edd.* k) temporis *corr.* temporibus 1. l) mikilenborg 1. m) in *addunt edd. L.* n) hee 1. o) octuaginta *edd.* p) legationibus 1. q) oblitos *alia manu corr.* obolitos 1, *et ita* 1[a]. r) iam *om. S.*

1) *V. supra c.* 11. *L; verba* subiciens — Dimin *paene eadem supra p.* 24, *l.* 12 *sqq.* 2) *V. supra c.* 22. *L.* 3) *Eadem verba supra p.* 31, *l.* 14. 4) *V. supra c.* 24. *fin. L.* 5) *Cf. supra p.* 37, *n.* 3. 6) *A.* 1149. *Oct.* 10. *secundum Helmoldi c.* 78. *init. At re vera Vicelinum die VII. Kal. Oct. consecratum esse docet tabula eius unica a Schirren edita, 'Zeitschr. d. Gesellsch. f. Schlesw.-Holst. Gesch.' VIII, p.* 309 *sq.*

1149—1150.

etate provectus[1] et mansisset in terra[a] Holzatorum triginta annis[2]. Porro in Mikilinburg[b] ordinavit domnum Emmehardum[c], et consecrati sunt ambo in Rossevelde missique[d] in terram egestatis et famis, ubi erat sedes 5 Sathanae et habitacio omnis spiritus inmundi[3].

Factaque sunt haec inconsulto duce et comite nostro. Unde accidit, ut amicicia, quae erat inter domnum Vicelinum et comitem[e], deinceps turbata sit; nam antea eum ut patrem venerabatur. Tulitque decimas omnes anni 10 illius, quae pontifici novo provenire poterant, non[f] dimisit ex eis parvas reliquias[4]. Tunc abiit episcopus ad *p. 64. ducem[g] rogaturus veniam[h] *et susceptus est ab eo cum honore et reverentia. Et ait dux ad eum: 'Dignum quidem fuit, o episcope, ut vos nec salutarem nec reciperem, 15 eo quod nomen istud me inconsulto susceperitis. Ego enim huius rei moderator esse debueram, maxime in [hac[i]] terra[k], quam patres mei favente Deo in clipeo et gladio suo[l] obtinuerunt et michi possidendam hereditaverunt. Sed quia sanctitas vestra dudum michi comperta est, 20 progenitores quoque nostri vos[m] ab inicio fidelem probaverunt, decrevi iam noxae huius oblivisci promocionique vestrae pleno favore concurrere, scilicet ea condicione, si investituram episcopalem de manu mea recipere volueritis. Hoc enim pacto res vestrae processum[n] habere 25 poterunt'. Et visum est episcopo verbum istud[o] durum, eo quod esset preter consuetudinem. Episcopos enim investire solius imperatoriae maiestatis est. Quidam igitur fidelium ducis, Heinricus de Witha[5], vir potens et militaris et amicus episcopi, dixit ad eum: 'Facite quod 30 vobis utile est et appropinquate domino nostro et facite voluntatem eius, ut edificentur ecclesiae in Slavia et

a) terram 1. 1[a]. b) imkinburg 1; Mickinburg *S.* c) einmehardum 1. d) misiique *corr.* missique 1. e) nostrum *add. edd. L.* f) ꝛ (et) *delet. et manu C superscr.* non 1; nec *edd. L.* g) *seq.* wa *delet.* 2. h) *ita codd. et edd.; cf. p.* 82, *l.* 19. 35 i) hac *solus habet* 4. k) terram, m *eras.* 1. l) suo *om. edd.* m) vobis *eadem manu corr.* vos 2. n) urm processe *manu C corr.* ure processu 1. o) illud *edd. L.*

1) 2. *Mach.* 6, 18: aetate provectus. 2) *Vicelinus ab a.* 1126. *exeunte usque ad a.* 1149. 22 *vel* 23 *annos in Holzatia manserat, ut bene docuit Jaffé, 'Lothar' p.* 233 *sq. (L). Quod comprobatur tabula modo* 40 *allata.* 3) *Cf. Apoc.* 2, 13: ubi sedes est satanae; *Apoc.* 18, 2: habitatio daemoniorum et custodia omnis spiritus immundi. 4) *Cf. Ios.* 10, 28: Non dimisit in ea saltem parvas reliquias, *et similes locos ibidem v.* 30. 37. 39. 40. 11, 8. 11. 5) *Heinricus de Witha, ministerialis ducis, occurrit in multis chartis, e. gr.* 1162; *'Meklenburg. UB.' I, nr.* 74. *L.*

1149—1150. dirigatur cultus domus[1] Dei in manibus vestris. Alioquin frustrabitur labor vester, eo quod nec cesar nec archiepiscopus possit iuvare causam vestram domino meo obnitente[a]; Deus enim dedit ei universam terram hanc. Quid autem grande requirit a vobis dominus meus, quod vobis aut illicitum sit aut verecundum? Quin potius res facilis est et conducens fructum magnum, ut dominus meus accipiat virgulam et det in manum vestram pro signo investiturae, sitisque de cetero familiaris ducis, habentes honorem inter gentes, ad quas ingrediemini convertendas'. Rogavit igitur[b] episcopus preberi sibi inducias, ut deliberaret super verbo hoc. Dimissusque pacifice venit Bardewich, ubi mortali tactus egritudine per dies aliquot moratus est. Illic enim incidit paralysin, in qua usque ad extremum[c] vitae suae laborare visus est. Sedata vero aliquantulum egritudine perductus est Falderam in vehiculo, multumque temporis effluxit, quo eum[d] infirmitas ecclesiastico labori subtraxerat. Etatis[e] enim mole gravior morbus accesserat. Ubi autem ei vires Deus prestitit, abiit Bremam consulturus archiepiscopum et clerum super verbo hoc[f], quod[g] imposuerat ei dux. Qui omnes una eademque sententia[2] refragari ceperunt dicentes: 'Scimus quidem, o venerabilis pontifex, sanctitati vestrae optime cognitum esse, quid vobis super verbo hoc expediat. Sed quia venistis participari consilio nostri[h], breviter respondemus quod sentimus. Primum igitur in hoc negocio pensari decet, qualiter investiturae pontificum imperatoriae tantum dignitati permissae sint[i], quae sola excellens et post Deum in filiis hominum preminens; hunc honorem non sine fenore multiplici conquisierunt[k]. Neque imperatores dignissimi levitate usi sunt, ut episcoporum domini vocarentur, sed compensaverunt noxam hanc amplissimis regni diviciis, quibus ecclesia copiosius aucta, decentius honestata[l] iam non vile reputet se ad modicum cessisse subiectioni nec erubescat uni inclinari[m], per quem possit in multos dominari. Ubi enim dux vel marchio, ubi in regno principatus, quantumlibet magnus, qui pontificibus manus non

a) obtinente 2. b) ergo *edd. L.* c) exetremum 1; *seq.* vise *delet.* 2. d) cū 2. e) Eratis *corr.* Etatis 1. f) hoc verbo 2. g) quot *manu C corr.* quod 1. h) nrō *corr.* nrī 1; nostro *L.* i) sunt *edd.* k) conquisivit *edd.* l) honesta 1. 1[a]. m) incl. uni 2. *L.*

1) *Cf.* 1. *Paral.* 23, 28; 2. *Paral.* 29, 35; *supra p.* 39, *n.* 6. 2) *Cf. supra p.* 67, *n.* 6.

1149—1150.

offerat, recusatus oportune inportune[1] se non ingerat? Certatim currunt, ut homines fiant ecclesiae et participes fiant beneficiorum[a] eius. Vos igitur honorem hunc pessundabitis et infringetis[b] iura magnis auctoritatibus[c]
5 edita? Dabitisne duci huic[d] manus vestras, ut hoc exemplo incipiant esse principum servi, qui fuerant principum domini? Non decet etatem vestram, honestatis decore maturam, ut per vos incipiant abusiones fieri in domo Domini. Longe fiat a vobis verbum istud. Quod
10 si furor principis erga vos effrenatius egerit, nonne satius est ferre iacturam bonorum quam honoris? Auferant, si velint, decimas, obcludant vobis introitum, si placet, parrochiae vestrae, tolerabilis[e] erit ista molestia. Habetis certe Falderensem domum, in qua tuta interim stacione[2]
15 consistere possitis et *prestolari cum silentio salutare Dei*. *Thren. 3, 26.* His[f] et huiusmodi verbis averterunt eum, ne voluntatem ducis adimpleret. Parturivit sane persuasio[g] haec novellae plantacioni multiplex impedimentum. Quociens enim pontifex noster ducem adiit interpellaturus pro
20 negociis ecclesiae, ille se paratum esse respondit[h] ad omnia, quae poposcisset[i] utilitas, si primum sibi[k] debitus[l] honor exhibitus fuisset, alioquin frustra contra impetum fluminis iri[3]. Pontifex autem humilis facile inclinatus fuisset, ut propter lucrum ecclesiae duci secu-
25 laris honoris cupido morem gessisset, si archiepiscopus et ceteri Bremensium[m] non obstitissent. Nam et ipsi vaniglorii atque diviciis adultae ecclesiae saturi honori suo hoc in facto derogari putabant nec magnopere
*p. 65. fructum, *sed numerum suffraganearum sedium curabant.
30 Quod vel in hoc maxime patuit, quia in possessionibus Falderensis ecclesiae archiepiscopus multas episcopo nostro fecit iniurias, demens et convellens aliqua nec tutum permanere sinens in stacione, quam ipse ei deputaverat. Videres[n] igitur virum antea magni nominis,
35 possessorem libertatis et compotem suimet, post acceptum episcopale nomen quasi innodatum vinculis quibusdam et supplicem omnium. Homo enim pacis suae, in

a) beneficio 1. 1ª. b) fringe *in loco raso* 1. c) auctoribus 2. d) huic duci *edd. L.* e) tollerabilis 2. f) Hiis 2. *L.* g) si *e corr.* 1. h) ostendit *edd.*
40 i) popossisset 1. k) illi *edd.* l) deditus 1. 1ª. 2, *radendo mutatum, ut legatur* debitus 1. m) bremencium 2. n) Vides *alio atram. corr.* Vid*es 1.

1) 2. *Tim.* 4, 2: opportune, importune. 2) *Cf. supra p.* 91. *n.* 5. 3) *Cf. Eccli.* 4, 32: Nec coneris contra ictum fluvii.

1149/50. quo speravit[1], avertit eum a via consilii et pacis, ne scilicet applicaretur his[a], per quos ecclesiae fructificatio pullulare posset.

Fecit igitur quod status ille temporis permisit, visitavit ecclesias parrochiae suae ministrans plebibus monita salutis[2], prebens eis pro iure officii sui spiritalia[b], cum ipse tamen non meteret[c] eorum temporalia[3]. Siquidem comes decimarum iura tollebat. Dedicatum est igitur eo tempore oratorium Cuzelinae, quae alio nomine Hogerestorp[d] dicitur. Sed et ecclesia Bernhovede[e] tunc dedicata est. Venit quoque[f] ad novam civitatem quae Lubeke dicitur confortare manentes illic et dedicavit ibi altare domino Deo. Inde progrediens visitavit Aldenburg, ubi sedes quondam episcopalis fuerat, et receptus est a barbaris habitatoribus terrae illius, quorum deus erat Prove. Porro nomen flaminis, qui[g] preerat supersticioni eorum, erat Mike. Sed et princeps terrae vocabatur Rochel, qui fuerat[h] de semine Crutonis[i], ydolatra et pirata maximus. Cepit igitur[k] pontifex Dei proponere barbaris viam veritatis, quae Christus est[4], adhortans eos, ut relictis ydolis suis festinarent ad lavacrum regeneracionis[5]. Pauci autem Slavorum applicuerunt se fidei, eo quod languor fortissimus[6] esset[l], et necdum inclinata essent[m] corda[7] principum ad edomanda corda rebellium. Dedit autem episcopus pecuniam cesoribus lignorum ad impensas sanctuarii, et ceptum est opus fabricae prope vallum urbis antiquae, quo omnis terra die dominica propter mercatum convenire solebat.

De comite Adolfo. Capitulum LXX[n].

1150. In diebus illis congregavit dux exercitum[8], ut abiret in Bawariam et[o] requireret[p] ducatum, quem vitricus

a) hiis 2. *L.* b) spiritualia *edd. L.* c) mereret 2. d) Hogerestorph *S.*; Hagerestorp 2. *L.* e) bernhouede *alio atram. mutat.* bornhouede 1, *et ita* 1[a]. *L.*; bernhauede 2. f) Venitque *(ita edd. L) corr.* Venitquoque 1. g) q̄ (que) 1. 1[a]. h) fuit 2. i) Crictonis 2; Cruconis *edd.* k) ergo *edd. L.* l) esset fort. 2. m) essent incl. 2. *L.* n) LXXI. 1. *S.* o) ut *corr.* et 2. p) acquireret 2.

1) *Scil. archiepiscopus. L. Ps.* 40, 10: Etenim homo pacis meae, in quo speravi. — *Ps.* 13, 3: viam pacis. 2) *Tob.* 1, 15: monita salutis dabat eis. 3) 1. *Cor.* 9, 11: Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? 4) 1. *Ioh.* 5, 6: quoniam Christus est veritas; 2. *Petri* 2, 2: via veritatis. 5) *Tit.* 3, 5: per lavacrum regenerationis. 6) 3. *Reg.* 17, 17: languor fortissimus. 7) 3. *Reg.* 8, 58: inclinet corda nostra; *cf. Ps.* 118, 36. *etc.* 8) *Hoc circa finem a.* 1150. *factum esse probavit Jaffé, 'Konrad III.' p.* 193.

suus Heinricus, frater Conradi regis, occupaverat. Venit 1150.
igitur ad eum[a] dominus noster episcopus[b] Lunenburg[c]
rogans, ut semper solebat, pro episcopatus sui promo-
tione. Cui dux: 'Faciam', inquit[d], 'quod[e] hortamini, si
5 ad nos respectum habere volueritis'. Ad quem episcopus:
'Paratus sum', ait, 'propter eum, qui se humiliavit propter
nos[1], me ipsum[f] in proprietatem dare alicui de clien-
tibus vestris, nedum vobis, cui Deus ampliorem inter
principes contulit magnificentiam tam generis quam po-
10 tentiae'. Et his[g] dictis fecit quod necessitas imperarat[h]
et suscepit episcopatum per virgam de manu ducis.
Animequior autem factus dux ait: 'Quia videmus vos
obedientes esse voluntati nostrae, oportet et nos[i] sancti-
tati vestrae condignam gerere reverentiam et peticioni
15 de cetero proniores adesse. Sed quia nunc in procinctu
sumus itineris, et ordinacio vestrae causae prolixius tem-
pus requirit, damus interim vobis villam Buzoe, quam
petistis, cum sua pertinentia Dulzaniza, ut edificetis
vobis domum in medio terrae[2] vestrae[k] et prestolari
20 possitis reditum nostrum. Tunc enim propicio Deo dis-
ponendis rebus vestris propensius instabimus'. Rogavit-
que comitem Adolfum, ut huic donacioni preberet as-
sensum. Cui respondit comes: 'Ex quo dominus[l] meus
flexus est ad pietatem, decet nos voluntati eius concur-
25 rere[m] et pro posse nostro ei suffragari. Possessionem
igitur, quam dominus meus[n] permisit episcopo, et ego
permitto. Insuper cedo de medietate decimarum, ut
cedant in usus episcopi, non ex debito, sed ex gratia
vestri, eo quod res episcopales necdum ordinatae sint'.
30 Commisit igitur dux custodiam[o] terrae Slavorum
atque Nordalbingorum comiti nostro compositisque rebus
in Saxonia profectus est cum milicia, ut reciperet du- 1151.
catum Bawariae[3]. Porro ductrix, domna Clementia, re-
mansit Lunenburg[p], fuitque comes clarissimus in domo

35 a) ad eum *post* episcopus *ponunt* 2. *L.* b) Vicelinus *addunt R. B.* c) lune-
burg 2; Lunenburgi *edd.* d) inquid 1. e) quot 1. f) metipsum 1. 1[a], t *expunct.* 1,
minio delet. 1[a]. g) hiis 2. h) imperabat 1[a]. *edd.; cf. supra p.* 80, *n.* b. i) vos 2.
k) nre 1[a]; nostrae *edd.* l) comes *alia manu coaeva corr.* domi9 meus 2; dominus
meus *om.* 1. 1[a]. *S.* (*R*). m) occurrere *edd.* n) *ita* 2; meus *om.* 1. 1[a]; dominus dux
40 *edd. L.* o) custode *alia manu fere coaeva corr.* custodiā 2. p) luneburg 2.

1) *Philipp.* 2, 8: Humiliavit semetipsum. — *Eadem verba* propter
— nos *de Geroldo, Evermodo, Bernone episcopis investituram ab Heinrico
Leone accipientibus infra c.* 88. (87). 2) in medio terrae *saepe legitur
in Biblia Vulgata.* 3) *A.* 1151. *in. Bernhardi, 'Konrad III.'* p. 865.

1151. ducis et officiosus in obsequio ductricis paterque consilii. Quam ob rem venerabantur eum principes Slavorum, maxime vero reges Danorum, qui laborantes intestino bello certabant eum prevenire muneribus. Kanutus enim, qui profugus exulabat apud archiepiscopum, conflato de Saxonia conducticio[a] exercitu reversus est in Daniam, et additi sunt ei omnes pene, qui habitabant Iuthlandiae. Hoc audito Suein contraxit maritimas copias transmissoque mari venit ad civitatem Wiberge, et commiserunt reges prelium, et fusae sunt copiae *Saxonum et ad internicionem deletae[1]. Kanutus fuga lapsus[b] venit in Saxoniam. Post modicum tempus rursum venit in Daniam et receptus est a Fresonibus, qui habitabant Iuthlandiae[c. 2], venitque Suein et pugnavit cum eo debellatumque ad Saxones fugere compulit. Cui crebro per fines Holzatorum itineranti[d] comes noster beneficus extitit[e] prebens conductum et cetera humanitatis officia. Regnavitque Suein in Dania cum maxima tyrannide, maximis semper victoriis[f] fortunatus. Slavorum furiis[g] minus obstitit preliis irretitus domesticis. Fertur tamen 1153? eos in Selande strage maxima tempore quodam pervasisse[h. 3].

cf. 1. Mach. 2, 43. 3, 41.

*p. 66.

De Nicloto. Capitulum LXXI[i].

In diebus autem, quibus dux aberat, venit Niclotus princeps terrae Obotritorum ad domnam Clementiam ductricem Luneburg[k] et conquestus est in facie eius et amicorum ducis, quia Kycini[l] et Circipani paulatim rebellare ceperint[m] et obniti tributis iuxta morem persolvendis. Et destinatus est comes Adolfus et populus Holzatorum et Sturmariorum, ut adiuvarent[n] Niclotum et coercerent rebellionem contumacium. Abiitque comes cum duobus milibus et amplius electorum, Niclotus quoque contraxit exercitum de Obotritis[o], et abierunt pariter in terram Kycinorum[p] et Circipanorum et pervagati[4] sunt

a) conductiuo 1. 1a. 2. b) elapsus *R. B.* c) iutlandie 1. d) iteranti 2. e) exstitit 2. *L.* f) vict. semper 2. g) *ita* 1. 1a. 2. *edd.; cf. supra p.* 124, *n.* v. h) percussisse *edd.* i) LXXII. 1. *S.* k) Lunenburg *edd. L.* l) Kicini 2. *L;* a Kycein *in loco raso* 1. m) ceperunt *manu C corr.* ceperint 1. n) adunare *manu C corr.* adiuuaret 1. o) obotricis 1. 2. p) Kicinorum 2. *L.*

1) *Cf. Ann. Ryenses, SS. XVI, p.* 402, *ad a.* 1151; *Bernhardi l. l. p.* 897, *n.* 29. 2) *In Frisia dicta Minore; cf. SS. XXIX, p.* 45. 90. 3) *Cf. Saxon. Gramm. l. XIV, p.* 704—706 *[SS. XXIX, p.* 93 *sq.]. L.* 4) 4. *Reg.* 17, 5: Pervagatusque est omnem terram.

terram hostilem omnia vastantes igne et gladio. Fanum quoque celeberrimum[1] cum ydolis et omni superstitione demoliti sunt. Videntes autem indigenae, quia non essent eis vires resistendi, redemerunt se inmensa pecunia, defectum quoque[a] vectigalium integraverunt cum cumulo. Tunc Niclotus delectatus victoria gratias comiti retulit amplissimas revertentemque prosecutus est ad extremitatem finium suorum, cautissimam exercitui adhibens diligentiam. Ab eo die firmatae sunt amiciciae inter comitem et Niclotum. Habueruntque frequentius colloquium Lubeke sive Travenemunde pro commodis utriusque terrae. 1151.

Fuitque[b] pax in terra Wagirorum, accepitque per gratiam[c] Dei novella plantacio sensim incrementum. Forum quoque[d] Lubicense crescebat in singulos dies, et augebantur naves institorum eius. Domnusque Vicelinus episcopus incolere cepit insulam quae dicitur Bozoe et habitavit sub fago, quousque extruerent[e] casas, in quibus consistere possent. Cepit autem illic[f] ecclesiam edificare in nomine Domini et in commemoracionem beati Petri apostolorum principis. Porro utensilia domus et quae[g] sufficerent curandis aratris providit episcopus de Cuzelina[h] et de Faldera. Inicia vero episcopatus erant in magna teneritudine, eo quod comes alias optimus episcopo soli fuerit mediocriter bonus.

De Conrado rege. Capitulum LXXII[i].

Cum haec igitur in provincia Slavorum gererentur, dux noster morabatur in Suevia intentans vitrico suo[2] bellum, sed non valens. Ille [enim[k]] adiuvabatur a rege fratre[l], iniustum esse perhibente[3] quemquam principum duos habere ducatus. Audiens igitur Adelbertus marchio et alii quam plures principum ducem nostrum minime prosperari et veluti inter hostes conclusum, miserunt ad regem, ut quantocius cum exercitu veniret in Saxoniam obsessurus Brunswich[m] et obpressurus[n] amicos eius. Posuit ergo rex custodiam per omnem Sueviam[o],

a) defectumque *edd. L.* b) Finitque *radendo corr.* F: uitque 1. c) gra *alia manu antiqua corr.* per grat 2. d) Forumque 2. e) exstruerent 2. *L.* f) ibi *edd.* g) *seq.* sufficiebant *delet.* 2. h) cuzilina 1. 1[a]. i) LXXIII. 1. *S.* k) enim, *quod in codd. non exstat, S et omnes posterae edd. addunt.* l) fratre rege 2. *L.* m) Brunswig *S.* n) oppress. 2. *L.* o) sweuiam 2.

1) *Dei Radigast in terra Redariorum? Cf. supra p.* 43, *l.* 9. 2) *Heinrico II. marchioni Austriae et duci Bawariae.* 3) *Cf. supra p.* 106, *l.* 11 *sq.*

ne forte dux elaberetur, ipse vero abiit Goslariam[1] acceptaturus Brunswich et omnia castra ducis. Instabat autem sacra nativitas Domini. Intelligens igitur dux consilium regis in malum et intercisum sibi[a] digressum Sueviae fecit denuntiari omnibus amicis suis, tam liberis quam ministerialibus, ut convenirent ad urbem quandam acturi cum eo diem sollempnem. Fecitque[b] verbum[c] hoc diffamari et personari in auribus vulgi. Assumptisque tribus fidissimis[d] viris vespere quodam mutavit vestem et elapsus de castro nocturnum aggressus est iter et transiens medias[e] hostium insidias quinto demum die apparuit Bruniswich[f], et amici eius antea merore confecti[g] insperatam resumpsere fiduciam. Castra vero regis approximabant Bruniswich[f], constituta in loco qui dicitur Heninge. Venit igitur nuntius, qui diceret regi comparuisse ducem[h] Bruniswich[f], quo certius recognito dissimulabat progredi. Reversusque est Goslariam[i], et adnullata[k] sunt ea quae fuerant regis molimine suscepta. Et defendit se dux de circumventione principum, qui insidiabantur animae eius[2], et obtinuit ducatum Saxoniae, succrescens et invalescens in[l] singulos dies. Porro ducatum Bawariae requirere non poterat omni tempore quo Conradus rex supervixit.

1151. *Dec.* 25.

1152. Quo non longe postea defuncto successit in regnum Fredericus[m] fratruelis eius. Conradus enim rex plures habuit fratres, quorum primi erant Heinricus dux Bawariae[3] et Frede*ricus dux Sueviae, cuius filius equivocus positus est in regnum. Anno igitur incarnati verbi M°C° quinquagesimo primo[4] regnavit[n] Fredericus huius nominis primus rex, et elevatum est solium eius super solium regum[o], qui fuerant ante eum[5] diebus multis. Invaluitque sapientia et fortitudine *super omnes inhabitantes terram*. Mater eius fuit amita ducis nostri[6].

*p. 67. — *Iudith* 2, 18.

a) sunt *delet. et in marg. corr. alia manu* sibi 2. b) que *om.* 1. 1ª. *L.* c) verba haec *edd.* d) fidelissimis 2; *cf. supra p.* 124, *n.* f. e) media *eadem manu corr.* medias 2. f) brunswich 2. g) affecti *edd.* h) du *in loco raso* 1; in *add. edd. L.* i) gosslariam 2. k) anullata 1. l) per *edd.* m) Fridericus *h. l.* 2. *L, semper edd.* n) regnavit *manu C supra lineam supplet.* 1. o) regnum *radendo corr.* regum 1.

1) *Cf. Bernhardi l. l. p.* 903 *sq.* 2) 1. *Reg.* 24, 12. 28, 9: insidiaris animae meae. 3) *Alio patre, Liupoldo marchione Austriae, natus.* 4) *Secundum computationem hodiernam a.* 1152; *hoc enim anno Febr.* 15. *obierat rex Conradus III. L.* 5) 3. *Reg.* 16, 33: Super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eum, *et similiter saepius.* 6) *Iudith, filia Heinrici Nigri, soror Heinrici Superbi. L.*

Transitus Tetmari[a] prepositi.
Capitulum LXXIII[b].

1152. (Ian. 29). Circa tempus dierum illorum occisus est Heremannus comes in castro Winzeburg[c, 1], vir potens et 5 magnarum pecuniarum, et ortae sunt contentiones inter ducem nostrum et marchionem Adelbertum propter castra et facultates eius. Propter hos compacandos[d] denuntiavit rex curiam apud Marcipolim[e, 2] civitatem Saxoniae mandavitque principibus sollempniter adesse[3]. 10 Missa quoque[f] legacione reges Danorum tumultuantes evocavit, ut decerneret inter eos mediante iusticia. Tunc Kanutus, quem tercio Dania pulsum[g] supradictum est, venit ad ducem nostrum rogans, ut eius conductu et auxilio in curia potiri mereretur. Porro archiepiscopus 15 conduxit Suein regem, habens inter multos religiosos[h] et honestos viros domnum Vicelinum episcopum in comitatu suo. Et habita est curia illa celebris apud Marcipolim[i], ubi principes Danorum confederati sunt, Suein (Maii 18). coronato in regem[4], ceteris eidem hominio subactis. Dis-20 sensio autem, quae erat inter ducem et marchionem, sedari non poterat, eo quod principes elati regis adhuc recentis monita parvipenderent[k]. Persuasit igitur archiepiscopus Vicelino episcopo, ut investituram de manu regis perciperet, non fructum ecclesiae, sed odium ducis 25 intentans[l]. At ille non consensit, ratus[m] iram ducis implacabiliter accendi; in hac enim terra sola ducis auctoritas attenditur.

Soluta est curia, Vicelinus episcopus reversus est in parrochiam suam. Invenitque sanctissimum virum

30 a) *sic h. l.* 1. b) LXXIIII. 1. *S.* c) winceburg 1. 1[a]. d) comparandos *S.* e) Martipolim 2, *infra constanter et* 1. f) Missaque *edd.* g) pulsus *a librario corr.* pulsu 2. h) religiososos *radendo corr.* religiosos 1. i) Martipolim 1. 2. k) pauipenderent *alio atram. corr.* puipenderent 2. l) incendans *manu C corr.* intentans 1. m) iratus *radendo corr.* ratus 1.

35 1) *Cf. Bernhardi l. l. p.* 921, *n.* 33. 2) *Cum quidem codices nonnunquam* Martipolim *habeant, vide de hac civitate a Marte deo, ut fabulabantur, appellata Thietmari Chron. I,* 2; *Chron. episc. Merseb., SS. X, p.* 164. 3) *Res in hac curia gestas et relationem Helmoldi pertractavit Voelkel l. l. p.* 45 *sqq.* 4) *A.* 1152. *Maii* 18. *Hartwicus* 40 *archiepiscopus Bremensis, Emehardus Michelenburgensis episcopus et Sueno rex Danorum, qui ibidem regnum suscepit de manu domini regis, et Knuto alter Danus, qui ibidem regnum in manum domini regis refutavit, laudantur inter testes in tabula Friderici regis data in curia Mersburch, Erhard, Cod. diplom. Westfaliae II, p.* 64 *sqq. [St. nr.* 3626*]*. 45 *L. Cf. Simonsfeld, 'Jahrbücher . . Friedrich I.' I, p.* 84 *sqq.*

1152. Thetmarum[a] presenti vitae subtractum. Quod[b] nimirum episcopo maximam intulit mesticiam. Ille enim dulcissimus vir, omnium semper devocione complectendus, neminem suo tempore visus est habuisse comparem. Ut enim de vita eius quiddam breviter summatimque[c] perstringam[1], ante conceptum matri[d] sancte revelatus ab ipsis cunabulis mancipatus[e] est altaris ministerio commendatusque bono magistro discipulus optimus perseveravit in disciplina usque ad viriles annos, discipulus in Brema[f], socius in Francia, sustinuit iugum magistri cum patientia iuxta illud Iheremiae: *Bonum est viro, cum portaverit*[g] *iugum ab adolescentia sua.* Post reditum [a Francia[h]] abeunte domno Vicelino in Slaviam[i] veluti sublato pedagogo[2] relictus est sibimet. Qualis igitur apud Bremam in regendis scolis[k], qualis in decania fuerit, dixerint Bremenses. Hoc commemorasse sat est, quia post digressum eius lumen ecclesiae illius sublatum Brema clamabat. Translatus igitur in Falderam ob desiderium[l] melioris vitae magnum gaudium attulit suae presentiae[m] domno Vicelino. Sed et omnibus, quos angulus ille *horroris et vastae solitudinis* continebat, nova quaedam facies orta est de adventu tanti hospitis. Post aliquot annos dilatante Deo fines ecclesiae[3], missus est Cuzelinam, quae et Hogerestorp[n], et incolis novae habitacionis magno solacio fuit. Captivis enim et despoliatis tanta[o] pietate concurrebat, ut dandi magnitudo vires[p] domus illius adhuc tenerae[q] excedere videretur. Inter orandum enim sive legendum aures eius semper vigilabant ad ostium[r] suspensae, quando veniret egenus pulsans et petens[s. 4]. Reverebatur eum comes Adolfus, eo quod redargueret[t] culpas eius nec parceret delinquenti. Duriciam enim cordis eius, quam exhibuit episcopo, venerabilis iste[u] sacerdos adhibitis emplastris emollire sategit, sed omne medicamentum altior morbus evicit.

Thren. 3, 27. — Deut. 32, 10.

a) thethmarum 2. *edd.* b) *seq. vox circa* 4 *litterarum deleta quae legi nequit* 2. c) consummatimque 2. d) matris 2. e) mansipatū *eadem manu corr.* mansipatus 2. f) in bre *in loco raso* 1. g) portuerit 2. h) a Francia *om.* 1. 1a. *S. (R), reiecit L; utrum scripserit Helmoldus necne, diiudicari vix potest.* i) slavia 1. 1a. k) scholis 2. *edd.* l) Fald. desiderio *edd.* m) presentis *corr.* presentie 1; sua praesentia *edd.* n) Hogerestorph *S;* Hagerestorp 2. *L.* o) tante *manu C corr.* tanta 1. p) viros 2. q) teneres *radendo corr.* tenere 1; *seq.* ecclesie *delet.* 2. r) hostium 2. s) *iterum* pulsans 1. 1a. 2; petens *primus S, fortasse ex arbitrio, post quem reliquae edd.* t) redarguerit *edd.* u) ille *edd. L.*

1) *Vide supra c.* 44. 45. 58. *L.* 2) *Cf. supra p.* 53, *n.* 7. 3) *Eadem verba* (dilatante — ecclesiae) *infra c.* 77, *p.* 145, *l.* 26 *sq.* 4) *Vide c.* 66. *L.*

1152. Audito tamen eo multa faciebat, sciens eum virum iustum et sanctum. Expletis igitur, postquam in hac terra mansit, annis decem infirmitate correptus est, absente scilicet episcopo et apud Marcipolim[a] posito. Cum autem fratres lecto egrotantis appliciti spem recuperandae salutis instaurarent, ille cum magna recusacione aiebat[b]: 'Nolite, fratres dilecti, presentis vitae dilacionem michi repromittere, nolite spiritum meum de peregrinacionis fatigio ad patriam tendentem huiuscemodi verbis affligere. *Ecce decem anni sunt, ex quo vitam meam sub[c] professionis huius titulo protrahi rogavi, et exauditus sum, nunc tandem laborum requies oranda est; et confido de solita pietate Dei, quia nec[d] hac peticione frustrabor'. Augebantur igitur torsiones[e] vitalium, nec tamen in defectu corporis vigor interioris hominis emarcuit. Completum est in eo illud Salemonis[f]: *Fortis est ut mors dilectio,* flumina et venti *non potuerunt extinguere*[g] eam[h, 1]. In moriente vivebat caritas, quae[i] in exhausto corpore integrabat affectum, prebentem fratribus solatium de merore, consilium in rebus ambiguis, morum edificacionem, imprimentem cordibus amicorum novissima quaedam valedictionis vestigia, nunquam abolenda. Sed nec inmemor dilectissimi patris sui Vicelini orabat perintime[k] vias eius a Deo dirigi[2], per hunc sibi viam salutis et spem regni patefactam multociens congratulans. Venerunt igitur ad egrotum fraterna sollicitudine prior Falderensis ecclesiae Eppo et Bruno sacerdos et post visitacionem exhibuerunt[l] ei sacrae unctionis[m] officium. Quo venerabiliter percepto, participacione nichilominus vivifici corporis Domini communitus, perseverabat in gratiarum actione. Nocte igitur[n], qua vigilia pentecosten[o] obvenerat, hoc est XVI. Kal. Iunii, pervigil in oratione, precibus invitavit angelos, suffragia sanctorum interpellavit omnium, iamque recedente anima movebatur adhuc lingua in oratione et confessione laudis. O dignissimum sacerdotem, o gratissimam Deo animam! Felicem dixerim in cursu, sed feliciorem in perventione, qui

*p. 68. — Cant. 8, 6. 7. — Maii 17.

a) Martipolim 1. 2. b) ciebat *alia manu corr.* aiebat 1. c) super 2. d) non *S.* e) torciones 1. 2. f) solomonis *manu C corr.* salemonis 1; Salomonis *edd. L.* g) extingwere 2. h) eam *om. S.* i) quem 1. 1[a]. k) *ita* 2. *edd.*; intime 1. 1[a]. *L.* l) *seq.* se *delet.* 2. m) unxionis 2. n) ero (*pro* ergo) *S*; vero *R. B.* o) pentecostes *edd. L.*

1) *Cant.* 8, 7: Aquae multae non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. 2) *Cf. supra p.* 89, *n.* 4.

1152. brevissimi laboris compendio apud Deum[a] gloriam meruit sempiternam, apud homines sanctae recordacionis affectum.

De sepultura eiusdem. Capitulum LXXIIII[b].

Cuius[c] venerabilis sacerdotis transitum longe ante predicere solebat Luthbertus[d] frater, qui miliciam huius 5 seculi[e] servitute Dei commutans cum famulo Dei Thetmaro[f] pauperum qui erant in hospitali curam gessit. Hic tempore quodam visitans Falderam vultum pretendit plus solito[1] subtristem[g] atque lacrimis suffusum. Interrogatus causas mesticiae respondit merito se tristari, 10 qui patris amantissimi presentia destituendus esset in brevi. Fatetur nichilominus de his non somniantem[h], sed vigilantem divinitus se instructum. Nec longe post prophetantis verbum velox sacerdotis obitus subsecutus est. Fratres quoque, quos intimus viri affectus flere 15 coegit, revertentes ad cor hauserunt spem et resumpserunt spiritum[i] consolacionis, memores oraculi. Ubi igitur in Faldera nuntiatum est de obitu eius, statim miserunt nuntios ad transferendum corpus, eo quod ipse discedens[k] hoc intentius oravisset. Quod tamen venerabilibus 20 fratribus Theoderico, Ludolfo, Luthberto[l] et ceteris qui illic degebant nullatenus persuaderi potuit, dicentes[2] omnes se malle[m] mori quam tanto pignore privari, quod Wagirensi[n] ecclesiae noviter ceptae futurum esset et honori et solacio. Confluentibus igitur de Segeberge[o] 25 et de vicinis oppidis fidelium populis corpus sanctum terrae commendatum est cum multa pauperum lamentacione de sua destitucione conquerentium[p]. Magnificetur

cf. Ps. 67, 36. igitur Deus in sanctis suis, qui virum hunc perfecit sibi dignum sacerdotem, consummatum vocatione felici. Vobis 30 quoque, o patres Lubicanae rei publicae[3], salus abundantior[q] erit a Domino, si virum talem digne excolueritis, statuentes eum in fronte[4] eorum, qui diruta ecclesiae vestrae[r] in nova culmina surgere fecerunt.

a) deo 1. 1[a], *alia manu corr.* deum 1[a]. b) LXXV. 1. *S.* c) Huius 2. *L.* 35 d) luchbertus 2. e) serv. sec. *signis adiectis transposita* 1. f) tethmaro 1; thethmaro 2. g) subestem (?) *alia manu corr.* subt'stem 2. h) sompniantem 2. i) resumps. spir. *bis scriptum, prius delet.* 2. k) discendens 1. l) luthberto (luthbererto) *radendo corr.* 1; Lutberto 2. m) male 1. n) Wairensi 2. o) Sigeberge *edd. L.* p) conquirentium *R. B.* q) habundancior 2. r) *ita* 3; nostre 1. 2. *(edd.)* 40

1) *Martini mortem nuntiat* puer .. solito tristior, vultu loquentis pariter et dolentis; *Sulp. Severi ep. II.* 2) *Sic pro*: dicentibus; *cf. supra p.* 106, *l.* 9. *L.* 3) *Consules dicere videtur.* 4) *Cf. supra p.* 9, *n.* 2.

De infirmitate Vicelini episcopi. Capitulum LXXV[a].

1152. Post decessum preclari sacerdotis Thietmari Vicelinus episcopus reversus est de curia Marcipolitana[b], frustrato labore propter sterilitatem principum. Domnus enim archiepiscopus et dux, in[c] quibus summa rerum in hac terra consistebat[d], prepedientibus simul odio et invidia nullos Deo placitos fructus facere poterant. Certabat uterque, cuius esset terra, vel cuius esset potestas statuendi episcopos, caverantque diligentissime, ne quilibet eorum cederet alteri. Sed nec comes Adolfus, licet in multis probatus[e], rebus episcopalibus animum plene accommodaverat. Accesserat his malis episcopo nostro amplior tristicia de obitu domni Thietmari[f], quo adhuc superstite tolerabilius[g] videbatur omne quod urgebat. Afficiebatur igitur tedio spiritus in singulos dies, quesivit[h] consolantem se et non invenit[1]. Transactis autem, postquam de curia venerat, paucis diebus venit Buzoe[i], quo[k] domum et ecclesiam edificare ceperat, et plebibus illic aggregatis[l] prebuit verbum salutis. Iam enim circumiacentia oppida[m] incolebantur[n] paulatim a *p. 69. Christicolis, *sed cum grandi pavore propter insidias latronum. Castrum enim Plunense[o, 2] necdum reedificatum fuerat. Consummans[p] igitur pontifex sacra misteria et offerens novissimum Deo sacrificium *pronus adoravit in terra* (Gen. 19, 1. 33, 4.) coram altari Domini[q], rogans fortissimum Deum[r], ut cultus ipsius propagaretur tam in eo loco quam in universa latitudine Slaviae. Multociens autem hominibus transmigracionis[3] inter exhortatoria[s] verba presagiebat cultum domus[t, 4] Dei sublimem in brevi futurum in Slavia, et ne deficerent animis, habentes duram patientiam[u, 5] ob spem meliorum. Valedicens igitur sacerdoti venerabili Brunoni et ceteris quos loco eidem[v] prefecerat

a) LXXVI. 1. *S.* b) martipol. 1. 2. c) in *om.* 1. 1[a]. d) consistentibus, *in marg. corr. alia manu coaeva* consistebat 2. e) prolatus 1. 1[a]. f) thethmari 2. g) tolerabim9 *alio atram. corr.* tolerabiliu9 1; tollerabilius 2. h) que suu *manu C corr.* quesiu (quesivit) 1. i) buzovam 2. 3; Buzo *edd.* k) ubi *edd.* l) agregatis 1. m) opida 1. 1[a]. n) incolabantur *manu C corr.* incolebantur 1. o) pluuense 1; Plumense *S.* p) Comsummans 1. q) dnm̄ (Dominum) 2. r) Dominum *edd. L.* s) exhortaria 2. t) cultus domu *manu C corr.* cultū domus 1. u) potenciam 1. 1[a]. v) eidem loco *edd.*

1) *Cf. Ps.* 68, 21: Et sustinui . . .: et qui consolaretur, et non inveni; *cf. Cant.* 3, 1. 2; *Matth.* 12, 43; *Luc.* 11, 24. *etc.* 2) *Destructum a.* 1139; *v. supra c.* 56. [*p.* 110]. *L.* 3) *Cf. supra c.* 58, *p.* 113, *l.* 21. *L.* 4) *Cf. supra p.* 39, *n.* 6. 5) *Cf. supra p.* 123, *n.* 3.

1152. et confortans manus eorum[1] in Domino reversus est Falderam, ubi infra septem dies correptus est virga Dei et adeo paralisi dissolutus est, ut manus eius et pes, totum denique latus dextrum exaruerint, quodque omnibus miserabilius fuit, privatus est officio linguae. Conturbati sunt hoc spectaculo omnes qui viderant, virum scilicet incomparabilis[a] facundiae, doctorem magnum, exuberantem verbo sacrae exhortationis et veritatis defensione[b], subito lingua membrisque destitutum et per omnia factum inutilem[2]. Quam dissonae igitur fuerint populorum sententiae, quam temeraria multorum nomine tenus[c] iudicia religiosorum, piget reminisci[3], nedum[d] verbis prosequi. Dicebant, quia Deus[e] dereliquit[f] eum, *Iob. 5, 17.* nec intendebant scripturae dicenti: *Beatus qui corripitur a Domino*[g]. Dolebant autem irremediabili afflictione[h] omnes qui erant in Faldera et Cuzelina[i], maxime vero hii qui in has terras primi cum eo venerant et consenuerant cum eo sub pondere diei[k] et estus[4]. Adhibebatur autem egroto medicorum opera, inefficax tamen, providente scilicet divinitate meliora de eo et viciniora *Philipp. 1, 23.* saluti. *Dissolvi* enim *et esse cum Christo multo*[l] *melius*. Duobus igitur annis et dimidio[5] versatus est in lecto egritudinis, nec sedere nec iacere contentus. Curabatur autem propensius fratrum diligentia prebentium ei necessaria corporis et ad ecclesiam eum deferentium. Nunquam enim missarum sollempniis vel communioni sacrae abesse voluit, nisi forte infirmitas gravior obstitisset. Tantis Deum[m] gemitibus et interno cordis clamore compellabat, ut aspicientes vix a fletu temperaverint. Gubernabat eo tempore domum prior eiusdem loci, venerabilis Eppo, vir magni in Christo meriti. Porro Cuzelinam et ecclesias quae in Wagira[n] erant regebat domnus Ludolfus, ille, inquam, qui olim in Lubeke multos propter ewangelium Christi labores pertulerat[6]. Huic preposituram

a) imcomparabilis 1. b) defencione *corr.* defensione 1. c) *ita* 1. 2. *edd.*, te *superscr.* 1, *quo eraso manu C corr.* non: minus 1, *et ita* 1[a]. *L.* d) necdum *codd.* e) Dominus *edd. L.* f) dereliquid 1; reliquit *alia manu coaeva corr.* dereliquit 2. g) Deo *Vulg.* h) irremedicabili dolore *edd.* i) Cuzilina 1. 1[a]. k) dei *alio atram. corr.* diei 2. l) est *addunt edd.* m) Dominum *edd.* n) waira 2.

1) *Cf.* 1. *Reg.* 23, 16. 2) 2. *Mach.* 7, 5: Per omnia inutilis factus. 3) *Cf. Boetium, De cons. phil. I,* 4 *(ed. Peiper p.* 16*):* Qui nunc populi rumores, quam dissonae multiplicesque sententiae, piget reminisci. Hoc tantum dixerim *etc. Vide supra p.* 49, *n.* 1. 4) *Matth.* 20, 12: portavimus pondus diei et aestus. *L.* 5) *Ergo mense Iunii in. a.* 1152. *in morbum incidit.* 6) *Cf. supra c.* 55, *p.* 107.

Cuzelinae, dum adhuc sanus esset, episcopus commendaverat. 1152.

[LXXVI.[a]] Una igitur dierum allocutus est dux comitem[b] dicens: 'Perlatum est ad nos iam pridem, quod[c] civitas nostra Bardewich[d] magnam diminucionem civium patiatur propter Lubicense forum, eo quod mercatores omnes eo commigrent. Idem conqueruntur hii qui sunt Luneburg, quod sulcia nostra devorata sit propter sulciam, quam cepistis habere Thodeslo[e]. Rogamus igitur, ut detis nobis medietatem civitatis vestrae Lubike[f] et sulciae, possimusque tolerabilius[g] ferre desolacionem civitatis nostrae. Alioquin[h] precipiemus, ne fiant mercaciones de cetero in Lubike[f]. Non enim ferendum est nobis, ut propter aliena commoda desolari paciamur hereditatem patrum nostrorum'[1]. Sed cum rennueret comes reputans incautam sibi huiuscemodi conventionem, mandavit dux, ne de cetero haberetur forum Lubike[f], nec esset facultas emendi sive vendendi, nisi ea tantum quae ad cibum[i] pertinent. Et iussit mercimonia transferri Bardewich[k] ad sublevandam civitatem suam. Sed et fontes salis qui erant Thodeslo[e] ipso tempore obturari fecit. Et factum est verbum istud[l] comiti nostro et terrae Wagirensi[m] in offensionem[n] et profectuum impedimentum.

De Evermodo episcopo. Capitulum LXXVII[o].

Nec hoc pretermittendum videtur, quod dilatante Deo fines ecclesiae[2] ordinatus est[3] Racisburg[p] episcopus domnus Evermodus, prepositus de Magdeburg, deditque ei comes Polaborum Heinricus insulam ad inhabitandum prope castrum. Preterea trecentos mansos resignavit 1152–1154.

a) *hanc inscriptionem habet S:* De emporio Lubicensi. Cap. LXXVII; *nulla capituli distinctio in* 1. 2. b) Adolfum *add. edd. L.* c) quot *manu C corr.* quod 1. d) barduwich 1. 1a. e) theodeslo 2. f) Lubeke 2. *(S).* g) tollerabilius 2. h) Aliquin *corr.* Alioquin 1. i) victum 4. k) bardiwich 1. 1a. l) illud *R. B.* m) wairensi 2. n) offencionem 1. o) LXXVIII. *S.* p) episc. racisburg *(alio atram. mutat.* racilburg*)* 2; in Racesburg ep. *edd.*

1) 1. *Mach.* 15, 33. 34: haereditatem patrum nostrorum. 2) *Cf. supra p.* 140, *n.* 3. 3) *Ab Hartwico archiepiscopo Bremensi, ut censet Dehio, 'Hartwich von Stade', 'Brem. Jahrbuch' VI, 'Exkurs' IV, p.* 147 *sqq.; aliter Hauck, 'KG. Deutschlands' IV, p.* 618, *n.* 1. *Cf. 'N. Archiv' XXXII, p.* 514, *nr.* 19.

1152—1154. duci dandos in dotem episcopii[1]. Porro decimas terrae recognovit episcopo[a], quarum tamen medietatem recepit in beneficio, et factus est homo episcopi, exceptis trecentis mansis, qui cum omni integritate tam redituum[b] quam decimarum sunt *episcopi. Interfuit his[c] rebus agendis domnus Ludolfus, prepositus de Cuzelina, et dixit ad comitem presente comite nostro Adolfo[d]: 'Quoniam comes terrae Polaborum benefacere cepit erga pontificem suum, decet, ut noster comes non faciat minorem partem suam. Ampliora enim de ipso presumenda sunt, utpote de homine litterato, habente scientiam rerum Deo placentium'. Tunc comes noster secutus factum comitis Polaborum remisit de beneficio suo trecentos mansos, qui oblati sunt per manus ducis[e] in dotem Aldenburgensis[f] episcopatus.

Transitus Vicelini. Capitulum LXXVIII[g].

1154. Post haec abiit dux noster in Italiam cum rege pro corona imperiali[h]. Quo absente Vicelinus episcopus ingravescente morbo diem clausit extremum. Obiit autem *Dec. 12.* II° Idus Decembris, anno videlicet incarnati verbi M°C°LIIII°. Sedit autem in episcopatu annis quinque, ebdomadibus novem[2]. Corpus eius tumulatum est in Falderensi ecclesia, presente scilicet domno Racisburgensi episcopo et officium consummante. Agebatur igitur intensius memoria boni patris tam in Faldera quam in Cuzelina, fuitque prefixum curatoribus[i], quid singulis diebus dari[k] deberet in elemosina pro remedio animae eius. Fuit[l] autem in Cuzelina sacerdos quidam Volchardus[m] nomine, minister mensae, quique primus ad Falderam cum domno Vicelino venerat[3], industrius in actionibus extrinsecis[n]. Hic ergo elemosinas pro boni pastoris[o, 4] anima constitutas dare neglexit, parcus in rebus supra quam necesse esset. Apparuit igitur venerabilis pontifex mulieri cuidam consistenti[p] in pago

a) episc. *om.* 1. 1[a]. b) reddituum 2. c) hiis 1. 1[a]. *L.* d) *in marg. alia manu* 1[a]: MCLIIII. e) per manus ducis *om.* 1. 1[a]. f) aldenburgnsis 1. g) LXXIX. *S.* h) imperali: *corr.* imperiali: 1. i) a curatoribus *R. B.* k) dare *eadem manu corr.* dari 2. l) Fuitque autem 2. m) volcardus 2*. n) extrincesis 1. o) sacerdotis *edd.* p) consistente 2.

1) *Cf. registrum decimarum Racesburg. [in 'Mecklenburg. UB.' I, nr.* 375, *p.* 361*]. L.* 2) *Hebdomadibus undecim; cf. supra p.* 130, *n.* 6. 3) *Cf. supra p.* 94, *n.* 2. 4) *Cf. supra p.* 108, *l.* 34.

1154-55. Segeberg[a] circumamictus cultu sacerdotali dixitque ad eam: 'Vade et dic Volchardo[b] sacerdoti, quia impie agit[c] circa me subtrahens ea quae pro remedio animae meae fratrum michi devocio subputavit'[d, 1]. Cui mulier: *p. 70. 'Quis', inquit[e], 'domine, vitam vobis atque linguam donavit? Nonne fama latius percrebruit[f] vos multis diebus vel annis lingua privatum, postremo[g] etiam morte defunctum? Unde igitur haec?' Quam ille blando vultu consolans: 'Ita est', ait, 'ut loqueris, sed haec melius nunc instaurata recepi. Nuntia igitur memorato sacerdoti, ut celerius[h] suppleat[i] quod subtraxit, quin etiam hoc adiunges, ut novem officia expleat post[k] me'. Et his[l] dictis recessit. Ubi igitur nuntiata sunt haec sacerdoti, abiit Falderam consulere super verbo hoc. Interrogatus autem confessus est culpam iuxta sermonem viri Dei promisitque meliorationem. Porro de novem officiis post eum a sacerdote complendis, nobis diversa commentantibus, veritas incognita fuit, sed rei eventus verbum, quod latebat, citius aperuit. Idem enim pres- 1155. biter novem post episcopum ebdomadibus vixit[2], declaratumque est septimanas officiis presignatas.

Qualiter Vicelinus cecam illuminavit.
Capitulum LXXVIIII[m].

Sed et hoc commemorare devocio persuadet, quod vir clarissimus Eppo, pontifici pro vitae reverentia valde familiaris existens, inconsolabiliter lugebat pro defuncti patris absentia. Quod cum multis diebus ageret, sepe dictus pontifex virgini[n] cuidam castae et simplici in sompnis[o] astitit dicens: 'Dic fratri nostro Epponi, quatinus[p] cesset flere, quia bene sum et fletibus eius condoleo; ecce enim lacrimas eius[q] in vestibus meis porto'. Dixerat haec, et ostendit ei vestem nivei candoris totam lacrimis infusam[r]. Quid dicam de illo nobis notissimo, cuius supprimo nomen? ita enim placuit, eo quod adhuc superstes[3] sit et habitet[s] in Faldera velitque latere.

a) Sigeberg *edd.*; Segeberge *L.* b) volcardo 1. 1[a]. 2*; Valchardo 2. c) ait *corr.* agit 1. d) supput. 2. *edd.* e) inquid 1. f) percrebuit *edd. L.* g) post tremo 1. h) scelerius, *prius s eras.* 1. i) adimpleat *edd.* k) pro *male* 4. l) hiis 2. *L.* m) *hanc inscriptionem habent codd.* 1. 1[a]. — *distinctio capituli et in* 2 *invenitur —, om. S, reiecit L.* n) uirginem *manu C corr.* uirgini 1. o) sompniis 1. 1[a]. p) quatenus 2. *edd.* q) ipsius 2; eius *eadem manu superscr.* ipsius 2*. r) profusam 4. s) habitat 1[a]. 2.

1) *I. e. deputavit. L. Cf. supra p.* 38, *l.* 30 *sq.* 2) *Mortuus igitur est mense Februario fere medio anni* 1155. 3) *Ergo post Epponis mortem haec scripta esse videntur; qui obiit a., ut videtur,* 1163. *Maii* 1.

1155. *Ian.* Hic post mortem pontificis necdum expletis triginta diebus audivit eum in visione dicentem repositam sibi requiem cum famosissimo illo[a] Bernardo Clarevallensi. Cui cum diceret: 'Utinam vos[b] essetis in requie!' ille respondit: 'Sum Dei gratia, et vos quidem credidistis me mortuum; ego autem vivo et semper postea[c] vixi'. Grata profecto nec onerosa fiet devoto lectori unius adhuc rei descriptio, quam in laudem Dei et[d] commendacionem pontificis nostri[e] gestam multorum probat noticia[f]. Erat in Falderensi parrochia[g] in villa quae dicitur Horgene matrona quaedam Adelburgis[h] nomine, pontifici[i] propter vitae simplicitatem admodum familiaris. Hanc postmodum luminibus orbam venerabilis pater consolari frequentius[k] assuevit[l], adhortans eam virgam paternae correptionis pacienter sustinere nec deficere in tribulacionibus[m, 1], oculos scilicet ei in celo repositos esse repromittens. Post transitum igitur pontificis vix annus emensus est, viditque mulier illa in visione nocturna[n] assistentem[o] eum[p] sibi et de statu salutis[q] ipsius sollicite percunctantem[r]. Cui illa: 'Quae', inquit[s], 'michi salus, quae in tenebris sum et lumen non video? Ubi, queso, domine, consolaciones tuae, quibus oculos meos in celo repositos dicebas? Ego autem protrahor in hac *miseria, et cecitas inveterata perdurat'. 'Noli', ait, 'diffidere de gratia Dei nostri'. Statimque pretendens dexteram[t] signum venerabile crucis oculis eius impressit, adhibens benedictionem. Mane igitur facto evigilans femina sensit ex operacione Dei cum tenebris noctis pulsas tenebras cecitatis. Tunc exiliens[u] e stratu[v] mulier prona cecidit in terram, exclamans in gratiarum actione[2], et dedignata ducem proprios direxit gressus ad ecclesiam, pulchrum de illuminacione sua[w] prebens spectaculum omnibus notis et amicis. Fecitque postmodum de manu propria velum ad operiendum sepulchrum pontificis in testificacionem et monimentum[x] illuminacionis suae. *Ioh. 20, 30.* *Multa quidem et alia fecit* Deus[y] per virum hunc laudabilia dignaque relatu, *quae non sunt scripta in libro hoc.*

*p. 71.

a) ille 2. b) vos *om.* 2. c) praeterea *edd.* d) et in 2. *L.* e) nostri *om. S. (R).* f) memoria *edd.* g) parrachio 2. h) *ita* 2. *edd.;* aldelburgis, lb *in loco raso* 1; waldenburgis 1a; aldenburgis 2*. i) pontificis, s *eras.* 1. k) *ita* 2. 2*. *edd.;* frequenter 1. 1a. *L.* l) asueuit 1. m) tribulacione 2. n) noct. *om.* 2. o) asistentem 1. p) eum *om.* 2. q) salutis *om.* 2. r) percuntantem 2. s) inquid 1; Quae mihi, inquit *edd. L.* t) dexteram *om. S. (R);* dextra *B;* dextram *L.* u) exhibens 2. v) *sic* 1. 2. 2*, *alio atramento corr.* strato 2, *ut edd. L.* w) sui 2. 2*. x) monumentum 2. *edd. L.* y) Dominus *edd.*

1) *Eph.* 3, 13: ne deficiatis in tribulationibus. 2) *Cf.* 2. *Cor.* 4, 15. *etc.*

Faldera, igitur[a], pontificis magni letetur honore,
Virtutes animo contegat, ossa solo[1].

Vos quoque, qui residetis in architriclinio ecclesiae Lubikanae[b], excipite virum hunc, virum, inquam, quem mera[c] narracione vobis propino, ideo utique mera, quia vera. Neque enim hunc[d] dissimulare penitus valebitis, qui[e] primus in civitate vestra nova *erexit lapidem in titulum, fundens oleum desuper.* Gen. 28, 18.

De Geroldo Aldenburgensi episcopo. Capitulum LXXX[f]. (79).

1154. Post transitum Vicelini episcopi fratres de Faldera recesserunt a subiectione Aldenburgensis episcopatus[2] ob laboris fastidium et elegerunt sibi prepositum domnum Epponem[g], virum sanctum. Porro episcopalis electio domino duci reservata est[3]. Fuit autem eo tempore sacerdos quidam Geroldus nomine, Suevia natus, parentibus non infimis, capellanus[h] ducis, scientia divinarum scripturarum adeo imbutus, ut neminem in Saxonia videretur habere parem[i], in corpore pusillo magnanimus, magister scolae[k] in Bruneswich[l] et canonicus urbis eiusdem, familiaris principi propter continentiam vitae. Preter munditiam[m] enim cordis[4] Deo cognitam castissimus habebatur[n] in corpore. Propositum igitur habens habitum assumendi monachicum[o] in loco qui dicitur Ridegeshuse[p] sub obedientia abbatis Conradi, ad quem sibi fuerat[q] germanus sanguis et amor, herebat[r] autem[s] in curia ducis corpore magis quam animo. Ubi ergo fama vulgavit Vicelinum episcopum obisse, domina ductrix allocuta est Geroldum sacerdotem: 'Si tibi[t] propositum est[5] serviendi Deo sub austeritate vitae, assu-

a) *vox* igitur *versum perturbat.* b) lubicane 1a. 2. 2*. c) meri *S.* d) hoc *edd.* e) quia *edd.* f) *ita* 1. *S*; 79. *L.* g) opponem *corr.* epponem 1. h) cappellanus 2. i) partem, t *expunct.* 1. k) schole 2. *edd.* l) brunswich 2. *R. B.* m) mundiciem *edd.* n) hab. *om.* 2. o) monachum 1. 1a. p) rigedeshuse 2; Ridegeshusen *S. L.*; Radegeshusen *R. B.* q) ipsi erat *edd.* r) h'e || bat *manu saec. XV. mutatum* Habita || bat 1, *et ita* 1a. s) autem *delendum videtur.* t) ubi *(ita* 1a*) alio atram. corr.* tibi 1.

1) *Ovid. ex Ponto I, 2, 60*: Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum. *L.* 2) *Novum-monasterium non Aldenburgensi episcopatui subiectum, sed Vicelino et quibusdam fratribus concessum est; cf. Hauck, 'KG.' IV, p.* 618, *n.* 9. *At Helmoldus hanc subtilem distinctionem neglegens vix ideo falsarius putandus est.* 3) *De facto huius electionis, non de iure eligendorum episcoporum Helmoldus loquitur; neque ideo cum Hirsekorn p.* 54. *falsitatis arguendus est.* 4) *Prov.* 22, 11: cordis munditiam. 5) *Cf. supra p.* 92, *n.* 4.

1154. (Dec.). mito tibi laborem utilem et[a] lucrosum et perge in Slaviam et sta in opere, in quo fuit Vicelinus episcopus. Hoc enim faciens et tibi et aliis proderis[b]. Omne bonum si in commune deductum fuerit, maius bonum est. Ac-
1155. cersivit igitur domina per litteras Ludolfum prepositum de Cuzelina commendatumque sacerdotem transmisit cum eo in Wagirensem terram eligendum in episcopum. Accessitque peticioni[c] principis cleri plebisque concors electio. Aberat tunc forte episcopus[1], qui consecraret electum[d]. Ille enim duci ab inicio invisus[e] tunc vero amplius insidiabatur calcaneo eius[2], eo quod dux occupatus esset expedicione Italica[f], et communita[g] sunt adversus eum castra episcopi Stadhen, Vorden[h], Horeborg, Friburg.

1154. (Sept. Oct.). In diebus illis[3] orientalis Saxoniae principes et aliqui de Bawaria conspiracionis, ut dicebatur, gratia condixere[i] colloquium, evocatusque[k] archiepiscopus occurrit eis in saltu Boemico[l, 4]. Quo postea reditum maturante vetitus est a ducensibus[m] redire in parrochiam suam,
1154/55. exclususque mansit toto pene anno in orientali Saxonia. Surgens igitur noster electus abiit post eum in Saxo-
1155. niam quesitumque reperit[n] apud Marcipolim[o], Aldenburgensem[p] episcopatum in alteram personam demutare parantem[q]. Enimvero prepositum quendam in partibus illis bene erga se meritum hoc honore remunerare decreverat, magna quaedam, sed supervacua de diviciis huius episcopatus iactitans. Audito igitur[r] adventu domni Geroldi perturbatus est animo cepitque velle irritare electionem, pretendens inmaturam ecclesiam et personis adhuc quasi vacuam sine sui permissione nec eligere nec discernere quicquam[s] posse. At nostri

a) et *in duabus paginis bis scriptum* 2. b) prodis *mutatum* prodes 1, *et ita* 1[a]. c) *ita emendavit L.*; peticio *codd. et edd.* d) episcopum *edd.* e) infensus *edd.*; *cf. supra p.* 66, *n.* n. f) ytalica 2. g) comminuta 2. h) stadhenvorden *eodem atram. corr.* stadhen vorden 1; Stadhettuorden *S. (R).* i) conduxere *alio atram. corr.* condixere 2. k) enotatusque *radendo mutatum* euotatusque 1. l) boemico *alia manu mutatum* bohemico 2. m) a duc. vet. est 1. 1[a], vetitus *manu C in spatio vacuo suppl.* 1. n) receperit, ce *expunct.* 1; recepit 1[a]; repperit 2. o) Martipolim 1. 2. p) aldenburgensen 1. q) parentem *a librario corr.* parantem 1. r) ergo *edd. L.* s) quitquam 1.

1) *Hartwicus archiepiscopus Bremensis. L.* 2) *Cf. Gen.* 3, 15: et tu insidiaberis calcaneo eius. *L.* 3) *Circa menses Septembris vel Octobris; Dehio, 'Brem. Jahrb.' VI, p.* 83 *sq.* 4) *Silva in confinio Bohemiae et Bavariae; cf. infra c.* 88. [89]. *L. Potius 'Erzgebirge' quam silvam dictam 'Böhmerwald' intellegendam esse contendit Dehio l. l. p.* 85, *n.* 1, *sed vocem silvae Bohemicae hanc vim habere nusquam repperi.*

obtendere[a] ceperunt ratum esse opus electionis, quam perfecisset postulacio principis[1], concordia cleri[b], aptitudo personae. Tunc archiepiscopus: 'Non est', inquit[c], *'huius temporis vel loci talium explanacio[2], expediet[d] hanc causam, cum rediero, Bremense capitulum'. Videns igitur electus[e] archiepiscopum adversantem sibi remisit Ludolfum prepositum et eos qui cum ipso venerant in Wagiram[f], ipse vero succinctus abiit in Sueviam designaturus duci per nuntium suum de statu suo. Cui dux remandavit[g], ut celerius[h] veniret in Longobardiam, veluti processurus cum ipso[i] Romam. Quo mandatis[k] parente in exeundo Suevia incursatus est a latronibus[l], amissoque viatico de[m] gladio graviter vulneratus in frontem est. Nec his prepeditus vir estuantis animi profectus est itinere cepto, perveniensque Terdonam[n], ubi erant castra regis, benigne susceptus est a duce et amicis eius. Porro rex et universi principes expugnabant Terdonam, et obsessa est civitas diebus multis. Ad ultimum capta civitate[3] fecit deponi muros eius et adequari solo. Inde proficiscente exercitu fecit dux episcopum nostrum comitari secum in Italiam[4], ut offerret eum domno papae[5].

1155. — *p. 72. — (Apr. 18).

Miserunt igitur Romani legatos ad regem in castra, qui dicerent ei paratum esse senatum[o] et universos cives Urbis ad excipiendum eum cum triumphalibus pompis, siquidem imperatorio more sese exhibuisset. Quo percunctante[p] modum, quo sese[q] exhibere deberet, illi aierunt[r. 6]: 'Regem propter imperiale fastigium Romam venientem decet venire more suo, hoc est in curru aureo, purpuratum, agentem pre curribus suis tyrannos bello subactos et divicias[s] gentium. Preterea oportet eum honorare Urbem, quae caput est orbis[t] et mater

(Iun.).

a) ostendere *edd.* b) cleri conc. 2. c) inquid 1. d) expediat 2. e) noster *add.* 2. f) wairam 2. g) mandavit 2. h) scelerius 1. 2. i) cum ipso process. 2. k) mandato 2. l) lotr. *corr.* latr. 1. m) de *om. edd.* n) terdonam *bis script., prius delet.* 2. o) cenatum *corr.* senatum 1. p) percuntante 2. q) se 2. *L.* r) aiunt *R. B.* s) *medium* i *manu C superscr.* 1. t) orbis est *edd.*

1) *Paene eadem verba de electione supra p.* 150, *l.* 7 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 25, *n.* 4. *et p.* 82, *l.* 29. 3) *A.* 1155. *April.* 18. *post obsidionem duorum mensium. L.* 4) *Cf. supra p.* 56, *n.* 4. 5) *Sequentia omnia de primo Friderici itinere Italico Geroldum Helmoldo narravisse apparet.* 6) *Cf. Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 332. *Narratio anonymi de gestis Friderici I. in Italia v.* 616 — 628, *ed. E. Monaci, 'Fonti per la storia d'Italia', Roma* 1887, *p.* 25 *sq., magis cum Helmoldo convenit quam Otto Frising., Gesta Frid. II,* 29.

1155. imperii, et dare senatui quae edictis prefixa sunt, videlicet quindecim[a] milium libras argenti, ut per hoc suscitentur animi senatus ad benivolentiam et exhibeant ei honorem triumphalem, et quem electio principum regni creavit[b] regem, auctoritas senatus perficiat cesarem'. 5 Tunc rex subridens: 'Grata', inquit[c], promissio, sed cara emptio. Magna requiritis, o viri Romani, de exinanita camera nostra. Puto autem, quia occasiones queritis adversum nos[1] imponendo non imponenda. Consultius vero agetis[d], si his omissis amicitiae pocius nostrae quam 10 armorum ceperitis experimentum'. At illi pertinacius instabant, dicentes iura civitatis nullatenus irritanda[e], sed gerendum[f] morem senatui, alioquin adventanti claustra Urbis obicienda.

Consecratio Frederici imperatoris. 15
(80). Capitulum LXXXI.

His auditis rex missa legacione per summos et honorabiles viros accersivit domnum Adrianum papam *(Iun. 8).* in castra[2] propter participacionem consilii. Siquidem Romani papam in multis offenderant. Veniente igitur 20 eo in castra rex festinus occurrit et desidenti[g] de equo tenuit strepam duxitque[h] per manum eum in tentorium. Facto autem silentio locutus est domnus Bavembergensis[i] *Ion. 3, 7.* episcopus[3] verbum *ex ore regis et principum dicens:* 'Honorabilem sanctitatis tuae presentiam, apostolice 25 pontifex, sicut iam dudum sicienter desideravimus, ita nunc letanter suscipimus, gratias agentes omnium bonorum largitori[4] Deo, qui nos deduxit et adduxit in hunc locum et sacratissima[k] visitatione tua dignos fecit.

a) viginti 4. *Alb. Stad.* b) creuit 1. 1a. c) inquid 1. d) agitis *R. B.* 30 e) irridanda *manu C corr.* irritanda 1. f) gerendo 2. g) descendenti *edd.* h) dixitque *manu C corr.* duxitque 1. i) bauenbergensis 2. k) sanctissima *edd.*

1) 4. *Reg.* 5, 7: quod occasiones quaerat adversum me. 2) *In campo Grasso, apud Sutrium. Prius imperator et papa convenerunt, deinde legatio Romanorum advenit. De die conventus Friderici et Adriani* 35 *et rebus ibi gestis vide Giesebrecht, 'D. KZ.' VI, p.* 340 *sq.; Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 330. *et p.* 677 *sqq.* 3) *Eberhardus II. L. Eberhardum quidem locutum esse concedit P. Wagner, 'Eberhard II., Bischof von Bamberg' (Inaug.-Diss. Halle* 1876*) p.* 93 *sqq., sed sermonem hunc ab ipso Helmoldo confectum esse contendit. Helmoldum e memoria narrantem* 40 *quae Geroldus e memoria narraverat non pauca depravasse concedendum est; at multa aliis testimoniis fulciuntur. Cf. etiam supra p.* 151, *n.* 6. 4) *Tertullian., Ad nationes II,* 7: Ille *(Deus)* . . largitor bonorum.

1155. *(Iun. 8).*

Notum igitur esse tibi[a] cupimus, reverende pater, quia omnis haec ecclesia de finibus orbis propter honorem regni collecta adduxerunt principem suum ad tuam beatitudinem, provehendum ad culmen imperialis[b] honoris, 5 virum nobilitate generis conspicuum, animi prudentia[c] instructum, victoriis felicem, preterea etiam *in his*[d] *quae ad Deum pertinent* prepollentem, observatorem sanae fidei, amatorem pacis et veritatis, cultorem sanctae ecclesiae, super omnia vero sanctae Romanae ecclesiae, 10 quam amplexatur ut matrem, nichil negligens eorum, quae ad honorem Dei et apostolorum principis exhibenda maiorum iubet tradicio. Dat huic rei credulitatem humilitas nunc exhibita; enimvero venientem te suscepit intrepidus et applicitus sanctissimis vestigiis tuis fecit ea 15 quae iusta sunt. Restat igitur, domne pater, ut et tu circa ipsum peragas ea quae tua sunt, ut ea quae de plenitudine culminis imperialis ei desunt per Dei gratiam tuo opere suppleantur'. Ad haec domnus papa respondit: 'Verba sunt[e], frater, quod loqueris. Dicis 20 principem tuum condignam beato Petro exhibuisse reverentiam. Sed beatus Petrus magis videtur inhonoratus; denique, cum dexteram deberet[f] tenere strepam, tenuit sinistram'. Haec cum per[g] interpretem regi nuntiata fuissent, humiliter ait: 'Dicite ei, quia defectus hic non 25 fuit devocionis[h], sed scientiae[i]. Non enim tenendis strepis magnopere studium dedi; enim vero ipse, ut memini, primus est, cui tale obsequium dependi[k]'. Cui domnus papa: 'Si, quod[l] facillimum fuit, propter ignorantiam neglexit, qualiter putatis expediet maxima?' 30 Tunc rex aliquantisper motus ait: 'Vellem melius instrui, unde mos iste inoleverit, ex benivolentia *an ex debito? Si ex benivolentia, nil causari habet domnus papa, si vacillaverit obsequium, quod de arbitrio, non de iure subsistit. Quod si dicitis, quia ex debito primae 35 institucionis haec reverentia debetur principi apostolorum, quid interest inter dexteram strepam et sinistram, dummodo servetur humilitas, et curvetur princeps ad pedes summi pontificis?' Diu[m] igitur[n] acriterque disputatum est; postremo discesserunt[o] ab invicem sine

Exod. 4, 16. 18, 19. — *cf.* 1. *Mach.* 7, 12. 11, 33. — *p. 73.

40 a) tibi esse *edd. L.* b) imperatoris *manu C corr.* imperialis 1. c) providentia *edd.* d) hiis 2. *L.* e) Verba sunt *om.* 2. f) beberet *manu C corr.* deberet 1. g) per *a scriba supra lineam suppl.* 1. h) deuocionis *alia manu mutat.* indenocionis 2. i) inscientie 1a. 2. k) impendi 4. *Corner. L.* l) quid *corr.* quod 1. m) Duci *corr.* Diu 1. n) itaque *edd. L.* o) post tremo dissesserunt 1.

1155. osculo pacis. Timentes igitur hii qui columpnae regni esse videbantur[1], ne forte rebus inactis frustra laborassent, multa persuasione evicerunt cor regis, ut domnum *(Iun. 10).* papam revocaret in castra. Quem redeuntem suscepit rex integrato[a] officio. Omnibus autem exhilaratis et 5 conventioni adgaudentibus dixit domnus papa: 'Adhuc superest quod facere debeat princeps vester[b]. Requirat beato Petro Apuliam[2], quam Willehelmus Siculus per vim possidet. Quo facto veniat ad nos coronandus'. Responderunt principes dicentes: 'Diu est, ex[c] quo fui- 10 mus in castris, et desunt nobis stipendia[d], et tu dicis tibi Apuliam requiri et sic demum ad consecracionem veniri[e]? Dura sunt haec et supra vires nostras. Quin pocius impleatur opus consecracionis, ut pateat nobis reditus patriae, respiremusque[f] paululum de labore; post- 15 modum [magis[g]] expediti redibimus expleturi quod[h] nunc *Iob 9, 13.* faciendum restat'. Moderante igitur Deo, *sub quo curvantur qui portant orbem,* cessit apostolicus et assensus est postulacioni principum. Factaque concordia assederunt in consilio acturi de introitu Urbis et cavendis in- 20 sidiis Romanorum.

(Iun.). Eo tempore accessit dux noster ad domnum papam rogans[i] eum pro consecracione Aldenburgensis electi. Qui cum modestia recusavit dicens libenter se facere postulata, si posset fieri sine iniuria metropolitani. Nam 25 domnus Hammemburgensis papam litteris prevenerat, rogans eum abstinere huic consecracioni, quae sibi verecunda foret.

Cum igitur appropinquarent Urbi[k], misit rex clam *(Iun. 17/18).* noctu nongentos loricatos[l, 3] ad domum beati Petri una 30 cum legatis domni papae, qui perferentes mandata ad custodes intromiserunt milites[m] per posticum infra do- *(Iun. 18).* mum[n] et arces[o]. Mane igitur facto venit rex cum omni exercitu, precedensque domnus papa cum cardinalium numero suscepit eum ad gradus, et intrantes domum 35 beati Petri aggressi sunt opus consecracionis. Porro

a) integro *alia manu coaeva corr.* integrato 2. b) noster 1. 1[a]. c) ex *om. S. R.* d) et desunt — stipendia *om. S. (R).* e) ueniri *in loco raso* 1. f) respiceremusque *S.* g) magis *habuit solus cod.* 4. h) quot *manu C corr.* quod 1. i) rogansque 1. *S;* rogavitque 1[a]. k) u•bi (verbi) *delet. et manu C superscr.* urbi 1. 40 l) laritatos 1. m) milites *om.* 2. n) domum *om.* 2. o) arcem 4. *L.*

1) *Cf. supra p.* 58, *n.* 1. 2) *Cf. Simonsfeld l. l. p.* 357, *n.* 247. 3) *Otto Fris., Gesta Friderici II, c.* 31: usque ad mille armatorum equitum lectissimi iuvenes.

miles armatus stabat circa templum et edem observans regem, quousque consummarentur misteria[a]. Postquam autem perfectum est in eo opus augustae dignitatis, egressus est muros Urbis, et miles lassitudine gravis cibo refectus est. Inter prandendum Lateranenses[b] facta eruptione transgressi sunt Tyberim[c] et primum quidem castra ducis, quae muris erant contigua, turbaverunt, vociferansque exercitus de castris proruit ad obsistendum. Et factum est bellum potens[d, 1] in illa die. Illic dux noster fortiter dimicavit in capite[2], Romani victi[e] passi sunt ruinam magnam. Post factam victoriam magnificatum est nomen ducis super omnes qui erant in exercitu. Volens igitur domnus papa honorare eum, transmisit ei munera precepitque nuntio dicens: 'Dic ei, quia crastina[f], si Dominus voluerit, electum eius consecrabo'. Et letatus est dux de promissione. Mane igitur facto fecit domnus papa publicam[g] sollempnitatem et consecravit nobis episcopum cum magna gloria.

1155. (Iun. 18). (Iun. 19).

De suspendio Veronensium.
Capitulum LXXXII.

(81).

Reductis[h] igitur Romanis in gratiam papae, cesaris[i] expedicio retorsit iter ad reditum, et deserentes Italiam venerunt in Longobardiam[3]. Qua nichilominus postposita venerunt Veronam, ubi contigit cesarem cum exercitu grave incurrisse discrimen. Siquidem Veronensium lex est[4] imperatori Longobardiam egredienti pontem navibus sternere in flumine qui[k] dicitur Edesa, cuius impetus instar torrentis violentus nemini vadosus est. Cum igitur transisset exercitus, statim pons ille a fluminis impetu raptus[l] est, properansque exercitus venit ad angustiam viae, cui Clusa[m, 5] nomen est, ubi inter scopulos celo contiguos iter adeo in artum[n] trahitur, ut

(Sept.).

a) misteria *manu C mutat.* misteria (ministeria) 1, *et ita* 1a. b) latera menses *corr.* lateranenses 2. c) tiberim 2. *L.* d) portens, r *expunct.* 1. e) sunt *add.* 2. f) die crast. 1. 1a, die *supra lineam suppl.* 1; crastina die *L.* g) promissionem *add.* 2. h) *ita* 1. *S, sed littera initialis* R *in loco raso, ubi* D *prius picta erat*, 1; Deductis 2. i) cesarisque 2. k) *ita codd.; quod edd. L.* l) ruptus 4. m) clausa *(ita* 1a*), a expunct. corr.* clusa 1. n) inter arctum *edd.*

1) 1. *Reg.* 14, 52: Erat autem bellum potens; *supra p.* 77, *l.* 24. 2) *Heinricum Leonem in hac pugna inter primos fuisse praeter anonymum de gestis Friderici in Italia v.* 707—711. *narrat etiam Vincentius Pragensis, SS. XVII, p.* 665, *et alii; cf. Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 690 *sqq.* 3) *Cf. supra p.* 56, *n.* 4. *et p.* 151, *l.* 4. 4) *Ad sequentia cf. Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 376 *sqq. et p.* 699 *sqq.* 5) *Fauces ad Athesim flumen inter Volargne et Ceraino.*

1155. duobus pariter incedentibus commeatum vix prebeat. At Veronenses supercilium montis occuparant missisque iaculis neminem transire sinebant. Requirebant autem ab imperatore, quid pro salute suimet atque suorum dare[a] vellet. Cesar igitur tam flumine quam montibus undique cinctus, incredibile dictu est, qualiter animo consternatus fuerit, ingressusque tabernaculum, discalciatus pedes, adoravit coram vivifico ligno crucis Domini. Nec mora, divinitus inspiratus invenit consilium. Fecit igitur vocari eos qui de Verona secum erant et ait ad illos: 'Ostendite michi callem absconditum[b], qui ducit[c] in supercilium montis, alioquin iubebo effodi oculos vestros'. At illi timentes detexerunt ei abditos ascensus montis, statimque conscendentes fortissimi militum supervenerunt hostibus a tergo et disiectos pugna comprehenderunt nobiles eorum et perduxerunt eos in conspectum cesaris. Qui fecit eos suspendio affici. Sicque remotis offendiculis exercitus perrexit itinere suo.

Concordia episcoporum Hartwici et Geroldi.
(82). Capitulum LXXXIII.

Post haec episcopus noster accepta a duce licentia secessit in Sueviam, ubi[d] venerabiliter ab amicis susceptus et per dies aliquot retentus divertit in Saxoniam; deinde transmissa Albia venit in Wagiram[e], ingressurus laborem, cui mancipatus[f] fuerat. Denique ingressus episcopatum non invenit stipendia, quibus vel ad unum mensem[g] sustentari posset. Siquidem[h] Falderensis domus post mortem beatae memoriae[i] Vicelini episcopi commodo simul et quieti consulens ad Hammemburgensem ecclesiam sese transtulerat[1]. At Ludolfus prepositus et fratres Hogerestorp[k] satis sibi esse iudicabant, ut episcopum ingredientem[l] et egredientem hospicio colligerent[2]. Sola domus Bozoe[m] stipendiis episcopalibus deserviebat, vacua admodum et inculta. Visitans igitur[n] episcopus et alloquens filios ecclesiae suae regressus est ad[o] Albiam locuturus archiepiscopo penes Staden. Quem

a) da *in loco raso* 1. b) abschonditum 2. c) ducit *om.* 2. d) ubu *radendo corr.* ubi 1. e) wairam 2. f) mansipatus 2. g) mense *manu saec. XV. corr.* mensē 1. h) Sȝ (Sed) quidem 2. i) memore 1. k) in Hogerestorph *edd.* l) egredientem 1. m) Buzoe *R.* n) ergo 2. *edd. L.* o) ad *om. S.*

1) *Cf. supra c.* 80. (79). *in.* 2) *Cf. supra p.* 38, *n.* 6. *L.*

cum archiepiscopus ob fastum elacionis diucius protraheret, essetque difficilis admissio, dixit episcopus noster ad abbatem de Reddegeshuse[a] et ceteros qui secum venerant: 'Quid hic residemus, fratres? Eamus videre faciem hominis'. Et nil trepidans ingressus est ad principem accepitque osculum sine verbo salutacionis. Ad quem noster episcopus: 'Michi', ait, 'non loquimini? Quid peccavi, ut non merear salutari? Demus, si placet, arbitros, qui iudicent inter nos. Veni, ut scitis[b], Marcipolim[c], postulavi benedictionem, et rennuistis. Necessitate igitur compulsus abii Romam, impetraturus ab apostolica sede quae michi negata sunt a vobis. Iustior ergo michi est irascendi ratio, qui michi onerosam itineris huius necessitatem imposuistis'. Ad quem archiepiscopus: 'Quae', inquit, 'tam inevitabilis causa vos propulit[d] Romam ad subeundum viae laborem et expensas sumptuum? An quia in regione longinqua positus postulacionem vestram[e] ad faciem ecclesiae nostrae distuli?' 'Distulistis', ait noster episcopus, 'veluti infirmaturus causam nostram; hoc enim, ut verum fateamur, verbis apertius prosecutus[f] estis. Sed gloria Deo, qui perfecit nos in ministerio suo, laboriosa quidem, sed grata assecucione'. Tunc archiepiscopus: 'Apostolica', inquit, 'sedes potestate sua, cui certe obniti non possumus, usa est in consecracione vestri, quae ad nos iure spectabat. Sed huic iniuriae rursus providit remedium, designando nobis per litteras nichil in hoc facto[g] auctoritati nostrae de vestra subiectione subtractum'. Respondit episcopus noster[h]: 'Scio quidem nec diffiteor hoc ita esse, ut dicitis, et ob hoc ipsum veni, ut exhibeam me in his quae digna sunt vobis, ut sopiantur discordiae, et instaurentur *ea quae pacis sunt*. Iustum quoque arbitror, ut nobis quae subiecta sunt sentientibus[1] provideatis sustentationis amminiculum[i]. Militantibus enim debentur subsidia'. Et his dictis statuerunt ad invicem amicicias, promittentes alterutrum in necessitatibus opem vicariam[2].

1155. — *Luc.* 14, 32.

a) reddegeshuse *manu saec. XV. mutat.* reddegeshusē 1; reddeheshuse 2; Reddegeshusen *edd. L.* b) sitis *corr.* scitis 1. c) marcipolim *corr.* martipolim 2. d) ire *add.* 3. e) nram (nostram) 2. f) persecutus 2. g) in hoc facto nihil 2, *ubi* nihil *alia manu fere coaeva in marg. suppletum est.* h) noster *om. edd. L.* i) admin. *edd. L.*

1) *Cf. supra p.* 97, *n.* 7. 2) *Cf. infra c.* 83. [84]. *in fine. L.*

1155. Inde digrediens[a] episcopus noster Geroldus abiit Bremam occursurus[b] duci. Ille enim offensus Fresoni- *Nov. 1.* bus[c] qui dicuntur Rustri[1] venit Bremam in Kalendis Novembris et fecit comprehendi quotquot[d] ad forum venerant et substantias eorum diripi. Interrogatus autem 5 a duce presul noster, qualiter susceptus fuerit ab archiepiscopo, locutus est bona[2] de eo et studuit lenire animum eius circa archiepiscopum[e]. Inveteratae enim inimiciciae, quae dudum fuerant inter eos, eo tempore invenerunt locum grassandi, eo quod[f] archiepiscopus 10 omisisset Italicam expedicionem[g] transgressor iuramenti essetque[h] reus maiestatis[i]. Unde etiam legatus imperatoris veniens Bremam occupavit omnes curtes[k] episcopales et quaecumque reperisset addidit fisci iuribus[l]. Idem factum est Othelrico[m] Halverstadensi episcopo[3]. 15 Redeuntem igitur ducem Bruneswich[n] prosecutus est *Dec. 25.* noster episcopus et egit cum eo festum natalis Domini.

Quo expleto rediit episcopus in Wagiram[o] assumpto germano suo abbate de Redegeshuse[p] et abiit Aldenburg 1156. *Ian. 6.* acturus diem sollempnem[q] epyphaniae in loco cathe- 20 drali[r]. Erat *autem urbs deserta penitus, non habens *p. 75. menia vel habitatorem nisi sanctuarium[s] parvulum, quod sanctae memoriae Vicelinus ibidem erexerat[4]. Illic in asperrimo frigore inter cumulos[t] nivis officium peregimus. Auditores nulli de Slavis preter Pribizlaum[u] et 25 paucos admodum. Expletis misteriis sacris rogavit Pribizlavus[v], ut diverteremus[w] in domum suam, quae erat in opido[x] remotiori. Et suscepit[y] nos cum multa alacritate fecitque nobis convivium lautum. Mensam nobis appositam viginti fercula cumularunt. Illic experimento 30 didici, quod[z] ante fama vulgante cognovi, quia nulla gens honestior[5] Slavis in hospitalitatis gratia[6]. In colligendis enim hospitibus omnes quasi ex sententia alacres sunt.

a) progrediens 2. b) occursurus — venit Bremam *om.* 2. c) fres *in loco raso* 1. d) quotqȝ *corr.* quotqͦt 1. e) episcopum *edd.* f) quot *manu C corr.* quod 1. g) pro- 35 fectionem *edd.* h) que *alia manu coaeva supra lineam supplet.* 2. i) magestatis 2. k) cortes 2. l) viribus *(S) delet. et in marg. alia manu coaeva corr.* iuribus 2. m) otheluco 2. — Halberstatensi *edd.* n) brunswich 2. o) wairam 2. p) *ita* 1. 2. *edd., statim mutat.* reddegeshuse 1, *et ita L.* q) diem sollenem acturus 2. r) kathedrali 2. s) moenia vel habitatorium parv. *S;* moen. nisi habitatorium parv. *R. B.* 40 t) in cumulo *edd.* u) pribizlau9 *corr.* pribizlau 1. v) Pribizlaus 2. *edd. L.* w) diverteremur *edd. L.* x) loco *edd.* y) excepit nos cum magna al. *edd.* z) quot *corr.* quod 1.

1) *Vide schol.* 3. *ad Adam. I,* 13. *L.* 2) 1. *Reg.* 19, 4: Locutus est . . Ionathas de David bona. 3) *Cf. Ottonis Frising. Gesta Friderici II,* 12. 4) *Quod narravit Helm. supra c.* 69, *p.* 134. 5) *Cf.* 45 *supra p.* 7, *n.* 1. 6) *Cf. infra II,* 12. *in fine. L.*

ut nec hospicium quenquam postulare necesse sit. Quid- 1156.
quid[a] enim in[b] agricultura, piscacionibus seu venacione
conquirunt, totum in largitatis opus conferunt, eo for-
tiorem quemquam[c] quo profusiorem[d] iactitantes. Cuius
5 ostentacionis affectacio multos eorum ad furta vel latro-
cinia propellit. Quae utique viciorum [genera[e]] apud
eos quidem venialia sunt, excusantur enim hospitalitatis
palliacione. Slavorum enim legibus accedens, quod nocte
furatus fueris, crastina[f] hospitibus disperties[1]. Si quis
10 vero, quod rarissimum est, peregrinum hospicio remo-
visse[g] deprehensus fuerit, huius domum vel facultates
incendio consumere licitum est, atque in id omnium
vota pariter conspirant, illum inglorium, illum vilem et
ab omnibus exsibilandum[h] dicentes, qui hospiti panem[i]
15 negare non timuisset.

Conversio Pribizlai. Capitulum LXXXIIII. (83).

Manentes autem apud regulum nocte illa cum die *Ian. 6. 7.*
ac nocte subsequenti transivimus in ulteriorem Slaviam, *Ian. 8.*
hospitaturi[k] apud potentem quendam, cui nomen Thes-
20 semar; is enim nos accersierat. Accidit autem, ut in
transitu veniremus in nemus, quod unicum est in terra
illa, tota enim in planiciem sternitur. Illic[l] inter vetu-
stissimas arbores vidimus sacras quercus, quae dicatae
fuerant deo terrae illius Proven, quas ambiebat atrium
25 et sepes accuratior lignis constructa, continens duas
portas. Preter penates[m] enim et ydola[n], quibus singula
oppida[o] redundabant[2], locus ille sanctimonium fuit uni-
versae terrae, cui flamen et feriaciones et sacrificiorum
varii ritus deputati fuerant. Illic omni[p] secunda feria
30 populus terrae cum regulo et flamine[q] convenire sole-
bant propter iudicia. Ingressus atrii omnibus inhibitus
nisi sacerdoti tantum et sacrificare volentibus[3], vel quos
mortis urgebat periculum, his enim minime negabatur

a) Quidquit 1; Quicquid *edd. L.* b) in *om. edd.* c) quemque *edd.* d) pro-
35 fusirem *corr.* profusiorem 1. e) genera *solus* 4 *habet.* f) crastine 1. 1a. g) remo-
visse hospicio *signis appositis transposita* 2. h) exiliandum 1. 1a. i) partem *edd.*
k) hospitati *S. (R).* l) Illuc 1. 1a. m) penatis *corr.* penates 1. n) oppida 2.
o) opida *corr.* oppida 1. p) enim *edd.* q) flamine et regulo *edd.*

1) *Hoc non furtum esse dicendum, quia singulis Slavis communi*
40 *substantia gentis vel villae ex arbitrio uti licebat, contendit Krek, 'Slav.
Literaturgesch.' I, p.* 88, *n.* 3. 2) Preter — redundabant *iam supra
p.* 102, *l.* 16 *sq.* 3) *Cf. supra p.* 8, *l.* 31.

asilum[a]. Tantam enim sacris suis Slavi exhibent reverentiam, ut ambitum fani nec in hostibus sanguine pollui sinant. Iuraciones difficillime admittunt[b], nam iurare apud Slavos quasi periurare est ob vindicem[c] deorum iram[1]. Est autem Slavis multiplex ydolatriae modus, non enim omnes in eandem supersticionis consuetudinem consentiunt. Hii enim simulachrorum ymaginarias formas pretendunt de templis, veluti Plunense ydolum, cui nomen Podaga[d, 2], alii silvas vel lucos[e] inhabitant, ut est Prove deus Aldenburg, quibus nullae[f] sunt effigies expressae. Multos etiam[g] duobus vel tribus vel eo amplius capitibus exsculpunt. Inter multiformia[h] vero deorum numina, quibus arva, silvas, tristicias atque voluptates attribuunt, non diffitentur unum deum in celis ceteris imperitantem, illum prepotentem celestia tantum curare, hos vero distributis officiis obsequentes de sanguine eius processisse et unumquemque eo prestantiorem, quo proximiorem illi deo deorum. Venientibus autem nobis ad nemus illud et profanacionis locum adhortatus est nos episcopus, ut valenter accederemus ad destruendum lucum[i]. Ipse quoque[k] desiliens equo contrivit de conto insignes portarum frontes, et ingressi atrium omnia septa[l] atrii congessimus circum sacras illas arbores et de strue lignorum iniecto igne fecimus pyram[m], non tamen sine metu, ne forte tumultu incolarum [lapidibus[n]] obrueremur. Sed divinitus protecti sumus. Post haec divertimus ad hospicium, ubi Thessemar[o] suscepit nos cum grandi[p] apparatu. Nec tamen dulcia vel iocunda nobis fuerant[q] Slavorum pocula, eo quod videremus compedes et diversa tormentorum genera, quae inferebantur Christicolis de Dania advectis. Aspeximus illic sacerdotes Domini captivitatis diutina detentione maceratos, quibus episcopus nec vi nec prece subvenire poterat.

1156. *Ian.* 8.

Ian. 15?

*Proxima die dominica[3] convenit universus populus terrae ad forum Lubicense, et veniens domnus episcopus

**p.* 76.

a) asilura 2. b) admittant 2; admittuntur *edd.* c) *ita (e corr.* 1[a]*).* 2*. 4; inuicem 1. 2. *edd., manu C corr.* uindicem 1. d) pogaga 2*. e) locos 1; lucos *recte emendavit* 1[a]. f) nulle 2*; mille 1. 3; *num* mille *an* nulle *scriptum sit* 2, *dubitare possis.* g) et *edd.* h) multifaria 2. i) locum 2. k) quoque *om.* 2. l) cepta 1[a]. 2. m) piram 1[a]. 2. n) lapidibus *solus habet* 4, *(quod male additum esse mihi videtur. O. H.-E.).* o) tessemar 1. p) magno *edd.* q) fuerunt *edd.*

1) *Cf. supra c.* 52. *L.* 2) Pogada *legendum esse contendit Zeuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme' (München* 1837*) p.* 39 *sq.* 3) *Secundum seriem narrationis et temporis haec potius die Ian.* 15. *facta esse videntur, quam die* 8, *ut putat Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 485.

habuit verbum exhortacionis ad plebem, ut relictis ydolis colerent unum Deum, qui est in celis, et percepta[a] baptismatis gratia renuntiarent operibus malignis[b], predis scilicet et interfectionibus Christianorum. Cumque perorasset ad plebem, innuentibus ceteris ait Pribizlavus[c]: 'Verba tua, o venerabilis pontifex, verba Dei sunt et saluti nostrae congrua. Sed qualiter ingrediemur[d] hanc viam tantis malis irretiti? Ut enim intelligere possis afflictionem nostram, accipe pacienter verba mea; populus enim, quem aspicis, populus tuus est, et iustum est nos tibi pandere necessitatem nostram; porro tui iuris erit compati nobis. Principes enim vestri[e] tanta severitate grassantur in nos, ut propter vectigalia et servitutem durissimam *melior* sit nobis *mors quam vita*. Ecce hoc anno nos habitatores brevissimi anguli huius has mille marcas duci persolvimus, porro comiti tot centenaria, et necdum evicimus, sed cotidie emungimur et premimur usque ad exinanicionem[f]. Quomodo ergo vacabimus huic religioni novae, ut edificemus ecclesias et percipiamus[g] baptisma, quibus cotidiana indicitur fuga? Si tamen locus esset, quo diffugere possemus. Transeuntibus enim Travenam ecce similis calamitas illic est, venientibus ad Penem[h] fluvium nichilominus adest. Quid igitur restat, quam ut obmissis[i] terris feramur in mare et habitemus cum gurgitibus? Aut quae culpa nostra, si pulsi patria turbaverimus mare et acceperimus viaticum a[k] Danis sive institoribus, qui mare remigant? Nonne principum erit haec noxa, qui nos propellunt[l]?' Ad haec dominus episcopus ait: 'Quod principes nostri hactenus abusi sunt gente vestra, non est mirandum; non enim multum se delinquere arbitrantur in ydolatris et in his qui sunt sine Deo. Quin pocius recurrite ad ritum Christianitatis et subicite vos creatori vestro, *sub quo curvantur qui portant orbem*. Nonne Saxones et ceterae gentes, quae Christianum nomen habent, degunt cum tranquillitate, contenti legitimis suis? Vos[m] vero soli, sicut ab omnium discrepatis cultura, sic omnium patetis direptioni'. Et ait Pribizlavus: 'Si domino duci et tibi placet, ut nobis cum comite eadem sit culturae ratio, dentur nobis iura

1156. *Ian.* — *Matth.* 6, 9. — *Ion.* 4, 3. *Eccli.* 30, 17. — *cf. Ps.* 138, 8. 9. — *Iob* 9, 13. — *p. 76.

a) pcepta *corr.* pcepta 1. b) malignis operibus *edd.* c) pribizlaus 2. *edd.* d) ingrediemus 2. e) *ita emendari;* nostri *codd. et edd. L; cf. infra l.* 29. f) ni *manu C superscr.* 1. g) participamus *corr.* percipiamus 1. h) penen 1. 1[a]; panem 2; Penim *S;* Panim *R. B.* i) omissis *edd. L.* k) ab 1. 2. l) pellunt *alia manu corr.* propellunt 2. m) Nos *manu saec. XV. corr.* Vos 1.

1156. Saxonum in prediis et reditibus, et libenter erimus Christiani, edificabimus ecclesias et dabimus decimas nostras'.

Post haec abiit episcopus noster Geroldus ad ducem propter colloquium provinciale, quod laudatum fuerat Ertheneburg, et evocati venerunt illuc reguli Slavorum ad tempus placiti. Tunc adhortante episcopo dux habuit verbum ad Slavos de Christianitate. Ad quem Niclotus regulus Obotritorum ait: 'Sit Deus, qui in celis est, deus tuus, esto tu deus noster, *et sufficit*[a] *nobis*. (*Ioh.* 14, 8.) Excole tu illum, porro nos te excolemus'. Et corripuit eum dux de verbo blasphemiae[b]. De promocione vero episcopatus et ecclesiae nichil amplius eo tempore actum est, eo quod dux noster[c] nuper Italia rediens totus questui deditus esset. Camera enim *erat inanis et vacua*. (*Gen.* 1, 2.) Redeuntem igitur ducem Bruneswich[d] prosecutus est[e] episcopus[f] et mansit apud eum diebus multis[1]. Dixitque ad ducem: 'Ecce iam toto anno in curia vestra sum et sic vobis oneri. (*cf. Matth.* 15, 32.) In Wagiram[g] quoque veniens non habeo quod manducem. Cur igitur imposuistis michi onus nominis huius vel[h] officii? Melius michi multo fuit antea quam nunc'. His provocatus dux accersivit[i] comitem Adolfum et habuit cum eo rationem[k] de trecentis[l] mansis, qui oblati fuerant in dotem episcopii[2]. Tunc designavit comes episcopo in possessionem Uthine et Gamale[3] cum appendiciis[m] eorum. Insuper predio quod dicitur Bozoe adiecit duas villas, Gothesvelde et Wobize. In Aldenburg quoque dedit ei predium commodum satis[n] et adiacens foro. Et ait comes: 'Eat dominus episcopus in Wagiram[g] et adhibitis viris industriis[o] estimari faciat predia haec; quod defuerit de trecentis mansis, ego supplebo; quod superfuerit, meum[p] erit'. Veniens igitur episcopus vidit possessionem et habita inquisicione cum colonis deprehendit[4] predia haec vix centum mansos continere. Quam ob rem comes fecit mensurari terram funiculo brevi et nostratibus in-

a) sufficis *L.* b) mie *superscr.* 1. c) noster *om.* 1. 1ª; dux noster *om.* *S. (R).* d) brunswich 2. e) est *om.* 1. 1ª. f) episcopus *om.* *S. (R).* g) wairā 2. h) et 2. i) acers. 1. k) racionem cum eo 2. *L.* l) *seq.* florenis *delet.* 2. m) appēdēciis 2. n) satis comm. 2. *L.* o) industris 1. 1ª. p) mecum *(ita 1ª)*, c *expuncto corr.* meum 1.

1) *Cf.* 1. *Mach.* 11, 40: et mansit ibi diebus multis. 2) *Supra c.* 77, *p.* 146. 3) *Gamale sive Gummale iuxta lacum et in parrochia Eutin memoratur in tabulis ecclesiae Lubecensis ab a.* 1163. *usque ad saec. XVI. L. Cf. J. v. Schröder et H. Biernatzki, 'Topographie der Herzogtümer' I, p.* 401. 4) *Cf. supra p.* 29, *n.* 1.

cognito, preterea paludes et nemora funiculo mensus est[1] et[a] fecit maximum agrorum numerum. Perlata igitur causa ad ducem adiudicavit dux episcopo dari mensuram[b] iuxta morem terrae huius nec mensurandas paludes aut silvas robustiores. Multum igitur laboris adhibitum est in requirendis[c] prediis[d] his; non per ducem aut episcopum requiri potuerunt usque in hodiernum diem. 1156.

*p. 77. *Haec autem, quae predixi, conquisivit Geroldus episcopus, cotidie[e] insistens principibus oportune inportune[2], ut suscitaretur scintilla episcopalis nominis[f] in Wagira[g]. Et edificavit civitatem et forum Uthine[h] fecitque[i] sibi domum illic. Quia autem congregacio clericorum[k] non habebatur in Aldenburgensi episcopatu, preter eam quae erat Cuzelinae, quae alio nomine dicitur Hogerestorp[l], annuente duce fecit eos transmigrare Segeberg[m] ad locum primae fundacionis[3], quatenus in sollempnitatibus, quando pontificem oportet esse in populo, haberet in clero supplementum. Quod licet Ludolfo preposito et fratribus videretur incommodum propter tumultus fori, cesserunt tamen consilio maiorum, cui refragari[n] locus non erat. Et fecit illic domum episcopus. Inde progrediens adiit archiepiscopum, cui etiam multa obsequia dependit[o], sperans sibi reddi Falderense monasterium, quod antecessor eius et fundasse et possedisse dinoscitur. Sed archiepiscopus in partem ecclesiae suae[4] pronior callidis sponsionibus deduxit virum, promittens et[p] inducians ac tempus redimens[5]. Mandavit autem reverentissimo viro Epponi preposito, ne penitus retraheret manum a subsidio novellae ecclesiae huius, sed subveniret episcopo tam in personis quam in ceteris adiumentis. 1156/57.

Quam ob rem episcopus noster accersivit de Faldera Brunonem sacerdotem — is[q] enim defuncto Vicelino Slavia decesserat[6] — et transmisit eum Aldenburg, ut curaret salutem populi illius. Ad quod nimirum

a) ita *addunt edd.* b) *seq.* dare *delet.* 1. c) est inquirendis 2. d) preliis *a librario corr.* prediis 1. e) co *in loco raso* 1. f) nos *corr.* nominis 1. g) waira 2. h) utine 2. i) que *om.* 2. k) cleri eorum *alia manu corr.* clericorum 2. l) hogerestoborp 2; Hogerestorph *edd.* m) Segeberch *L.* n) suffragari 2. o) impendit 4; *cf. supra p.* 153, *n.* k. p) ac *edd.* q) his 1; Hiis 2.

1) *Cf.* 2. *Reg.* 8, 2: mensus est eos funiculo; *Amos.* 7, 17. 2) 2. *Tim.* 4, 2: insta opportune importune. 3) *Inde translatum in villam Hogerestorp a.* 1143, *supra c.* 58. 4) *Scil. Hamburgensis. L.* 5) *Col.* 4, 5 *(Eph.* 5, 16*)*: tempus redimentes. 6) *A.* 1152—1154. *fuit presbyter Buzoviensis; cf. supra c.* 75, *p.* 143.

1156/57. opus ille divino suscitabatur instinctu; viderat namque nocturna visione crismale in manibus suis, de cuius operculo succreverat novella plena viroris, quae confortata validam crevit in arborem. Quod nimirum pro sententia eius ita evenit[a]. Statim enim, ut venit Aldenburg, aggressus est opus Dei cum magno fervore et vocavit gentem Slavorum ad regenerationis gratiam, succidens lucos et destruens ritus sacrilegos. Et quia castrum et civitas, quae[b] olim ecclesia et sedes cathedralis fuerat, deserta erat, obtinuit apud comitem, ut fieret illic[c] Saxonum colonia et esset solacium sacerdoti de populo, cuius nosset[d] linguam et consuetudinem. Et factum est[e] hoc novellae ecclesiae non mediocre adiumentum. Siquidem edificata est ecclesia honestissima in Aldenburg[1], libris et signis et ceteris utensilibus copiose adornata[f]. Et restauratus est cultus domus[2] Dei *in medio nacionis pravae ac perversae* (*Philipp.* 2, 15.) anno quasi nonagesimo post excidium[g] (1066.) prioris ecclesiae, quod contigit occiso Godeschalco[h] pio principe. Et dedicata est ecclesia a pontifice Geroldo in honore sancti Iohannis baptistae, astante et omnem devocionem adhibente nobili comite Adolfo et domna Machtildi[i], eius piissima coniuge. Et precepit comes populo Slavorum, ut transferrent mortuos suos tumulandos in atrio[k] ecclesiae et ut convenirent in sollempnitatibus ad ecclesiam audire verbum Dei. Quibus et[l] sacerdos Dei Bruno iuxta creditam sibi legacionem sufficienter amministravit[m] verbum Dei, habens sermones conscriptos Slavicis verbis[n], quos populo pronuntiaret oportune. Et inhibiti[o] sunt Slavi de cetero iurare in arboribus, fontibus et lapidibus, sed offerebant criminibus pulsatos sacerdoti ferro vel vomeribus[3] examinandos. In illis diebus Slavi quendam Danum suffixerunt cruci. Quod cum Bruno sacerdos renuntiasset comiti, ille vocavit eos in causam et dampno multavit. Tulitque genus illud supplicii de terra.

a) obvenit *edd.* b) quae *om.* 2. c) illic *om. S. (R).* d) noscet 1. e) ē *superscr.* 1. f) ordinata *edd.* g) exidium *corr.* excidium 1. h) Godescalco *edd. L.* i) mathildi 2; Mechtildi *R. B. L.* k) atrium *edd.* l) eciam 2. *L.* m) admin. 2. *edd. L.* n) verbis Slav. *edd.* o) inhabiti *corr.* inhibiti 1.

1) Ecclesiam extra vallum sitam *dicit Saxo Gramm. l. XIV, SS. XXIX, p.* 141. 2) 2. *Paral.* 29, 35: cultus domus Domini; *cf.* 1. *Paral.* 23, 28. *Supra p.* 39, *n.* 6. 3) *Exemplum huius iudicii de Slavis quibusdam sumpti vel sumendi vide in Visione Godescalci c.* 22, *'Quellensammlung d. Ges. f. Schlesw.-Holst.-Lauenb. Geschichte' IV, p.* 103; *Grimm, 'Rechtsaltertümer' ed.* 4. *II, p.* 569 *sqq.*

Videns igitur Geroldus episcopus, quia in Aldenburg 1156/57. positum esset fundamentum bonum, suggessit comiti, ut in pago qui dicitur Susle suscitaretur ecclesia. Et miserunt illuc de Falderensi domo Deilawin[a] sacerdotem, 5 cuius spiritus sitiebat labores et pericula in predicacione ewangelii, missusque venit in speluncam latronum[1] ad Slavos qui habitant iuxta flumen Crempine. Erat autem illic pyratarum[b] familiare latibulum[c], et habitavit inter eos sacerdos, serviens Domino *in fame et*[d] *siti et nuditate*. *Deut.* 28, 48. 10 His ita peractis oportunum videbatur, ut edificaretur ecclesia in Lutelenburg[e] et Rathecowe[f], et abierunt illuc episcopus et comes et signaverunt atria edificandis ecclesiis. Crevit igitur opus Dei in Wagirensi[g] terra, et adiuverunt se comes et episcopus ope vicaria[2]. Circa 15 id tempus reedificavit comes castrum Plunen[3] et fecit illic civitatem et forum. Et recesserunt Slavi, qui habitabant in *opidis[h] circumiacentibus, et[i] venerunt Saxones *p. 78. et habitaverunt illic; defeceruntque Slavi paulatim in terra.

20 Sed et in terra Polaborum multiplicatae sunt ecclesiae[4] instantia domni Evermodi episcopi et Heinrici comitis de Racisburg. Verumptamen predas Slavorum necdum inhibere poterant, siquidem adhuc mare transfretabant et vastabant terram Danorum, necdum reces- 25 serant a peccatis[5] patrum suorum.

De morte Kanuti. Capitulum LXXXV. (84).

Dani[k] enim[l] semper bellis laborantes domesticis ad forinseca bella nullam habuere virtutem[6]. Nam Suein Danorum rex et victoriarum prosperis successibus et 30 cesaris auctoritate firmatus in regnum[7] gente sua cru- 1152. deliter abusus est, propter quod ulciscente[m] Deo novissima eius infelici exitu conclusa sunt[8]. Videns autem

a) deilanum 1. 2. *edd.*; Alanum 4; Deilaph *Versus de Vicelino v.* 202; Deylawyn *Chron. Slav. c.* 25, *unde L scripsit ut supra.* b) piratarum 2. *edd.* c) latib. 35 famil. *edd.* d) in *addit* 2. e) Lucelenburg *edd.* f) cathecore, *alia manu coaera superscr.* rathecoie 2. g) wairensi 2. h) oppidis *edd. L.* i) *praecedit* se *delet.*, et *in marg. supplet. est* 1. k) ni *minio superscr.* 1. l) enim *om. edd.* m) ul *e corr.* 1; ulcissente 2, *ubi seq.* deus *delet.*

1) *Ier.* 7, 11. *Matth.* 21, 13. *Marc.* 11, 17. *Luc.* 19, 46: spelunca 40 latronum. 2) *Cf. supra p.* 157, *n.* 2. *L.* 3) *Destructum a.* 1139; *supra c.* 56, *p.* 110, *et p.* 143. 4) *Cf. dissertationem supra p.* 113, *n.* 5. *dictam, p.* 111 *sqq.* 5) *Cf.* 4. *Reg.* 13, 6. 14, 24 *etc.*; 2. *Par.* 30, 7. 34, 33. 6) *Cf. c.* 65, *supra p.* 122. *L.* 7) *Cf. supra c.* 73, *p.* 139. *L.* 8) *Ad sequentia cf. Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 280 *sqq.*

Kanutus emulus eius murmur populi adversus Suein misit[a] et vocavit[b] Waldemarum, qui fuit patruelis et adiutor Suein, et sociavit eum sibi, data ei sorore sua[c, 1] in coniugio. Certior igitur factus de auxilio eius innovavit adversus Suein consilia mala. Cum igitur esset Suein rex in Selant[d], venerunt improvisi cum exercitu Kanutus et Waldemarus[e], ut debellarent eum. Ille igitur propter crudelitatem suam desertus ab omnibus, quia non habuit vires confligendi, cum uxore[2] et familia[f] fugit ad mare et transfretavit in Aldenburg. Quo recognito comes Adolfus vehementer extimuit eventum[g], virum scilicet potentissimum, cuius frenum in maxillis populorum[3] omnium borealium nationum, repente deiectum. Cupienti igitur transire per terram suam multam exhibuit comes humanitatem, divertitque in[h] Saxoniam ad socerum suum Conradum marchionem de Within et mansit illic annis fere duobus.

1154.

In tempore illo[i] dux noster Heinricus adiit curiam Ratisbonae ad recipiendum ducatum Bawariae. Siquidem Fretheričus cesar eundem ducatum patruo suo abstulit et reddidit duci nostro, eo quod fidelem eum in Italica expeditione et ceteris negociis regni persenserit. Et creatum est ei nomen novum: Heinricus Leo dux Bawariae et Saxoniae.

1156. *(Sept. 17).*

Peractis igitur rebus ad votum ducem curia redeuntem adierunt principes Saxoniae[4] interpellantes, ut fieret Suein auxilio et reduceret eum in regnum suum. Promisitque duci Suein[k] pecuniam immensam. Collecta igitur[l] maxima milicia[m] dux noster hiemali tempore reduxit Suein in Daniam[5], et statim apertae sunt ei civitates Sleswich et Ripa. Non tamen ultra prosperari poterant in negotio. Nam Suein gloriatus sepissime fuerat[n] apud ducem, quia venientem se cum exercitu

1156/57.

a) misit — adiutor Suein *alia manu coaeva in marg. suppl.* 2. b) avocavit *corr.* vocavit 2. c) suo 2; sua *om. edd.; cf. supra p.* 26, *l.* 25. d) Seland *edd.* e) woldemarus 2. f) sua *add.* 2. *B.* g) eventum *om. S. (R).* h) ad 2. i) illo *delet. et in marg. alia manu coaeva adscriptum* ille 2. k) suā *delet. et in marg. corr.* Suein 2. l) ergo 2. m) malicia *alio atram. corr.* milicia 2. n) fuerat *om. S. (R);* fuerat sepissime *B.*

1) *Sophia.* 2) *Adela.* 3) *Is.* 30, 28: frenum . ., quod erat in maxillis populorum, *et similiter saepius in Biblia.* 4) Hartvicus Bremorum pontifex, qui et ipse post Henricum expeditionis auctor exstiterat *Saxo Gramm. l. XIV, SS. XXIX, p.* 95, *qui ad has res omnino afferendus est. Cf. Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 490 *sq.* 5) *Cf. Ann. Palid. a.* 1156, *SS. XVI, p.* 90. *(L).*

1157.

Dani ultro[a] essent excepturi. Quod iuxta sententiam eius minime cessit. Nullus enim in tota Danorum terra fuit, qui reciperet eum aut occurreret illi. Sentiens igitur[b] ille[c] refragari sibi fortunam et omnes refugere a se, dixit ad ducem: 'Cassus est labor noster, melius est, ut redeamus. Quid enim prodest, si vastaverimus terram et spoliaverimus innocentes? Volentibus nobis cum hostibus confligere locus non est, eo quod profugiant a nobis et transeant ad interiora maris'. Acceptis igitur obsidibus duarum civitatum exierunt Dania[d, 1]. Tunc Suein alia via et consilio utens statuit transire ad Slavos et utens diversorio[e, 2] comitis Lubike[f] transiit ad Niclotum principem Obotritorum. Precepitque dux Slavis in Aldenburg et in terra Obotritorum, ut adiuvarent Suein. Acceptisque navibus paucis venit pacificus in[g] Lalande et invenit eos gratulantes de introitu ipsius, eo quod ab inicio fuerint ei[h] fideles. Inde transiit in Feoniam[i] et addidit eam sibi. Dehinc procedens in reliquas insulas minores donis atque promissis addidit sibi quam plurimos, cavens insidias et contutans se in locis firmissimis[3]. His[k] igitur recognitis Kanutus atque Waldemarus[l] venerunt cum exercitu, ut expugnarent Suein et eicerent eum de terra. At ille consederat in Lalande paratus ad resistendum, simul etiam adiutus firmitate locorum. Mediante domno Helya pontifice de Ripa et principibus utriusque partis discordiae ad pacem inclinatae sunt, et divisum est regnum in tres partes. Et data est Waldemaro[l] Iuthlande, Kanuto Selant[m], Suein Scone[n], quae viris et armis prestantior esse probatur. Ceteras insulas minores partiti sunt cuilibet pro sua oportunitate. Et ne pactiones irritarentur, iuramentorum adhibita sunt sacramenta. Post haec Kanutus et Waldemarus[l] fecerunt convivium maximum[o] in Selande in civitate quae dicitur Roschilde et invitaverunt cognatum[p] suum Suein, ut exhiberent ei honorem et recreacionem et consolarentur eum super omnibus malis, quae irrogaverunt ei in die hostis et belli[4].

a) ultra 2. b) ergo 2. c) ille *om.* 2. d) d a n i a m 1. 1a. e) diversiono *manu recentiore corr.* diversorio 2. f) lubeke 2; divers. comitis. lubike *distinctum est* 1. g) in *om. S.* h) ei fuerint 1. 1a. i) Sconiam 3. k) Hiis 2. l) wol- dem. 2. m) Seland *edd.* n) Schone 2. o) maximum *om.* 2. p) ꝯnatum 1; ꝯgnatum 2.

1) *Cf. Simonsfeld l. l. p.* 551 *sqq.* 2) *Iudic.* 18, 3: Utentesque illius diversorio. 3) 1. *Reg.* 23, 14: in locis firmissimis. 4) *Iob* 28, 23: in diem pugnae et belli; in die belli *saepius in Biblia.*

1157. At ille pro ingenita[a] sibi crudelitate, ubi convivio[b] assedit et vidit *reges convivas inpavidos et omni suspicione vacuos, cepit rimari aptum insidiis locum. Tercia *(Aug. 9).* igitur die convivii, cum iam tenebrae noctis adessent, annuente Suein allati sunt gladii, et insilientes regibus incautis[c] Kanutum repente perfodiunt[d]. At ubi percussor libravit[e] ictum in caput[f] Waldemari, ille fortius exiliens lumen excussit et salvante Deo in tenebris elapsus est, uno tantum vulnere saucius. Fugiens igitur in Iuthlande universam commovit Daniam. Tunc Suein contraxit exercitum de Selande et insulis maris et transfretavit in Iuthlande, ut expugnaret Waldemarum[g]. At ille producto exercitu occurrit ei in manu valida[1], et conmissum[h] est prelium non longe a Wiberge, et occisus *(Oct. 23).* est Suein in die illa et omnes viri eius pariter[2]. Et obtinuit Waldemarus[g] regnum Danorum et factus est moderator pacis et filius pacis[3]. Et cessaverunt intestina prelia, quibus multis annis[i] laboraverat[k] Dania. Et composuit amicitias cum comite Adolfo et honoravit eum *cf. 1. Mach. 11, 26.* secundum quod reges fecerunt[l] qui ante eum fuerunt[m].

*p. 79. 5 10 15 20

De edificatione Lewenstat. Capitulum LXXXVI.

(85).

In diebus illis Lubicensis civitas consumpta[n] est incendio, et miserunt institores et ceteri habitatores[o] urbis ad ducem dicentes: 'Diu[p] est, ex quo inhibitum est forum Lubike[q] auctoritate iussionis vestrae. Nos autem hactenus detenti sumus in civitate hac spe recuperandi fori[r] in beneplacito gratiae vestrae, sed nec edificia nostra multo sumptu elaborata nos abire sinebant. Nunc vero consumptis domibus supervacuum est reedificare in loco[s], ubi non sinitur esse forum. Da igitur nobis locum construendi civitatem in loco, qui tibi placuerit'. Rogavit igitur dux comitem Adolfum, ut permitteret sibi portum[t] et insulam Lubike[u]. Quod

25 30

a) pro genita 1a. 2. b) continuo *corr. alia manu* conviuio 2. c) incaustis *corr.* incautis 2. d) confodiunt *edd.* e) lib'auit (liberavit) *corr.* librauit 1; levavit *edd.* f) capud 2. g) woldem. 2. h) con||cussum *corr.* con||missum 1. i) annis multis 2. k) laborauerant, n *expuncto corr.* laborauerat 1. l) fecerant *L.* m) fuerant 1. 1a. *L.* n) assumpta est *corr.* est cons. 2. o) inhabitatores 2. p) Sic *alia manu corr.* Diu 2. q) lubeke 2. r) fori *om.* 2. s) locū 2. t) portā 2. u) lubeke 2; in Lubike *R. B.*

35 40

1) 1. *Mach.* 11, 15: et produxit . . exercitum et occurrit ei in manu valida. 2) *Cf. Simonsfeld l. l. p.* 555, *n.* 109. — *Cf.* 1. *Reg.* 31, 6: Mortuus est . . . et universi viri eius in die illa pariter. 3) *Luc.* 10, 6: filius pacis.

45

ille facere noluit. Tunc edificavit dux civitatem novam super flumen Wochenice non longe a Lubeke[a] in terra Racesburg cepitque edificare et communire. Et appellavit civitatem de suo nomine Lewenstad, quod dicitur Leonis civitas[1]. Sed cum locus ille minus esset ydoneus et portu et munimento nec posset adiri nisi navibus parvis, dux iterato sermone convenire cepit[b] comitem Adolfum super insula Lubicensi et portu, multa spondens, si voluntati suae paruisset. Tandem[c] victus comes fecit quod necessitas imperarat[d] et resignavit ei castrum et insulam. Statim[e] iubente duce reversi sunt mercatores cum gaudio desertis incommoditatibus novae civitatis et ceperunt reedificare ecclesias et menia civitatis. Et transmisit dux[f] nuntios ad civitates et regna aquilonis, Daniam, Suediam, Norwegiam, Ruciam[g], offerens eis pacem, ut haberent liberum commeatum adeundi civitatem suam[h] Lubike[i]. Et statuit illic[k] monetam et theloneum[l] et iura civitatis honestissima. Ab eo tempore prosperatum est opus civitatis, et multiplicatus est numerus[2] accolarum[m] eius[3]. 1157/58.

Obsidio Mediolanensium.
Capitulum LXXXVII. (86).

His ferme diebus accersivit[n] fortissimus cesar Fretherieus omnes principes Saxoniae in obsidionem Mediolanensis civitatis[4]. Opus igitur[o] fuit ducem nostrum negociis publicae rei sollempniter adesse. Quapropter cepit sopire discordias, quae erant infra[p] ducatum, sapienter precavens, ne tumultus aliqui consurgerent[q] in principum ceterorumque[r] nobilium absentia. Transmissis 1159.

a) *sic h. l. et* 1; lubek 2; Lubike *edd. L.* b) coepit conv. *edd.* c) Tandem — iubente duce *manu C in marg. superiore suppl.* 1. d) imperavit 1. 1a. *L;* imperabat *edd.; cf. supra p.* 135, *n.* h. e) Sic enim 1. 1a; Et tunc *edd.* f) dux *om.* 1. 1a. g) Russiam 4; Rugiam *S. R.* h) suam *om.* 1. 1a. i) Lubeke 2. *edd.* k) ille 2. l) theolonium 2. m) incolarum 4. n) accerserunt *corr.* accersiuit 2. o) ergo 2. p) intra *edd. L.* q) aliquis consurgeret *edd.* r) ceterorum et nob. 2.

1) *De situ urbis v. Simonsfeld l. l. p.* 556 *sq., n.* 113. 2) *Act.* 6, 7: Multiplicabatur numerus discipulorum; *supra p.* 112, *n.* 6. 3) *A.* 1158. *tradunt Ann. Palid., SS. XVI, p.* 90: Heinricus dux Sclaviam cum exercitu intrans totam terram ferro et igne devastat. *Tunc Niclotum captum esse verisimile est; cf. infra II,* 2; *Wigger, 'Berno, der erste Bischof von Schwerin' p.* 104. *Mirum est, cur Helm. de his rebus taceat.* 4) *Cf. Rahewini Gesta Friderici IV,* 28. *ad a.* 1159: *(imperator)* missis nunciis imperatricem advocat et ducem Baioariae Heinricum aliosque tam episcopos quam proceres imperii; *Ann. Palid. a.* 1159. *l. l.*

1159. autem nuntiis vocavit regem Danorum Waldemarum ad colloquium et iunxit cum eo amicicias. Et rogavit rex ducem, ut faceret sibi pacem de Slavis, qui sine intermissione vastabant regnum eius, et pactus est ei amplius quam mille marcas argenti. Quam ob rem precepit dux Slavos in presentiam suam venire, Niclotum scilicet et ceteros, et astrinxit eos precepto et iuramento, ut servarent pacem tam Danis quam Saxonibus usque ad reditum suum. Et ut pactiones ratae essent, iussit omnes piraticas naves Slavorum perduci Lubike[a] et nuntio suo presentari. At illi propter solitae temeritatis ausum et vicinitatem[b] Italicae expedicionis paucas admodum naves et easdem vetustissimas obtulerunt, ceteris, quae[c] bello aptae erant, callide retentis[d]. Igitur comes per manum seniorum terrae Wagirensis[e], Marchradum[f] scilicet et Hornonem[g, 1], convenit Niclotum et exegit ab eo cum benivolentia, ut fidem terrae suae exhiberet illibatam. Quod ille fide digna complevit.

(Maio. Iun.). *In hunc modum rebus compositis profectus est dux in Longobardiam cum mille, ut aiunt, loricis[2], habens in comitatu suo Adolfum comitem[h] et[i] multos nobiles Bawariae atque Saxoniae[3]. Et pervenerunt ad exercitum regis, qui obsederat presidium[k] quod dicitur Crimme[l], pertinens ad Mediolanenses, munitum valde[m]. Et morati sunt toto pene anno in expugnacione presidii *fecerunt*que *machinas multas* et ignium iaculaciones[4]. (1. *Mach.* 11, 20.) 1160. *(Ian. 26).* Novissime[n] expugnato presidio cesar convertit exercitum ad Mediolanum, dux vero accepta[o] licentia reversus est in Saxoniam. *p. 80.

At comes Adolfus rogatus ivit in Angliam[5] cum cognato[p] suo domno Reinoldo Coloniensi electo, qui functus est legacione publica ad regem Anglorum. Et contristati sunt tam clerus quam populus terrae nostrae

a) Lubeke 2. b) īciuitatem *manu C corr.* vicinitatem 1. c) ceterisqȝ (ceterisque) *corr.* ceteris q̄ 1; iis quae *edd.* d) recentis *corr.* retentis 1. e) wairensis 2. f) marchardum 1; warchardum 1[a]. g) nē *in loco raso* 1. h) ꝯmitem 1. i) comitem et *bis script., prius delet.* 2. k) prelium 2. l) crunine 1. 1[a]; crumne 2. *edd. L.* m) valde munitum 2. n) Nouissimo 1. o) recepta 2. p) ꝯgnato 1. 2.

1) *Cf. supra p.* 93, *n.* 1. *L.* 2) *Cf. infra II,* 13: cum mille, ut aiunt, loricis; *Ann. Weingart. Welfici, SS. XVII, p.* 309: in mille ducentis loricis. 3) Circa pentecosten *Ann. Weingart. l. l.* 4) *Cf.* 1. *Mach.* 6, 51: et statuit illic . . machinas et ignis iacula. 5) *Rectius in Normanniam; cf. Guilelm. Neubrig. II,* 10. *ex., 'Chronicles of the reigns of Stephen, Henry II. and Richard I.' ed. R. Howlett I, p.* 126; *Ficker, 'Rainald von Dassel' p.* 36 *sq.*

propter diutinam absentiam boni patroni. Slavi enim 1160.
de Aldenburg et Mikilinburg[a] compotes sui propter
absentiam principum violaverunt pacem in terra Danorum, fuitque terra nostra in tremore a facie regis Danorum.
5 At noster episcopus Geroldus tum per se, tum per
nuntios iram regis mitigare studuit, induciis tempus redimens usque ad adventum ducis et principum. Redeunte
igitur duce et comite prefixum est colloquium provinciale omnibus marcomannis[1], tam Teutonicis quam Slavis,
10 in loco qui dicitur Berenvorde. Rex quoque Danorum
Waldemarus[b] venit usque[c] Ertheneburg[2] et conquestus
est duci omnia mala, quae intulerant sibi Slavi, prevaricatores mandati publici. Et timuerunt Slavi venire in
presentiam ducis, eo quod culpae suae essent conscii.
15 Et dedit eos dux in proscriptionem et fecit omnes suos
paratos esse ad expedicionem tempore messis. Tunc
Niclotus animum ducis videns[d] contra se[e] fixum in
malum proposuit primum irrumpere Lubeke et misit
filios suos eo cum[f] insidiis. Eo autem tempore habi-
20 tavit Lubeke sacerdos quidam venerabilis nomine Athelo.
Huius domus vicina erat ponti, qui transmittit flumen
Wochenice versus austrum. Is forte parari fecerat fossam longissimam[g] ad conducendum rivum, qui erat longiuscule[h]. Insidiae igitur[i] Slavorum festinantes, ut
25 preriperent pontem, impediti[3] sunt fossa passique sunt
errorem in querendo transitu. Quod videntes hii qui
erant de domo sacerdotis clamaverunt voce validiori, et
conterritus sacerdos occurrit valenter ex adverso. Exercitus[k] vero iam erat[l] in pontis medio[m] et portam pene
30 apprehenderat, sed celerrime missus a Deo sacerdos pontem de cathena levavit, et in hunc modum exclusa sunt
latenter subinducta pericula. Quo audito dux posuit
illic custodiam militum.

Interfectio Nicloti. Capitulum LXXXVIII. (87).

35 Post haec intravit dux Heinricus terram Slavorum
in manu valida et vastavit eam igne et gladio[4]. Et

a) in miklinburg 2. b) woldemarus Danorum 2. c) usque ad *edd.* d) vid. an. ducis *edd.* e) se *a librario in marg. suppl.* 2. f) cum eo *signis adiectis transposita* 2. g) longissimum 2; latissimam 4. h) longuiscule 1. i) ergo *edd. L.*
40 k) Excercitus 2. l) erāt 2. m) in medio pontis *edd. L.*

1) *Vide supra p.* 128, *l.* 24 *sqq. L.* 2) *Cf. de hoc conventu Saxo Gramm. l. XIV, SS. XXIX, p.* 105. 3) *Cf. supra p.* 106, *n.* 1.
4) *Cf. Ann. Palid. a.* 1160, *SS. XVI, p.* 92, *et qui haec ex eis exscrip-*

1160. videns Niclotus virtutem ducis succendit omnia castra sua, videlicet Ylowe[a], Mikilinburg, Zwerin et Dobin, precavens obsidionis periculum. Unum solum castrum sibi retinuit, Wurle[b], situm iuxta flumen Warnou prope terram Kicine[1]. Inde exibant per singulos dies et ex- 5 plorabant exercitum ducis et percutiebant de insidiis incautos. Una igitur dierum, dum exercitus[c] moraretur prope[d] Mikilinburg, egressi sunt ad nocendum filii Ni- cloti Pribizlavus et Wertizlavus[e] et percusserunt quos- dam de castris, qui[f] exierant ad frumentandum. Quos 10 insecuti fortiores de exercitu comprehenderunt multos eorum, fecitque dux eos suspendio affici. Filii autem Nicloti amissis equis et viris melioribus venerunt ad patrem. Quibus ille dixit: 'Ego quidem estimabam me viros enutrisse[g], sed isti mulieribus fugaciores sunt. 15 Egrediar igitur ipsemet[h] et experiar, si forte maiora promovere possim'. Et exiit cum electorum numero et collocavit insidias in latibulis prope exercitum[i]. Tunc exierunt pueri de castris ad conquirendum pabulum et venerunt prope insidias. Porro milites venerant inter- 20 mixti servis numero quasi sexaginta, omnes induti loricis sub veste intrinsecus. Quod non advertens Niclotus equo velocissimo perlatus est inter eos, conatus quendam per- figere. Sed lancea pertingens ad loricam casso ictu re- siliit. Volens igitur ad suos reverti circumventus subito 25 atque trucidatus est, nemine suorum sibi[k] presidium ferente[2]. Caput[l] eius recognitum in castra perlatum est non sine admiracione multorum, quod tantus vir tradente Deo de omnibus suis solus ceciderit. Tunc *p. 81. filii eius, *audita morte patris, succenderunt Wurle et 30 occultaverunt se in nemoribus, familias vero suas trans- tulerunt ad naves.

Dux igitur demolitus omnem terram cepit edifi- care Zuerin[m] et communire castrum. Et imposuit illic nobilem quendam[n] Guncelinum, virum bellicosum, cum 35 milicia. Post haec redierunt filii Nicloti in gratiam

a) Noue *alio atram. corr.* iloue 2; Ilowe *edd.* b) Wrle 3. c) excercitus 1. d) iuxta 2. e) wertizlauus 1. f) *seq.* erant *delet.* 2. g) nutrisse *corr.* enutrisse 1. h) ipse *edd.* i) excercitum 1. k) ipsi *edd.* l) Capud 2. m) szuerin 1. n) quendam nobilem 2. *L.* 40

serunt et ex parte auxerunt, Magdeburgenses, Pegavienses, Chron. Montis Sereni; Helm. saepius eadem atque Ann. Palidenses narrat, sed eos non exscripsit. 1) *Vide supra p.* 95, *n.* 1. 2) *Eodem modo narrat haec Saxo Gramm. l. XIV, l. l. p.* 106.

ducis, et dedit eis dux Wurle et omnem terram. Porro 1160.
terram Obotritorum divisit[a] militibus suis possidendam.
Et collocavit in castro Cuscin[b] Ludolfum quendam, ad-
vocatum de Bruniswich[c]. Apud Milicou[d] fecit esse
5 Ludolfum[e] de Paina, Zuerin[f] et Ilinburg[1] Guncelino
commendavit. Porro Mikilinburg dedit Heinrico cuidam
nobili de Scathen[g], qui etiam de Flandria adduxit multi-
tudinem populorum et collocavit eos Mikilinburg et in
omnibus terminis eius[2]. Et posuit dux episcopum in
10 terra Obotritorum domnum Bernonem, qui defuncto
Emmehardo[3] Magnopolitanae presedit ecclesiae. Porro 1155.
Magnopolis ipsa est Mikilinburg. Et subscripsit in
dotem Magnopolitanae ecclesiae trecentos mansos[4], sicut
antea fecerat Racesburgensi[h, 5] et Aldenburgensi[i, 6]. Et
15 facta postulacione obtinuit apud cesarem auctoritatem
episcopatus suscitare[k], dare et confirmare in omni terra 1159.
Slavorum[7], quam vel ipse vel progenitores sui subiuga-
verint in clipeo suo et iure belli[8]. Quam ob rem vo- 1160.
cavit domnum Geroldum Aldenburgensem, domnum
20 Evermodum Racisburgensem, domnum Bernonem Magno-
politanum, ut reciperent ab eo dignitates suas et appli-
carentur ei per hominii exhibicionem, sicut mos est fieri
imperatori. Qui licet hanc imposicionem difficillimam[l]
iudicarent, cesserunt tamen propter eum qui se hu-

25 a) dimisit 2. b) cussin 2. c) bruneswich 2; Brunswich *edd.* d) Melicon *S. R;* Melicou *B.* e) ludolphum 2. f) et Suerin 2. g) scaten 2. *R. B.* h) racisburgensi 2. *L.* i) ecclesiae *add. edd.* k) suscitandi 4. l) difficilimam 2. *B.*

1) *Supradictum Ilowe. L.* 2) *Ludolfus advocatus Brunswicensis et Ludolfus de Peina, ministeriales ducis, occurrunt in multis*
30 *chartis Heinrici Leonis, e. g. alter in charta a.* 1168, *Orig. Guelf. III, praef. p.* 37, *alter* 1162. *in 'Mecklenburg. UB.' I, nr.* 74. — *Item Gunzelinus, nobilis de Hagen, e. g. in charta a.* 1162. *modo citata.* — *Heinricus de Scaten non, ut opinatus est Wersebe, 'Niederländ. Colonien' I, p.* 419, *oriundus est a familia comitum de Schladen in territorio Hildes-*
35 *heimensi, sed potius idem ac Heinricus comes de Schota, testis duarum chartarum a.* 1163. *in 'Mecklenburg. UB.' I, nr.* 78. *et* 82. *L.* 3) *Mortuus a.* 1155. *secundum Ann. Herbipol., SS. XVI, p.* 9. 4) *Tabula de hac re data non exstat.* 5) *Cf. supra p.* 146, *n.* 1. 6) *Cf. supra p.* 162. 7) *Cf. Ann. Palid. (Magdeb., Chron. M. Sereni) a.* 1159:
40 Heinricus dux propter multiplicandam Christianitatem in Sclavia episcopos statuendi et investiendi potestatem a cesare accepit. *Friderici I. tabula (St. nr.* 3692*) a.* 1154. *scripta fortasse non tunc, sed demum a.* 1159. *Heinrico duci tradita est. Cf. Dehio, 'Brem. Jahrb.' VI, p.* 145, *et Weiland, MG. Constit. I, p.* 206; *Simonsfeld l. l. p.* 226 *sqq.*
45 *Specimen tabulae dedit Posse, 'Lehre von den Privaturk.' nr.* 28; *cf. ibi p.* 94, *n.* 3. 8) *Cf. infra II,* 9. *circa initium. L. Supra p.* 131, *l.* 17 *sq.*

miliavit propter nos[1], et ne novella ecclesia[a] caperet
1169? detrimentum[b, 2]. Et dedit eis dux privilegia[3] de posses-
sionibus et de reditibus[c] et de iusticiis. Et precepit
1160. dux Slavis, qui remanserant in terra Wagirorum[d], Pola-
borum, Obotritorum, Kicinorum, ut solverent reditus 5
episcopales, qui solvuntur apud Polanos[e] atque Pome-
ranos, hoc est de aratro tres modios siliginis et duo-
decim nummos monetae publicae. Modius autem Sla-
vorum vocatur lingua eorum 'curitce[f]'. Porro Slavicum
aratrum perficitur duobus bubus[g] et totidem equis[4]. 10
Et auctae sunt decimaciones in terra Slavorum, eo quod
confluerent de terris suis homines Teutonici ad incolen-
cf. Exod. 3, 8. dam terram spaciosam, fertilem frumento, commodam
pascuarum[h] ubertate, abundantem pisce et carne et om-
nibus bonis. 15

(88). De Alberto Urso. Capitulum LXXXVIIII.

In tempore illo orientalem Slaviam tenebat Adel-
bertus[i] marchio, cui cognomen Ursus, qui etiam pro-
picio sibi Deo amplissime prosperatus[k] est in funiculo
sortis suae. Omnem enim terram Brizanorum, Stode- 20
1157. ranorum multarumque gentium habitantium iuxta Ha-
belam et Albiam misit sub iugum[5] et infrenavit rebelles
eorum. Ad ultimum deficientibus sensim Slavis misit[6]
1159/60. Traiectum et ad loca Reno contigua, insuper ad eos qui
habitant[l] iuxta occeanum et patiebantur vim maris, 25
videlicet Hollandros[m], Selandros[n], Flandros, et adduxit
ex[o] eis populum multum[p] nimis[7] et habitare eos fecit

a) nov. ecclesie plantatio 4. b) decrementum 2. c) redditibus 2; et de redit. *om. B.* d) wairorum 2. e) polanos *manu saec. XV. mutat.* polonos 1, *et ita* 1[a]. *R. B.* f) curitoe 2. g) bobus 2. *edd.* h) paschuarum 2, *ubi seq.* libertate *delet.;* pascuorum *R. B. L; cf. p.* 111, *n.* n. i) albertus 1. 1[a]. k) fortunatus *edd.* l) habitabant 2. m) Hollandos *edd.* n) Selandos *R. B.* o) ex *om.* 2. p) magnum *edd.* 30

1) *Cf. supra p.* 135, *n.* 1. 2) *Omnis haec Helm. narratio optime convenit cum Ann. Palid. a.* 1159. 1160. *et iure praeferenda est tabulae Heinrici Leonis adulteratae et interpolatae 'Mecklenb. UB.' I, nr.* 65 *(cf. Hauck, 'KG. Deutschlands' IV, p.* 621, *n.* 2*), quam in his rebus narrandis secuti sunt Wigger, 'Berno' p.* 105 *sq.; Dehio, 'Brem. Jahrb.' VI, p.* 98, *'Hamburg-Bremen' II, p.* 78. 3) *De privilegiis his episcopis a.* 1160. *datis nihil aliunde constat. Sed vide tabulas a.* 1169. *(*1170*) datas, 'Mecklenb. UB.' I, nr.* 90. 96. 4) *Similia vide supra c.* 12. 14. *L. Cf. Heinrici Chron. Lyvoniae II,* 7, *SS. rer. Germ. p.* 8. 5) *Urbe Brandenburg a.* 1157. *iterum capta.* 6) *Cf. Heinemann, 'Albrecht der Bär' p.* 216 *sq. et ibid. n.* 85, *p.* 391 *sq.* 7) *Ios.* 11, 4: populus multus nimis *et similiter saepe in Biblia. Cf. Th. Rudolph, 'Die niederländischen Kolonien der Altmark im XII. Jh.' (Berlin* 1889*) p.* 31 *sqq.* 35.

in urbibus et oppidis[a] Slavorum. Et confortatus est vehementer ad introitum advenarum episcopatus Brandenburgensis necnon Havelbergensis, eo quod multiplicarentur ecclesiae, et decimarum succresceret ingens possessio. Sed et australe litus Albiae ipso tempore ceperunt incolere Hollandrenses[b] advenae; ab urbe Saltvedele[c] omnem terram palustrem atque campestrem, terram quae dicitur Balsemerlande[d, 1] et Marscinerlande[e, 2], civitates et oppida[a] multa valde usque ad saltum Boemicum[f, 3] possederunt Hollandri. Siquidem has terras Saxones olim inhabitasse feruntur, tempore scilicet Ottonum, ut[g] videri potest[4] in antiquis aggeribus, qui *congesti fuerant super ripas Albiae in terra palustri[h] Balsamorum[i], sed prevalentibus postmodum Slavis Saxones occisi, et terra a Slavis usque ad nostra tempora possessa. Nunc vero, quia Deus[k] duci nostro et ceteris principibus salutem et victoriam large contribuit, Slavi usquequaque protriti atque propulsi sunt, et venerunt adducti de finibus occeani populi fortes et innumerabiles[5] et obtinuerunt terminos Slavorum et edificaverunt civitates et ecclesias et increverunt diviciis super omnem estimacionem.

1159/60. *p. 82.

Translacio Aldenburgensis episcopatus. Capitulum XC.

(89).

1160. Circa id temporis[l] rogavit domnus Geroldus episcopus ducem, ut sedes cathedralis[m], quae antiquitus erat Aldenburg, transferretur Lubeke, eo quod civitas haec esset populosior et locus munitior et omni prorsus aptitudine commodior. Quod cum placuisset duci, condixerunt[n] diem, quo venirent Lubeke ordinaturi de statu ecclesiae et episcopatus. Et designavit dux locum, in quo fundari deberet oratorium[o] in titulum matricularis

a) opid. 1. 1a. b) Hollandienses *edd.* c) saleueldere *corr.* saleueldele 1, *et ita* 1a. *edd.*; Soltw *maioribus litteris minio pictum in* 2, *cf. supra p.* 118, *n.* g; Soltvvedel 4; Soltwedele *L.* d) barsemerlande *corr.* balsemerl. 1. e) *sic* 2. *edd.*; marscic*ilande 1; warscitirlande 1a. f) bohemicum 2; Boiemicum *R. B.* g) et 1. 2. *S.* h) plaustri 1. 1a. i) balsamarum 1. 2. *S.* k) Dominus *edd.* l) idem tempus 2. m) kathedralis 2. n) conduxerunt *corr.* condixerunt 2. o) ornatorium *corr.* n *expuncto* 1.

1) *Pagus Belxa, Belesem, diocesis Halberstadensis, in quo civitas Stendal. L.* 2) *Hanc terram esse Wische inter Arnesburg et Werben, ut omnes priores putaverunt, in dubium vocavit Rudolph l. l. p.* 91, *n.* 1. 3) *Cf. supra p.* 150, *n.* 4; *de distinctione verborum v. Rudolph l. l. p.* 37, *quem tamen sequi non possum.* 4) *Cf. supra p.* 39, *l.* 5. 5) *Ioel* 1, 6: Gens ascendit .. fortis et innumerabilis.

1160. ecclesiae, et areas claustrales, et statuerunt illic prebendas[a] duodecim clericorum canonice viventium. Porro terciadecima prepositi est. Et dedit episcopus in stipendia fratrum[b] decimas quasdam et tantum de reditibus, quos solvit Slavia, quantum[c] prebendis sufficeret per- 5 ficiendis. Et resignavit[d] comes Adolfus villas oportunas[1] prope Lubeke, quas statim dux[e] obtulit in usus[f] fratrum, et de theloneo[g] cuilibet fratrum duas marcas Lubicensis monetae, insuper alia, quae privilegiis[h] conscripta[i] sunt et in Lubicensi continentur ecclesia[k]. Et posuerunt 10 illic prepositum domnum Ethelonem, cuius in pagina superiori[2] memoria est cum laude.

Scisma inter Alexandrum et Victorem.

(90). Capitulum XCI.

1159. (Sept. 1). In circulo dierum[3] illorum[l] defuncto Adriano 15 papa ortum[m] est scisma in ecclesia Dei inter Alexandrum, 1160. qui et Rolandus, et Victorem, qui et[n] Octavianus. Cum igitur cesar expugnaret[4] Mediolanum, venit ad eum Victor in castra, quae erant apud Papiam[o], et recepit eum. Adunatoque concilio[p] receperunt[q] eum Reinoldus 20 Coloniensis[r] et Conradus[5] Maguntinus[s] electi et omnes quos imperialis aut timor aut favor agebat[6]. Porro Alexandrum recepit Iherosolimitana ecclesia et Anthiocena, preterea omnis Francia, Anglia, Hispania, Dania et omnia regna, quae sunt ubique terrarum. Insuper 25 Cisterciensis[t] ordo[7] eidem universus accesserat, in quo sunt archiepiscopi et episcopi quam plures et abbates amplius quam septingenti et monachorum inestimabilis numerus. Hii singulis annis celebrant concilium[u] apud Cistercium et decernunt ea quae utilia sunt. Horum 30

a) praebendos *S.* b) fratrum *om. S.* c) quant͞ 2. d) *ita* 2. 3; designavit 1. 1[a]. *edd.* e) dux *om.* 1. 1[a]. f) usum *edd. L.* g) theoloneo 2. h) previlegiis 1. 1[a] *ut supra p.* 23, *n.* s. i) scripta 1. 1[a]. *L.* k) eccl. cont. 2. l) istorum *edd. L.* m) orta 2. n) *emendavit L;* est 1. 2. *edd.* o) papam 1. 2, *manu C corr.* papiam 1, *alia manu corr.* papyam 2. p) consilio 1. 2. q) receperut 35 *signo compendii omisso* 1. r) colonensis *manu C corr.* coloniensis 1. s) Mogunt. *edd.* t) cistersiensis 2. u) consilium 1. 2.

1) *Lancowe, Ginin, Bussowe; v. chartas a.* 1163. 1169. 1197. *datas, 'UB. des Bist. Lübeck' I, nr.* 4. 5. 18. *L.* 2) *C.* 87. (86), *p.* 171. 3) 1. *Reg.* 1, 20: Et factum est post circulum dierum. *L.* 4) *I. e.* 40 oppugnaret. 5) *Arnoldus Mogontinus concilio interfuit, interfectus a.* 1160. *Iun.* 24. 6) *Cf. supra p.* 58, *l.* 1 *sq.* 7) *De Friderico et Cisterciensibus vide Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p.* 412, *et locis ibi laudatis adde Ann. Palid. a.* 1162, *SS. XVI, p.* 92.

invincibilis sententia vel maximas vires addidit Alexandro[a]. Quam ob rem iratus cesar proposuit edictum[1], ut omnes monachi[b] Cisterciensis[c] ordinis, qui consistebant in regno suo, aut Victori subscriberent aut regno pellerentur. Itaque difficile relatu est, quot[d] patres, quanti monachorum greges relictis sedibus suis transfugere in Franciam. Pontifices etiam quam plures sanctitate insignes in Longobardia et in universo regno principis violentia sedibus suis pulsi et alii superpositi sunt in locum[e] illorum. — 1164?

Postquam igitur transierunt obsidionis quinque vel eo amplius anni, cesar obtinuit Mediolanum et eiecit habitatores eius ex illa et destruxit omnes turres eius excelsas[f] et muros civitatis adequavit solo et posuit eam in solitudinem[g, 2]. Tunc elevatum est cor eius[3] nimis, et timuerunt omnia regna terrarum ad famam nominis eius[4]. Et misit ad regem Franciae Lodewicum[h], ut occurreret sibi ad colloquium apud Laonam[i], quae est in terra Burgundionum[k] iuxta Araram[l] fluvium[5], ad redintegrandam[m] unitatem ecclesiae. Et annuit rex Franciae. Preterea misit nuntios ad regem Daniae et ad regem Ungariae[n] et ad regem Boemiae[o], ut venirent ad constitutum diem, insuper omnibus archiepiscopis, episcopis[p] et summis potestatibus regni sui et religiosis quibusque[q] sollempniter[r] adesse mandavit[6]. Grandis igitur expectacio[s, 7] universorum ad tam *celebrem curiam, quo uterque papa et tanti reges terrarum[t] conventuri ferebantur. Tunc abierunt simul Waldemarus cum episcopis Daniae, Hartuwichus[u] archiepiscopus, Geroldus episcopus et comes Adolfus[8] cum multis Saxoniae nobilibus ad pre- — 1162. (Mart. 26). — *p. 83.

a) allex. *h. l.* 2. b) manachi *manu C corr.* monachi 1. c) cisterciencis 1. d) q (quod) 2. e) loco *alia manu corr.* locu 2. f) ecclesias *R. B.* g) solitudine *edd.* h) loduwicum *h. l.* 1; ludewicum 2; Ludovicum *edd.* i) leonam 2. k) burgundiorum 1. 1[a]. l) Ararim *edd. L.* m) redintegrandum *R. B.* n) boemie *hoc loco positum* 2. *L.* o) ungarie *hoc loco* 2. *L.* p) episcopis *om.* 1, 1[a]; et episcopis *edd.* q) quibuscunque *L.* r) solleniter 2. s) exspectacio 2; erat *addunt edd.* t) terrarum reges *edd.* u) hardewicus 2.

1) *Hoc non nisi post concilium Wirziburgense a.* 1164. *celebratum factum esse censet Giesebrecht, 'DKZ.' V, p.* 474. *VI, p.* 445. 2) *Cf. Ier.* 2, 15: Posuerunt terram eius in solitudinem; 10, 22: ponat civitates Iuda solitudinem; 50, 3: ponet terram eius in solitudinem. 3) 2. *Par.* 26, 16. 32, 25. *(Iudith* 1, 7*)*: Elevatum est cor eius *et similiter saepe in Biblia.* 4) *Esth.* 9, 4: fama . . . nominis eius. 5) *De hoc concilio conferendus est praecipue Saxo Gramm. l. XIV, p.* 780—786 *[SS. XXIX, p.* 114 *sq.]. L.* 6) *Vide epistolas Friderici, LL. Constit. I, p.* 289 *sqq.* 7) *Cf. Sulp. Sev. Vita Martini c.* 23: grandis omnium ad hanc professionem exspectatio. 8) *Hic etiam dicitur a Saxone Gramm. l. l. p.* 115.

1162. fixum colloquii locum. Dux vero positus in Bawaria alia via venerat. Lodewicus igitur[a] rex Franciae, cuius precipue expectabatur[b] adventus[c], ubi[d] intellexit[e] cesarem appropiare[f] cum exercitu et armis multis, dubitavit occurrere illi. Sed propter fidem sacramentorum 5 *Aug. 29.* venit ad locum placiti constituto die, hoc est in decollacione Iohannis baptistae, et exhibuit se in pontis medio ab hora tercia usque in[g] horam nonam[1]. Porro cesar necdum venerat. Quod rex Franciae accipiens pro omine[h] lavit manus suas in flumine ob testimonium, 10 quasi qui fidem pollicitam reddiderit[i], et digrediens inde abiit ipso vespere Divionam[k]. Veniens igitur noctu cesar intellexit[l] regem Franciae discessisse et misit honorabiles personas denuo accersire[m] eum. Sed ille nulla ratione vacare potuit, gratulans se et[n] fidem sol- 15 visse et suspectam cesaris manum evasisse. Ferebatur enim a multis, quod cesar eum circumvenire voluerit et propter hoc contra pactionum tenorem armatus advenerit. Sed ars arte delusa est[2]. Francigenae enim ingenio altiores quod armis et viribus inpossibile videbatur 20 consilio evicerunt. Tunc cesar vehementer irritatus secessit a curia, intentans Francigenis bellum. Alexander[o] papa confortatus ab eo tempore magis invaluit. Heinricus dux declinavit in Bawariam et compositis illic rebus reversus est in Saxoniam. 25

(91). De decima Holzatensium. Capitulum XCII.

Fuit igitur in diebus illis pax per universam Slaviam, et municiones, quas dux iure belli possederat[p] in terra Obotritorum, ceperunt inhabitari a populis advenarum, qui intraverant terram ad possidendum eam; 30 fuitque prefectus terrae illius Guncelinus, vir fortis et amicus ducis. Porro Heinricus comes de Racesburg,

a) ergo *edd. L.* b) exspectab. 2. c) inventus *manu C corr.* adventus 1. d) ub *in loco raso* 1. e) intellexit *statim a scriba mutatum* intellexerunt 1, *et ita* 1ª. f) appropinquare 1. 1ª. *L.* g) ad 2. *R. B.* h) omin *in loco raso* 1. i) reddi- 35 derit pollicitam *signis adiectis transposita* 2. k) duuonam 1. 1ª. *S;* Divionem *R. B.* l) intellexerunt *manu C corr.* intellexit 1. m) accersere *edd. L.* n) ad 1. 1ª; *om. edd.* o) Allex. *h. l.* 2. p) iure poss. Belli 2.

1) *Aliter et procul dubio rectius rem narrat Hugo Pictav., SS. XXVI, p.* 147; *cf. ib. n.* 4; *Giesebrecht VI, p.* 415; *Voelkel p.* 51 *sqq.;* 40 *H. Reichel, 'Die Ereignisse an der Saone im Aug. u. Sept. d. Jahres* 1162', *Halae Saxon.* 1908. 2) *Andreas Ung. c.* 21, *SS. XXVI, p.* 566, *affert versum poetae ignoti:* Ars ut artem falleret, sic ars deluditur arte. *Haud scio an Helm. illud carmen legerit.*

quae est in terra Polaborum, adduxit multitudinem 1162. populorum de Westfalia[a], ut incolerent terram Polaborum, *et divisit eis terram in funiculo distribucionis*. Et *Ps. 77, 54.* edificaverunt ecclesias et subministraverunt decimas fructuum suorum[b] ad cultum domus[1] Dei. Et plantatum est opus[c] Dei temporibus Heinrici[2] in terra Polaborum, sed temporibus Bernhardi filii eius habundantius consummatum[3].

At viri Holzati, qui Wagirensium[d] terram propulsis Slavis inhabitabant, devoti quidem[e] in ecclesiarum constructione et hospitalitatis gratia, sed decimis iuxta divinum preceptum legaliter persolvendis rebelles existebant. Solvebant autem mensuras parvulas sex de aratro, quod sibi dicebant permissum[f. 4] pro levamine, cum adhuc essent in terra nativitatis suae[5], propter viciniam[g] barbarorum et tempus belli[6]. Terra autem, unde exierant Holzati, pertinet[h] ad Hammemburgensem parrochiam et est Wagirensi[i] terrae proxima[k]. Videns igitur Geroldus episcopus, quia Polabi et Obotriti, qui erant in medio camini estuantis, solverent decimarum suarum legitima, proposuit a suis requirere similia. Communicato igitur consilio Adolfi comitis indomitos Holzatorum animos[l] exhortatoriis per litteras verbis temptare studuit. Ad ecclesiam igitur Burnhovede[m], quae alio nomine Zuentineveld[n] dicitur, ubi habitabat Marchradus senior terrae et secundus post comitem et cetera virtus Holzatorum[o], misit litteras in hunc modum:

Geroldus Dei gratia Lubicensis ecclesiae[p] *episcopus universis civibus ad ecclesiam Burnhovede*[q] *pertinentibus salutem et debitam dilectionem. Quoniam per Dei voluntatem ecclesiastica michi dispensacio*[r] *credita est, et divina legacione ad vos fungor, necesse est, ut a bonis ad meliora*

a) wastfalia 1. b) suorum fruct. 2. c) domus *delet. et manu C superscript.* opus 1. d) wairensium 2. e) quidam 2. f) promissum 2. g) uicinia 1. 2; *cf. supra p.* 92, *n.* 1. h) pertinet *radendo corr.* 1. i) wairensi t. 2; terre Wagirensi *(B). L;* terrae Wagirensis *S. R.* k) provincia *S. (R).* l) animis 2. m) brunhouede *h. l.* 1; bernhouede 2. n) Zuentiueld *edd.* o) holsatorum 1. p) ee (esse) *delet. et manu C superscr.* ecce (ecclesie) 1. q) bernhouede 2. r) dispensacōe, e *delet.* 2.

1) *Cf. supra p.* 39, *n.* 6. 2) *Obiit iam a.* 1164, *ut opinatur Breska, 'Forschungen' p.* 588 *sqq.; cf. infra p.* 200, *n.* 6. 3) *Cf. supra p.* 113, *n.* 5. *et p.* 165, *l.* 20 *sqq.* 4) *A Liemaro archiep. Bremensi hoc eis permissum esse contendit Sido praepositus in epistola infra edenda.* 5) *Gen.* 11, 28. *Ezech.* 29, 14: in terra nativitatis suae. 6) *Eccle.* 3, 8: tempus belli.

1162. *vos perducere studeam et ab his*[a] *quae sunt saluti animarum vestrarum contraria vos abstrahere totis nisibus elaborem. Deo siquidem gratias ago, quod multarum in vobis parent*[b] *virtutum insignia, quod videlicet hospitalitati et aliis misericordiae operibus propter Deum insistitis, quod in verbo Dei promtissimi et in construendis ecclesiis solliciti estis, in legitimis*[c] *quoque, ut Deo placitum est, castam ducitis vitam: quae omnia tamen*[d] *observata nil proderunt, si cetera mandata negligitis, quia, sicut scriptum est*[1]*: 'Qui in uno offendit, omnium reus est'. Dei enim preceptum est: 'Decimas ex omnibus dabis michi, ut bene sit tibi, et longo vivas tempore'*[2]*; cui obedierunt patriarchae, Abraham scilicet, Ysaac et Iacob, et omnes qui secundum *fidem facti sunt filii Abrahae*[3]*, per quod*[e] *laudem*[f] *et premia eterna consecuti sunt. Apostoli quoque et apostolici viri hoc ipsum ex ore Dei mandaverunt et sub anathematis vinculo posteris servandum tradiderunt. Cum ergo Dei omnipotentis procul dubio hoc constet esse preceptum et sanctorum patrum sit auctoritate firmatum, nobis*[g] *id incumbit officii*[h]*, ut, quod vestrae*[i] *saluti deest, nostro in vobis opere per Dei gratiam suppleatur. Monemus igitur et obsecramus omnes vos in Domino, ut michi, cui paterna in vos cura commissa*[k] *est, animo volenti quasi filii obedientiae*[4] *acquiescatis*[l] *et decimas, prout Deus instituit et apostolica*[m] *banno firmavit auctoritas, ad*[n] *ampliandum Dei cultum et ad gerendum pauperum curam ecclesiae detis, ne, si Deo quae ipsi debentur subtraxeritis, et substantiam simul et animam in interitum mittatis eternum. Valete.*

*p. 84.

His[a] auditis tumultuosa gens infremuit, dixeruntque se huic servili condicioni[o] nunquam colla submissuros, per quam omne pene Christicolarum genus pontificum pressurae subiaceat. Preterea hoc adiecerunt, non multum aberrantes a veritate, quod omnes pene decimae in luxus secularium cesserint. Quam ob rem episcopus

a) hiis 2. *L semper fere.* b) patent *B. L.* c) legittis 2. d) tm (tantum) *radendo corr.* tū (tamen) 1. e) quot *manu C corr.* quod 1. f) etiam *add. edd.* g) vobis 2. h) negocii *edd.* i) nre (nostre) 2. k) 9missa cura 2. l) aquiescatis 1. m) apostolico 2. n) ad *om.* 1, *recte supplerit* 1[a]. o) cond. serv. *edd. L.*

1) *Iac.* 2, 10: Quicumque . . . offendat autem in uno, factus est omnium reus. 2) *Gen.* 14, 20: dedit ei decimas ex omnibus; *Deut.* 22, 7: ut bene sit tibi, et longo vivas tempore. *Geroldus igitur verba sua ex diversis locis Bibliae confecit.* 3) *Ioh.* 8, 37. 39: filii Abrahae estis. 4) 1. *Petr.* 1, 14: quasi filii obedientiae.

verbum hoc retulit ad ducem. At ille precepit sub obtentu gratiae suae omnibus Holzatensibus de terra Wagirensi[a], ut solverent episcopo decimas cum omni integritate, sicut faciunt in terra Polaborum et[b] Obotritorum, quae recentius[c] incultae sunt et ampliori pulsantur formidine belli[1]. 1162.

Ad hoc preceptum Holzati obstinatis animis dixerunt nunquam se daturos decimas, quas patres sui non dedissent, malle se pocius[d] succensis edibus propriis egredi terram quam tantae servitutis iugum subire. Preterea pontificem cum comite et omni advenarum genere, quod decimarum solvit[e] legitima, interficere cogitabant et terra inflammata transfugere[f] in terram Danorum. Sed pravarum molimina rerum[2] ducis nostri regisque Danorum prepedierunt innovata federa. Laudatum autem fuit, ne quis transfugam alterius reciperet. Quapropter Holzatenses necessitate constricti[g] presente duce[3] cum pontifice tale pactum inierunt, ut facerent augmentacionem[h] decimarum et solverent de manso sex modios siliginis et octo avenae, illius, inquam, modii, qui vulgo dicitur 'hemmete'[4]. Et ne succedentium forte pontificum innovatas paterentur angarias, rogaverunt hoc ducis atque pontificis sigillo firmari[i]. Cumque notarii iuxta morem curiae marcam requirerent[k] auri, gens indocta resiliit, et negocium mansit imperfectum. Eidem quoque negocio commodis ecclesiae magnifice profuturo magnum[l] attulit impedimentum et velox episcopi transitus et bellorum inminens dira tempestas. 1162/63.

Captivitas Wertezlai. Capitulum XCIII[m]. (92).

Filii enim Nicloti Pribizlavus atque Wertizlavus non contenti terra Kycinorum[n] et Circipanorum aspirabant ad requirendam[o] terram Obotritorum, quam dux eis abstulerat iure belli. Quorum insidiis recognitis Gun-

a) wairensi 2. b) et *om.* 1. 1a. *S, alia manu fere coaeva superscr.* 2. c) recensius 2. d) cius *manu C in loco raso corr.* 1. e) solueret *corr.* soluit 2. f) tranfugere 1. g) icti *e corr. alterius manus in* 2. h) aucmentacionem 2. i) confirmari *edd.* k) inquirerent 2. l) magnum *om.* 2. m) *nulla capituli distinctio in* 2. n) Kicinorum 2. *L.* o) acquirendam *edd.*

1) *Val. Flaccus III, v.* 390: pulsare formidine; *Ovid. Trist. III,* 10, 67: trepidant formidine belli. *L.* 2) *Ovid. Met. XV,* 578: molimina rerum. *L.* 3) *Qui usque a.* 1162. *Nov. in oppido Constanz fuit.* 4) *Hodie 'Himpten'. L.*

1163. *(Ian. Febr.)*. celinus de Zuerin, prefectus terrae Obotritorum, intimavit duci. At ille posuit eos rursus[1] in indignacionem et iram[2] et venit cum exercitu gravi in terram[a] Slavorum hiemali tempore. Porro illi consederant in urbe Wurle[b, 3] et munierunt castrum[c] contra obsidionis impetus[d]. Et premisit dux Guncelinum[e] et fortissimum quemque, ut preoccuparent obsidionem, ne forte elaberentur Slavi, ipse vero quantocius prosecutus[f] est cum reliquo exercitu. Et obsessa est municio[g], in qua fuit Wertizlavus[h] filius Nicloti et multi nobilium[i], insuper vulgus promiscuum[4] multum valde. At[k] Pribizlavus senior natu cum numero equitum transierat in abdita nemorum percussurus de insidiis incautos. Et gavisus est dux gaudio[5], eo quod Slavi obfirmatis animis expectaverint[l] eum in municione, et prebita sit ei facultas obtinendi eos. Et dixit ad iuniores de exercitu, quos preliandi stulta cupido incitabat hostem provocare, suscitare[m] bathalias: 'Quare, quod supervacuum est, acceditis ad portas urbis et struitis pericula vobismetipsis? Frustratorii sunt huiuscemodi congressus atque ruinosi. Quin pocius consistite in tabernaculis vestris, unde[n] non possitis iaculari sagittis[o] hostium, et habete custodiam obsidionis, ne quis elabatur[p]. Nostri vero studii erit per Dei gratiam, ut sine tumultu et sine strage urbe potiamini[q]'. *Et statim precepit ex abundanti[r] nemore ligna conduci et aptari bellica instrumenta, qualia viderat facta Crimme[s] sive Mediolani. Fecitque machinas efficacissimas, unam tabulatis compactam ad perfringendos muros, alteram vero, quae excelsior erat et in turris modum erecta, superexaltavit castro ad dirigendas sagittas et ad abigendos eos, qui stabant in propugnaculis. A die enim, qua[t] erecta est haec fabrica, nemo Slavorum ausus est proferre caput aut apparere de propugnaculis. Ipso tempore Wertizlavus[u] graviter vulneratus

*p. 85.

a) terra 1. b) wrle 1. c) castra 2. d) impetum *edd.* e) gunzelinum *h. l.* 1. f) secutus *edd.* g) nuncio *in marg. corr. alia manu antiqua* munitio 2. h) wertzauus *corr.* wertzlauus 1. i) nobiles 2. k) Ac 2. l) exspectaverunt 2; expectaverunt *edd. L.* m) et susc. *edd. L.* n) unde — hostium *om. S. (R).* o) sagittas *(ita 1[a]) radendo corr.* sagittis 1. p) elebatur *alio atram. corr.* elabatur 2. q) paciamini 2. r) habundanti 2. s) crume 2. t) que *corr.* qua 1. u) wertizauus *corr.* wertizlauus 1; wertislauus 2.

1) *Cf. supra p.* 171, *l.* 15. 2) *Ps.* 77, 49: Misit in eos iram indignationis suae; indign. et ira *saepissime in Vulg.* 3) *Cf. Ann. Palid. a.* 1163. *L.* 4) *Exod.* 12, 38. *Num.* 11, 4: vulgus promiscuum. 5) *Matth.* 2, 10: gavisi sunt gaudio magno.

1163. *(Ian. Febr.)*

est de sagitta. Quadam vero die perlatum est ad ducem, quod [a] Pribizlavus cum turma equitum apparuerit non longe a castris. Ad quem requirendum transmisit Adolfum comitem cum electa iuvenum manu, qui tota [b] die paludes [c] et nemora oberrantes neminem invenerunt, delusi a ductore, qui maiorem hosti quam nostratibus favorem accommodaverat. Preceperat autem dux pabulatoribus, ne quoquam exirent eo die, ne forte hostem [d] inciderent [e]. At Holzatorum [f] quidam, ut sunt cervicosi [1], non curaverunt de mandato et egressi sunt ad frumentandum, et superveniens Pribizlavus et irruens super incautos prostravit ex eis ad centum viros, reliqui fugerunt [g] in castra. Quapropter dux ira acrius [h] instimulatus ferventius urget obsidionem; iamque munimenta claustri ceperunt trepidare minaci [i] ruina et suffossionibus dilabi. Tunc Wertizlavus [k], omni spe meliori deposita, accepto conductu venit in castra ad comitem Adolfum, ut acciperet ab eo consilium. Cui respondit [l] comes: 'Sera quidem [m] medicinae consultacio est, quando eger desperatus est [2]. Pericula nunc inminentia debuerant ante [n] fuisse previsa [o]. Quis, queso, tibi consilium dedit, ut obsidionis periculum incurreres? Magnae fuit amentiae ponere in nervo pedem [3], ubi non sit diverticulum vel ulla evasionis molicio. Nil igitur [p] restat nisi dedicio. Si quod [q] potest esse salutis compendium, sola dedicione apprehendendum [r] video'. Et ait Wertizlavus [s]: 'Fac pro nobis verbum apud ducem, ut sine periculo vitae et membrorum dampno admittamur dedicioni'. Tunc perrexit comes ad ducem et alloquens [t] eos, in quibus pendebant consilia, manifestavit eis negocium. At illi degustata voluntate principis [u] dederunt manus, ut, quicumque Slavorum dedisset se in potestatem [v] ducis, membris et vita potiretur, ea tamen condicione, ut et Pribizlavus ab armis discederet. Tunc

a) quot *manu C corr.* quod 1. b) *sequentia a* tota *usque* igitur omni *infra c.* 95. *(p.* 186, *l.* 28*) desunt* 1 *uno folio exciso, exstant* 1a. c) plaudes 2. d) in hostem *edd. L.* e) insiderent 1a. f) holsatorum 2. g) fugierunt 2. h) acriter *edd. L.* i) et minaci 2. k) wertizlaus 1a; Wertzislauus *S.* l) respondet *edd. L.* m) quida 2. n) antea *edd. L.* o) prouisa 1a. p) ergo 1a. *edd.* q) q̇d (quid) 1a. r) apprehendum 1a. s) pribizlaus *delet. et in marg. corr.* wertislaus 1a; pribizlauus 2. t) *seq.* ad *delet.* 2. u) princ. vol. *edd. L.* v) manu- 2.

1) *Cf. c.* 67: gens enim libera et cervicosa. *L.* 2) *Cf. Ovidium De rem. amoris v.* 91 *sq.:* Sero medicina paratur, Cum mala per longas convaluere moras. *Supra p.* 27, *n.* 1. 3) *Iob* 13, 27: Posuisti in nervo pedem meum; *ib.* 33, 11: Posuit in nervo pedes meos.

1163. (Febr.). conductu clarissimi comitis exierunt de municione Wertizlavus et omnes nobiles Slavorum et venerunt ad pedes ducis, uniuscuiusque ensis super verticem[a] suum[1]. Et suscepit eos dux et reclusit in custodia. Precepit igitur dux[b], ut, quicumque Danorum captivi haberentur in castro, potirentur libertate. Et exiit de illis multitudo maxima, imprecantes duci fortissimo bona pro suimet ereptione. Porro castrum et vulgus ignobile[2] fecit servari et preposuit eis Lubemarum[c] quendam veteranum, fratrem Nicloti, ut preesset terrae et sentiret ea quae subiecta sunt[3]. Wertizlavum vero Slavorum regulum duxit secum Bruneswich et astrinxit eum manicis ferreis[4], ceteros vero dispertivit per custodias, quousque solverent novissimum quadrantem[5]. His ita[d] gestis humiliatae sunt vires Slavorum, et recognoverunt[e], quia *leo* (*Prov.* 30, 30.) *fortissimus bestiarum ad nullius pavet*[f] *occursum.* Pribizlavus igitur, qui erat senior natu et acris ingenii, cupiens fratri captivo subvenire cepit per nuntiorum manus at- (*Luc.* 14, 32.) temptare principis animum et rogare *ea quae pacis sunt.* Cumque dux requireret obsides, ut firma esset sponsionum fides, ait Pribizlavus: 'Quid[g] opus est domino meo, ut a servo suo requirat obsides? Nonne fratrem meum et omnes nobiliores Slaviae retinet[h] in custodia? Teneat eos loco obsidum, abutatur eis ut libuerit[6], si temeraverimus sponsionum fidem'. Dum haec per internuntios agerentur, et daretur Pribizlavo spes meliorum, aliquantulum temporis fluxerat sine bello, fuitque pax in Slavia (*Mart.*) a Martio mense usque in Kalendas Februarii sequentis (1164. *Febr.* 1.) anni, et omnia castra ducis erant illesa, videlicet Malachou, Cuscin[i], Zuerin, Ilowe, Mikilinburg[k].

(93). Dedicatio Novi-monasterii. Cap. XCIIII.

1163. *Mart.* 24. Eodem[l] anno domnus Geroldus Lubicensis ecclesiae[m] episcopus post celebres paschae[n] ferias cepit in-

a) cervicem *fortasse legendum esse adnotavit G. Waitz manu sua in suo exemplari tomi SS. XXI.* b) dux *om.* 2. c) lube'arum *mutatum* — manum, *in marg. corr. alia manu coaeva* lubemarum 2. d) Hiis itaque 1a. e) ut recognoscerent *edd. L.* f) pavebit *Vulg.* g) Quod 1a. 2. h) tenet 2. i) cusem 2. k) mykilinburg 2. l) *nulla capituli distinctio in* 2. m) eccl. *om. edd.* n) pasce 1a.

1) *Secundum morem Italicum, quem viderat dux Mediolani.* 2) *Verg. Aen. I*, 149: ignobile volgus. 3) *Cf. supra p.* 97, *n.* 7. 4) *Cf. supra p.* 97, *n.* 6. 5) *Matth.* 5, 26: donec reddas novissimum quadrantem. 6) *Cf. Gen.* 19, 8: abutimini eis sicut . . placuerit; *supra p.* 76, *n.* 7.

firmari et decubuit in lecto egritudinis[a] usque[b] in Kalendas Iulii. Oravitque Deum, ut differretur[c] ei[d] vita, quousque dedicaretur oratorium Lubicense, et clerus recenter adunatus convalesceret in statu suo. Nec mora, divinitus ad*iutus dilatus est ad modicum. Adiit igitur ducem, qui tunc forte venerat Stadhen in occursum archiepiscopi, et contulit cum eo de commodis Lubicensis ecclesiae. Cuius verbis ille condelectatus monuit, ut quantocius rediret Lubike[e] paraturus ea quae dedicacioni oportuna erant[f]. Et rogavit dux archiepiscopum, ut occurreret secum ad consummacionem[g] officii. Cuius peticioni acquiescens aggressus est iter in Wagirensem[h] terram et in transitu dedicavit Falderensem ecclesiam, quam sanctae memoriae Vicelinus Aldenburgensis[i] episcopus et fundasse et possedisse dinoscitur. Et fecit archiepiscopus preposito et fratribus illic degentibus bona multa, precepitque, ut locus ille de cetero vocaretur Novum-monasterium. Antea[k] enim Faldera sive Wippenthorp[l] vocabatur[1]. Fuitque loci illius prepositus Heremannus[m], qui olim etiam Lubike[e] sub barbarica tempestate multos pertulerat labores[2], sociatus in predicacione ewangelii domno Ludolfo[n] Segebergensi[o] preposito et Brunoni Aldenburgensi presbitero. Hic igitur Heremannus[p] successerat in procuracionem Novi-monasterii[q] venerabili viro Epponi, cuius sanctitas insignis ab omnibus semper cum[r] pietate recolenda iam pridem[3] felicem acceperat consummacionem Kal. Maii[s]. Perfecta igitur[t], ut antea[u] dixi, dedicacione Novi-monasterii[v] transiit domnus archiepiscopus Segeberg et illic usus est diversorio[4] comitis Adolfi. Postquam autem venit[w] Lubike[e],

1163. *Iul.* 1. — 86. — *Maii* 1. (*Iul.*).

a) egretudinis 1ª. b) *seq.* ad *delet.* 2. c) deferretur 2. d) sibi *edd. L.* e) lubeke 2. f) erant oport. 2. g) confirmationem *edd.* h) wairensem 2. i) ecclesie *addit* 2. k) Ante 2. l) *sic edd.;* wippentorp 1ª; wippethorp 2. m) he'ma9 1ª; hermannus *edd.* n) ludolpho 2. o) Segenbergensi *edd.* p) herma9 1ª; hermannus 2 *h. l.* q) monasterii novi *edd.* r) cum *om. S.* s) mai 2. t) ergo *edd. L.* u) ante 1ª. v) *seq. iterum* venerabili viro Epponi — felicem acceperat *delet.* 1ª. w) venit autem 2.

1) *In tabulis Novi-monasterii illud saepius adhuc vocatur novum monasterium in villa Wipenthorp et eius praepositus Sanctae Mariae in Wipenthorp. Similiter in tabula a.* 1139. *in 'Hamburg. UB.' I, nr.* 160. *Helmoldus indicare videtur privilegium Hartwici archiepiscopi, quod v. in 'Hamburg. UB.' I, nr.* 230. *Nomine Falderae ipse Helmoldus bis adhuc utitur c.* 83. [84]. *L. Cf. Hirsekorn p.* 55 *sq.* 2) *Cf. supra c.* 54, *p.* 107. *et c.* 75, *p.* 144, *l.* 32 *sq.* 3) *De ipso a.* 1163. *hoc mihi videtur dictum esse. Cf. praef. ad Versus de vita Vicelini.* 4) *Iudic.* 18, 3: utentesque illius diversorio.

1163. (Iul.). suscepit[a] eum dux et episcopus cum magna gloria, et aggressi sunt opus dedicacionis[1]. Et obtulerunt singuli cf. Exod. 35, 29. voluntaria cordis sui, Heinricus dux, Geroldus episcopus et Adolfus comes, dederuntque predia et reditus et decimaciones in subsidia cleri[2]. Commonitus autem archiepiscopus, ut[b] Novum-monasterium daret Lubicensi episcopo, non acquievit. His[c] rite peractis reversus est archiepiscopus in[d] locum suum. Dux vero ordinatis rebus in Saxonia profectus est in Bawariam, ut sedaret Ps. 145, 7. tumultuantes et *faceret iudicium iniuriam pacientibus*.

(94). Transitus Geroldi episcopi. Cap. XCV.

(Iul. Aug.). Interim[e] sentiens Geroldus venerabilis episcopus dilatos ad tempus dolores rursus incalescere statuit visitare omnes ecclesias suae diocesis[f], a nullo querens[g] stipem, ne cui esset onerosus[3]. Paternam quoque[h] gerens sollicitudinem filiis suis abundanter erogavit monita salutis[4], errantes corrigens et discordes compacans, prebens etiam confirmacionis gratiam, sicubi necesse fuisset. Forum etiam Plunense, quod singulis diebus dominicis frequentabatur a Slavis et a Saxonibus, in verbo Domini prohibuit, eo quod populus Christianus deserto cultu ecclesiae et missarum sollempniis mercacionibus tantum operam daret. Hanc igitur permaximam ydolatriam preter multorum opinionem animi constantia destruxit, precipiens sub anathematis districtione, ne quis de cetero suscitaret ruinas eius. Et convenerunt populi de cetero ad ecclesias audire verbum Dei et interesse sacris misteriis. Perlustrata igitur omni parrochia[i] sua domnus episcopus novissime venit Lutelenburg[k] consolari manentes illic, expletisque divinis misteriis, quasi peracto negocio, viribus corporis cepit repente[l] destitui perlatusque Bozove multis diebus lecto[m] decubuit. Nunquam tamen missarum sollempniis usque ad diem obitus sui defuit. Fateor non meminisse me vidisse virum magis exercitatum in divino officio, frequentiorem in psalmodia et

a) cepit 1[a]. b) ut — revers. est archiepiscopus *om.* 1[a]. c) Hiis 2. *L.* d) ad 2. *L.* e) *nulla capituli distinctio in* 2. f) dyoc. 1[a]. g) petens *edd.* h) ergo *edd.* i) *hinc pergit cod.* 1; *cf. supra p.* 183, *n.* b. k) lutilenburg 2; Lucelenburg *edd.* l) recenter *alia manu coaeva corr.* repente 2. m) *seq.* discubuit *delet.* 2.

1) *Cf. Ann. Palid. a.* 1163. 2) *Vide tabulas a.* 1163. *et* 1164, *Leverkus, 'UB. des Bistums Lübeck' I, nr.* 3—7. *L.* 3) 2. *Cor.* 11, 9: nulli onerosus fui. 4) *V. supra p.* 93, *l.* 24 *sq., n.* 5.

vigilia matutina, benigniorem clero, quem nec verbo passus est a quoquam molestari[1]. Hic quandam laicalem personam[a] clericum calumpniantem fecit acerrime plagari[2], dans ceteris exemplum, *ut discerent*[b] *non blasphemare*. Audita igitur boni pastoris egritudine venerunt ad eum venerabiles viri Odo Lubicensis ecclesiae decanus et Ludolfus prepositus Segebergensis cum fratribus utriusque congregationis. Qui cum lecto egrotantis appositi optarent ei dilacionem vitae, ipse respondit: 'Quid precamini michi, fratres, quod[c] inutile est? Quantumcumque supervivam[d], mors semper restat. Iam nunc utique fiat quod[e] quandoque futurum est. Melius est evicisse quod effugere nemini licitum est'. O libertatem spiritus pavore mortis imperterritam! Inter loquendum autem dedit nobis lectionem[f] de[g] psalmo: *Letatus*[h] *sum in his*[i] *quae dicta sunt michi: in domum Domini ibimus.* Interrogatus a nobis, quas pate*retur molestias, nullos se torsionum[k] dolores sentire professus est[l], sed tantum[m] defectu virium pregravari. Verum cum fratres[n] consummacionis finem inminere viderent, impenderunt ei sacrae unctionis[o] officium, sicque sacramentis salutaribus communitus illucescente die cum tenebris noctis corruptibilem carnis sarcinam deposuit[3]. Corpus eius Lubeke perlatum a clero et civibus honestae[p] traditum est sepulturae in medio basilicae, quam ipse fundavit. Et vacavit sedes Lubicensis usque in Kal. Februarii, eo quod dux abesset et exspectaretur eius sententia.

1163. — 1. Tim. 1, 20. — (Aug.). — Ps. 121, 1. — *p. 87. — (Aug. 13). — 1164. Febr. 1.

LIBER II.

a) personam laicalem *edd.* b) discant *Vulg.* c) quid *corr.* quod 1. d) vivam *edd.* e) q (quod) *in loco raso* 1. f) electionem *corr.* lectionem 2. g) de *manu C superscr.* 1. h) letus 2. i) hiis 2. k) tortionum 1. 1a. l) prof. est sentire *signis adscriptis transposita* 2. m) tamen *R. B.* n) feūs (factus) *alia manu corr.* fcēs (*pro* frēs) 2. o) unxionis 2. p) honestae *om. S. (R).* q) *inscriptionem hanc om.* 1. 1a, *habet S.*

1) *Cf. supra p.* 128, *n.* 7. 2) *Cf. scholion* 53. *ad Adamum.* 3) *A.* 1163. *Aug.* 13; *vide Necrol. Luneburg. et Librum memoriarum eccl. Lubic., Leverkus l. l. p.* 4, *n.* 2. *L; Necrol. Cismariense ed. K. Kohlmann p.* 332.

Prefatio[a] sequentis operis[b].
Capitulum XCVI.

Inter descriptores hystoriarum[c] rari inveniuntur, qui rebus gestis descriptionis fidem integram solvant. Sane disparilia[d] hominum studia[e], plerumque corrupto fonte nascentia, in ipsa narracionis superficie statim dinosci possunt, dum videlicet succrescens in corde hominis veluti superfluitas quaedam humorum indebitus amor sive odium deflectit narracionis impetum, derelicto veritatis tramite, in dexteram sive in sinistram[f]. Multi enim aucupantes[g] favorem hominum palliaverunt se amiciciae ficta quadam superficie[h] et propter ambicionem honoris seu cuiuslibet emolumenti locuti sunt placentia[1] hominibus, asscribentes[i] digna indignis, laudem quibus non debebatur laus, benedictionem quibus non erat benedictio. Quo contra alii odio concitati minus pepercerunt obloquiis, querentes locum calumpniis et quos manu nequibant acrius lingua insectantes. Tales profecto[k] sunt, qui ponunt lucem tenebras[2] et dicunt noctem diem. Sed nec aliquando defuerunt inter scriptores, qui propter dampna rerum et cruciatus corporum impietates principum publicare timuerunt. Venialius[l] autem est veritatem tacuisse ob pusillanimitatem spiritus et tempestatem quam ob spem inanis[m] lucri finxisse mendacium. In

a) Pref. — XCVI. *om.* 2, *ubi nulla capituli vel libri distinctio.* b) operis seq. *edd. L.* c) histor. 1a. 2. d) disparia 2. e) stupia *corr.* studia 1; stupida *delet. et in marg. corr.* studia 1a. f) sinisteram 2. g) occupantes 2. h) superfice *manu C corr.* superficie 1. i) ascribentes 1. *edd.* k) profecti 2. l) Nenialius 1. m) maius 2.

1) *Is.* 30, 10: loquimini nobis placentia. 2) *Is.* 5, 20: Vae qui dicitis malum bonum . . . ponentes tenebras lucem. *L. Cf. Adam III,* 64.

exprimendis igitur actibus hominum veluti in exsculpendis[a] subtilissimis celaturis[b] sincerum semper oportet esse consideracionis intuitum, qui nec gratia nec odio nec pavore a veritatis via[c, 1] deducatur. Quod[d] quia multae peritiae est, immo maximae sollertiae, gubernaculum videlicet sermonis inter haec scopulorum impedimenta inconcussum[e] dirigere, divina michi pietas intentius[f] est exoranda, ut, quia navem descriptionis ausu quodam inproviso magis quam temerario in altum deduxi, ipsa opitulante et flatus secundos[2] dirigente perducere merear ad litus debitae consummacionis[3]. Alioquin ob difficultatem[g] ingravescentium causarum et depravatos mores principum facile perturbabor a timore hominum. Magnae autem consolacionis est firmamentum omnibus veritati[h] innitentibus, quia veritas, etsi nonnunquam impiis odium pariat[4], ipsa tamen in se inconcussa permanens non offenditur, sicut et[i] egris oculis odiosa[k] lux est, quod non lucis, sed egritudinis[l] oculorum culpa[m] dinoscitur. Sed et omnis considerans vultum nativitatis suae in speculo non speculo, sed sibimet imputabit, si quid in se pravum atque[n] distortum viderit. Sequens igitur opusculum, sicut et precedentia[5], [dedico[o]] caritati[p] vestrae, o venerabiles domini et fratres, presentibus honorem, futuris de rerum noticia fructum conducere cupiens. Sed et michimet spero non defuturum quantumlibet emolumenti de orationibus magnorum virorum, qui forte libellum hunc lecturi sunt, qui postulacioni meae non negabunt precum suarum suffragia.

De[q] Conrado episcopo. Capitulum XCVII. (1).

1164. *(Febr.)*. Compositis igitur rebus in Bawaria Heinricus Leo, gemino ducatu clarus, reversus est in Saxoniam et ac-

a) exculp. *eadem manu corr.* exsculp. 1. b) celaturɔ 2. c) via verit. 2. d) Quo *alia manu corr.* Quod 2. e) inconcussus *corr.* inconcussum 1. f) diligentius *edd.* g) cu *e corr.* 1. h) veritate 2. i) et *om. edd.* k) ociosa *alia manu corr.* odiosa 2. l) egritutudinis 1. m) esse *addit* 2. n) aut *edd.* o) dedico *om. codd., ex coniectura suppleri S, quem reliqui editores secuti sunt.* p) karitati 2. q) *inscriptionem hanc om. L.*

1) *Sap.* 5, 6. *Eccli.* 34, 22. *etc.:* via veritatis. 2) *Ovid. Metam. XIII*, 418: flatuque secundo. 3) *Similia scribunt Adam III, c.* 1. *et multi alii scriptores ecclesiastici.* 4) *Terent. Andria I*, 1, 41: veritas odium parit. *L.* 5) *Rein. Reineccius, qui cod.* 4. *inspexit, Helm. cronicam suam bis edidisse putavit; cui opinioni haec verba de praecedentibus opusculis assentiri videntur. Sed utrum Rein. recte iudicaverit, dubitare licet.*

1164. (Febr.). cersito clero Lubicensi dedit eis pontificem domnum Conradum, ab*batem de Reddegeshuse[a], fratrem germanum *p. 88 domni Geroldi episcopi. Quod licet Harthwigo[b] archiepiscopo et omnibus pene Lubicensibus esset contrarium, prevaluit tamen voluntas ducis, cui refragari[c] formidolosum erat. Recepit autem[d] sacrum ordinem per manus Harthwici[e] archiepiscopi in civitate Stadensi. Pollebat autem litteratura, facundia, affabilitate[f], largitate, multis preterea[g] donis, quibus dignam personam supervestiri decorum est. Sed pulchram viri superficiem deformabat insanabilis quaedam[h], ut ita dicam, impetigo, mobilitas animi et facilitas[i] verborum, quae nunquam in eodem persistebat; dissidens[k] ipse secum, nichil ex consilio faciens, incertus in promissis, extraneos diligens, suos fastidiens. Clero, quem in tenella reperit[l] ecclesia, magna severitate primum abusus est, incipiens a primis, qui erant in Lubicensi ecclesia, usque ad novissimos[1], qui habitabant in rure[m]. Bona sacerdotum omnia sua esse dicebat, non quasi fratres, sed ut servos reputans. Si quem fratrum[n] forte pulsare cepisset, non legitima vocacione, non loci vel temporis congruentia sive capituli[o] sententia usus est, sed ad placitum suum, quos gravare voluisset, aut suspendit ab officio aut eliminavit ab ecclesia. Commonitus[p] a duce nichil remissius egit, sed alienavit se a duce et confederatus est archiepiscopo, quatinus[q] connexis viribus facilius evinceret[r] omnem resistentem.

Circa dies illos, quo[s] primum promotus est ad summi sacerdocii gradum, cum adhuc consisteret secus archiepiscopum in urbe Horeburg[t], quae est super ripas Febr. 17. Albiae, in mense Februario, hoc est XIIII° Kal. Martii[2], orta est tempestas maxima ventorum, procellae, fulgorum[u] choruscatio[v] et tonitrui fragor, quae[w] passim multas edes aut incendit aut subruit, insuper tanta maris exundacio oborta[x] est, quanta non est audita a

a) Reddegeshusen *edd.* b) hartwico 2. *L*; Hartwigo *edd.* c) refragrari 1. d) aut 1. e) hartwici 2. *edd. L.* f) afabilitate *corr.* affab. 1. g) denique *edd.* h) quaedam *om. edd.* i) facillitas 2. k) discidens 1. 1ª. l) repperit 2. m) habitab. ruri *edd.* n) frem, e *expuncto corr.* frm (fratrum) 1; fratrem 1ª. *edd. L.* o) capittuli 2. p) Communitus 2. q) quatenus 2. *edd. L.* r) vincerent *edd.*; vinceret *L.* s) quos *corr.* quo 2. t) horeborg 1. *edd.*; horenburg 2. u) fulgurum *R. B. L.* v) coruscacio 2. w) qui *L.* x) exorta *corr.* oborta 2.

1) *Matth.* 20, 8: incipiens a novissimis usque ad primos. 2) *Cf. Ann. Palid. [SS. XVI, p. 92 sq.]; Chron. regia Colon. [SS. rer. Germ. p. 114]. L. Cf. Ann. Egmund. a.* 1163, *SS. XVI, p.* 483.

1164. Febr. 17.

diebus antiquis[1], quae involvit omnem terram maritimam Fresiae, Hathelen[a] et omnem terram palustrem Albiae et Wirrae et omnium fluminum, qui[b] descendunt[c] in occeanum mare, et submersa sunt multa milia hominum 5 et iumentorum, quorum non est numerus[2]. Quanti divites, quanti potentes vespere sedebant et deliciis affluebant[d] omni *timore malorum sublato,* sed veniens repentina calamitas[3] *involvit eos in mediis fluctibus!*

Prov. 1, 33. Exod. 14, 27.

[XCVIII].[e] Eadem die[4], qua maritimae regiones 10 occeani tanta clade pervasae[f] sunt, accidit strages magna[g] in civitate Slavorum Mikilenburg[h]. Wertizlavus[i] enim, Nicloti filius iunior, qui tenebatur in vinculis Bruneswich[k], mandavit, ut dicitur, Pribizlavo fratri suo per nuntios dicens: 'En ego teneor[l] vinculis[m] 15 eternis inclusus, et tu negligenter[n] agis? Evigila et enitere[o] atque viriliter age et, quod pace non potes, armis extorque. Non recogitas, quod pater noster Niclotus, cum Lunenburg[p] teneretur in custodia[5], neque prece neque pecunia redimi potuit? Postquam autem 20 virtutis instinctu corripuimus arma et fecimus incendia et exterminia urbium, nonne[q] dimissus est?' His auditis Pribizlavus collegit latenter[r] exercitum et venit inprovisus Mikilenburg[s]. Heinricus[t] autem de Scathen[u], prefectus castri, tunc forte defuit, et populus qui erat in 25 castro fuit sine principe. Accedens igitur Pribizlavus[v] ait[w] ad viros qui erant in municione: 'Magna, o viri, tam michi quam genti meae illata est violentia, qui[x] expulsi sumus de terra nativitatis[6] nostrae et privati sumus hereditate patrum nostrorum[7]. Vos quoque iniu-

(25.) Febr. 17.

30 a) hathen *alia manu corr.* hathelen 2; Hadelen *edd.* b) *sic* 1. 1[a]. *S; cf. supra p.* 155, *n.* k; que 2. *L;* quae *edd.* c) descend'nt (descenderent?) 1. d) effluebant 2. e) *inscriptionem capituli habet S:* De strage Flamingorum; Wy daz könig Pribisla Mekelnborg wider gewan und es zu Grunde virbrante und slug dy Flamin alle tod dy daruffe warin *Kirchberg; nulla capituli distinctio in* 1. 2. f) pervasi 35 *codd.;* pervastatae *edd.* g) maxima 2. 3. h) mikelenborg 1. i) Wertilau9 1. k) brunswich 2. *edd.* l) teneo *alia manu corr.* teneor 2. m) in vinc. 1. 1[a]. n) neglienter 2. o) enitere *e corr. manus recentioris* 2. p) luneburg 2; Lunenburgi *edd.* q) inme *corr.* nonne 1. r) letanter 2. s) mikelenburg 1; Mekelinb. *edd.* t) Hinricus 1. 1[a]. u) scaten 2. v) pribislauus 2. w) agit *corr.* 40 ait 2. x) q2 (quia) 2.

1) *Cf. supra p.* 57, *n.* 8. *et p.* 115, *n.* 5. 2) *Iob* 9, 10. *Ps.* 39, 13. *etc.:* quorum non est numerus. 3) *Prov.* 1, 27: repentina calamitas. *Sensus omnium versuum Prov.* 1, 27 *sqq. Helmoldi animo obversatus esse videtur.* 4) *Supra I,* 93, *p.* 184. *Helm. dixit* usque in Kal. Febr. 45 *pacem fuisse.* 5) *Cf. supra I,* 86, *p.* 169, *n.* 3. 6) *Gen.* 11, 28. 24, 7. *etc.:* terra nativitatis. 7) 1. *Mach.* 15, 33. 34: hereditatem patrum nostrorum.

1164. Febr. 17. riam hanc cumulastis, qui invasistis terminos nostros et possedistis urbes et vicos, qui nobis debentur hereditaria successione. Proponimus[a] igitur vobis optionem vitae et mortis[1]. Si volueritis aperire nobis[b] municionem et reddere terram nobis[c] debitam[d], deducemus vos pacifice 5 cum uxoribus et filiis et universa suppellectili. Si quis Slavorum quippiam abstulerit eorum quae ad vos pertinent, ego in duplo restituam. Quodsi nolueritis[e] egredi, immo[f] urbem hanc[g] pertinaciter defendere, iuro vobis, quia, si faverit nobis Deus et victoria, omnes vos 10 occidam in ore gladii'. Ad haec verba Flamingi[2] iacula dirigere et vulnera infligere ceperunt. Slavorum igitur exercitus viris et armis potentior vehementi pugna irrupit munitionem et occiderunt omne masculinum in ea, non reliquerunt de populo advenarum vel unum[3]. Uxores 15 et parvulos eorum duxerunt in captivitatem[4] et succenderunt castrum igne.

*Post haec converterunt faciem[5] suam ad castrum *p. 89. Ylowe[h], ut destruerent illud. Porro Guncelinus, satelles ducis et prefectus terrae Obotritorum, audiens per ex- 20 ploratorum manus exisse Slavos, preierat cum paucis militibus Ylowe[h], ut fieret urbi presidio. Vastata igitur[i] Mikelenburg Pribizlavus[k] antecessit exercitum cum fortissimis, ut preoccuparet obsidionem, ne quis forte effugeret. Quod audiens Guncelinus dixit ad suos: 'Exea- 25 mus velociter et pugnemus cum eo, priusquam reliquus veniat exercitus. Lassi enim sunt de pugna et strage, quam commiserunt hodie'. Et responderunt ei fideles sui: 'Non est nobis cautum egredi, statim enim, ut exierimus, Slavi, qui sunt infra[l] urbem hanc et videntur 30 stare nobiscum, claudent portas urbis post nos, et nos erimus exclusi[m], urbsque cedet[n] in manus Slavorum'. Et displicuit verbum hoc in oculis[6] Guncelini[o] et virorum eius[p]. Convocans igitur Teutonicos[q] omnes, qui

a) proponamus igitur vite vobis opcionem 2. b) nobis aperire 2. c) nobis 35 *om. S. R.* d) deditam (*ita* 1[a]) *corr.* debitam 1; *cf. supra p.* 133, *n.* 1. e) uoluer. *corr.* noluer. 2. f) inmo 1. g) *post* hanc *superscripsit* sed *manus recentior in* 2. h) ilowe 2. i) ergo *edd. L.* k) pribizlaus 1. 1[a]. l) intra *edd. L.* m) conclusi 1. 1[a]. n) tedet *corr.* cedet 1. o) gunceli 2. p) eius *om.* 2. q) teutunicos 1.

1) *Deut.* 30, 19: proposuerim vobis vitam et mortem. 2) *Cf.* 40 *supra I,* 87. [88]. *L.* 3) 1. *Mach.* 7, 46: Non est relictus ex eis nec unus; *cf.* 4. *Reg.* 10, 14. 4) *Cf. Ann. Palid. a.* 1164, *qui brevissime facinus memorantes ipso die, quo inundatio aquarum facta est, id perpetratum esse addunt. Incendium civitatis non referunt. L.* 5) 4. *Reg.* 20, 2. 2. *Par.* 6, 3: convertit faciem. 6) 1. *Reg.* 8, 6: Displicuit sermo 45 in oculis Samuelis; 2. *Reg.* 11, 27: Et displicuit verbum hoc.

1164. Febr. 17.

erant in urbe, dixit ad eos in audientia Slavorum, qui fuerant in urbe, et de quibus fuerat tradicionis timor: 'Relatum est michi, quod Slavi, qui nobiscum sunt intra portas urbis, iuraverunt[a] Pribizlavo, ut tradant et nos et urbem. Audite igitur[b], o viri[c] compatriotae, qui destinati estis in mortem et exterminium: statim, ut videritis perfidiam, obicite vos portis et mittite ignem in menia[d] urbis et exurite perfidos hos cum mulieribus[e] et parvulis. Moriantur una nobiscum[f], nec fiat aliquis ex eis superstes, ut non[g] glorientur de interitu nostro'. His auditis exterriti sunt animi Slavorum, nec ausi sunt aggredi quae animo conceperant. Vespere autem facto venit universus exercitus[h] Slavorum ante castrum Ylowe[i], et allocutus est Pribizlavus Slavos, qui erant in ea[i*]: 'Notum est omnibus vobis, quantae calamitates et pressurae apprehenderint[k] gentem nostram propter violentam[l] ducis potentiam, quam exercuit in nos, et tulit nobis hereditatem patrum nostrorum[1] et collocavit in omnibus terminis eius advenas, scilicet Flamingos et Hollandros[m], Saxones et Westfalos[n] atque nationes diversas. Hanc iniuriam zelatus est pater meus usque ad mortem, frater quoque[o] meus ob hoc ipsum vinculis eternis tenetur inclusus, et nemo remansit, qui cogitet bonum genti nostrae[2] aut velit suscitare ruinas eius, nisi ego solus. Revertimini igitur ad cor, o viri reliquiarum Slavici generis[p], et resumite audaciam et tradite michi urbem hanc et viros, qui iniuste occupaverunt eam, ut ulciscar in eos, sicut ultus sum in eos qui invaserant[q] Mikilenburg[r]'. Et cepit eos commonere super promisso. At illi negaverunt timore perterriti. Secesserunt ergo Slavi longius a castro, eo quod ingrueret nox, et castra metanda essent. Advertentes autem Slavi, quia Guncelinus[s] et qui cum eo sunt viri fortes sunt[t] et bellicosi, nec posse municionem capi sine maxima strage, primo diluculo recesserunt ab obsidione et reversi sunt ad loca sua. Guncelinus[s] igitur veluti torris

Febr. 18.

a) iuraverint 1. 1[a]. b) ergo *edd. L.* c) viri *bis script., prius delet.* 2. d) ni *e corr. in loco raso* 1. e) uxoribus 2. f) *seq.* Ecce fiat *delet.* 2. g) non *manu C superscr.* 1. h) slav. exerc. 2. i) ilowe 2. i*) *sic* 1. 2. *edd.* (*scil.* urbe, *cf. l.* 1. 2. 8). k) apprehenderunt 2. l) violenciam 2. m) Hollandos *R. B.* n) wastfalos 1. o) quoque *om. edd.* p) gen. slav. 2. q) invaserunt 2. r) Mikelenburg 1. s) Gunzelinus *h. l.* 1. *S fere semper.* t) fortes et bellic. sunt 2.

1) *Cf. p.* 191, *n.* 7. 2) 1. *Mach.* 14, 4: et quaesivit bona genti suae.

1164. (*Febr.*). erutus ab igne[a, 1], relicta Ylowe[b] et collocata illic Slavorum[c] custodia, transiit Zuerin[d], et letati sunt habitatores urbis de insperato adventu eius[2]. Auditum enim fuerat[e] pridie, quod interfectus fuisset ipse[f] et[g] viri eius pariter[3].

(3). De Bernone episcopo. Capitulum XCVIIII.

Febr. 22. Quinto igitur die, postquam percussa est Mikilenburg[h], descendit Berno venerabilis episcopus cum paucis clericis de Zuerin[i] tumulare interfectos, gestans in collo suo sacerdotalia indumenta, in quibus offerre mos est. Et figens altare in medio interfectorum obtulit pro eis hostiam salutarem[4] domino Deo cum luctu et tremore[5]. Quo iam sacrificium peragente surrexerunt Slavi de insidiis, ut percuterent pontificem et qui cum eo erant. Sed celeriter[k] missus a Deo supervenit quidam Reichardus[l] de Saltwidele[m] cum milicia. Hic audito, quia Guncelinus[n] obsessus esset Ylowe[b], egressus fuit ad auxilium ipsius[o] et iter faciens casu supervenit Mikilenburg[p], cum pontifex cum suis iam[q] in mortis esset articulo[r]. Cuius adventu territi Slavi fugierunt[s], et salvatus episcopus peregit opus pietatis et tumulavit de interfectis ad septuaginta corpora, et post haec reversus est Zuerin[i].

Post[t] non multum vero tempus Pribizlavus[u] collecta rursum[v] Slavorum manu venit Malacowe et Cuscin et allocutus est habitatores urbis dicens: 'Scio quidem vos esse viros fortes[w] et nobiles et obsecundantes imperio magni ducis, domini vestri. Volo igitur persuadere vobis quae sunt utilia. Reddite michi castrum, quod olim fuit patris mei et michi nunc hereditaria successione debetur, et ego exhiberi vobis faciam conductum usque ad ripas Albiae. Si quis eorum quae ad vos pertinent quic-

a) igni *L.* b) ilowe 2. *edd.* c) *ita* 1. 2. 3; militum *edd.* d) Zwerin 2. *L.* e) fuerunt *S.* f) et ipse 2. g) 7 (et) *manu C superscr.* 1. h) Mikelenburg 1. i) zwerin 2. k) sceleriter 1. l) richardus 1. 1[a]. m) Soltw *minio et maioribus litteris pictum* 2; *cf. supra p.* 175, *n.* c; Saltwedele *edd.* n) Gunzelinus *h. l.* 1. *S.* o) eius 1. 1[a]. *L.* p) Mikelenburg 1; Mikelinb. *S.* q) iam *om. S.* r) periculo 3. s) fugerunt *edd. L.* t) *littera maiuscula* P *minio picta in* 2; *ultimi quinternionis* 6 *foliis, scilicet* 1—3 *et* 8—10, *excisis sequentia inde a* Post non multum *usque* (ferve)bat *infra cap.* 105. *desunt* 1, *exstant* 1[a]. u) pribizlaus 1[a] *saepe.* v) rursus 2. w) fortes *om.* 1[a].

1) *Zach.* 3, 2: torris est erutus de igne. *L.* 2) *Eadem fere verba supra p.* 56, *l.* 30 *sq.* 3) *Cf. p.* 168, *n.* 2. 4) 2. *Mach.* 3, 32: obtulit pro salute viri hostiam salutarem. 5) *Tob.* 2, 5: cum luctu et tremore.

quam violenter attigerit, ego in duplo restitui faciam[1]. Quod si hanc condicionem optimam inutilem iudicaveritis, oportebit me rursum experiri fortunam meam et *congredi vobiscum. Mementote, quid contigerit habitantibus Mikilenburg, qui spreverunt condiciones pacis et provocaverunt me in suimet dampnum'. Tunc milites custodes presidii videntes non esse locum pugnae, eo quod hostes multi, auxiliarii vero essent pauci, impetraverunt conductum extra terminos Slaviae, et Pribizlavus[a] recepit castrum.

1164 (Febr.). *p. 90. cf. Matth. 9, 37.

Suspendium Wertezlai. Cap. C[b].

(4).

Audiens igitur Heinricus Leo dux labefactari res in Slavia contristatus est animo et misit interim[c] robur militum Zuerin[d] ad custodiendum eam. Et precepit Adolfo comiti et maioribus de Holzatia, ut transirent Ylowe[e] et essent tutamen castri. Post haec[f] congregavit exercitum grandem[g] et vocavit cognatum[h] suum Adelbertum, marchionem orientalis Slaviae, et omnes fortissimos tocius Saxoniae in auxilium, ut redderet Slavis malum quod fecerant. Sed et Waldemarum regem Danorum adduxit cum navali exercitu, ut vexaret eos terra marique[2]. Et occurrit Adolfus comes duci cum omni Nordalbingorum populo iuxta Malacowe. Dux vero, ubi transiit Albiam et attigit terminos Slavorum, fecit Wertizlavum[i] principem Slavorum suspendio interfici prope urbem Malacowe, eo quod pessundaverit[k] eum frater eius Pribizlavus[a] et prevaricatus fuerit promissiones pacis, quas pactus fuerat. Et precepit dux Adolfo comiti per nuntium dicens: 'Surge cum Holzatis et Sturmariis[l] et[m] cum omni populo, qui tecum est, et precedite ducem usque[n] in locum qui dicitur Viruchne. Idem facturus est Guncelinus prefectus terrae Obotritritorum et Reinoldus comes Thetmarsiae[o] et Christianus comes de Aldenburg, quae est in Amerland[p], terra Fresonum; hii omnes precedent tecum[q] cum armatorum numero, qui ad ipsos pertinent'. Tunc abiit[r] Adolfus

a) pribizlaus 1[a]; pribislavus 2. b) XCVIII. 1[a]. c) intri 2. d) zwerin 1[a]. 2. e) ilowe 2. *edd. L.* f) h[o] 1[a]. g) gravem 1[a]. h) 9gnatum 1[a]. 2. i) wertizlaum 1[a]; wertislavum 2. k) *sic* 1[a]. 2. *edd.* l) stormariis 1[a]. m) et *om.* 2. n) usque *om.* 1[a]. o) thetmarcie 1[a]. p) anerlant 2. q) te 1[a]. *R. B.* r) adiit 2.

1) *Cf. p.* 192, *l.* 6 *sqq.* 2) *Cf. Saxo Gramm., SS. XXIX, p.* 115 *sq.*

1164. comes[a] cum ceteris nobilibus, qui secum deputati fuerant iuxta imperium ducis, et venerunt in locum qui dicitur Viruchne[b] et distat ab urbe Dimin fere duobus miliaribus, et metati sunt illic castra. Porro dux et ceteri principes morati sunt in loco qui dicitur Malacowe[c], secuturus[d] post aliquot dies cum reliquo exercitu, cum veredariis ferentibus victualia, quae exercitui sufficerent copiose[e. 1]. Universus vero Slavorum exercitus consederat in urbe[f] Dimin. Fueruntque principes eorum Kazemarus[g] et Buggezlavus[h], duces Pomeranorum, et cum hiis Pribizlavus, auctor rebellionis, miseruntque nuntios[i] ad comitem, volentes[k] per eum admitti ad condiciones pacis, et promiserunt[l] tria milia marcarum. Rursum alios mittentes promiserunt duo milia. Et displicuit verbum hoc[2] comiti Adolfo, et dixit ad suos: 'Quid vobis videtur, o viri sapientes? Qui heri promiserunt tria milia marcarum, nunc offerunt duo milia. Verbum istud[m] non est querens pacem, sed adducens bellum'. Miserunt igitur Slavi noctu speculatores in castra explorare[n] statum exercitus. Aldenburgenses vero Slavi fuerant cum Adolfo comite, sed insidiose; nam quaecumque gerebantur in exercitu remandaverunt[o] hostibus per manus exploratorum. Dixerunt igitur[p] Adolfo comiti Marchradus[q] senior terrae Holzatorum et ceteri, qui intellexerant verbum absconditum[r. 3]: 'Auditu certissimo comperimus, quod hostes nostri preparent se ad bellum. Porro nostrates segnius agunt nec in vigiliis nec in custodiis debitam exhibent[s] diligentiam. Adhibe igitur cautionem populo, eo quod dux bene presumat de te'. Et dissimulavit comes ceterique nobiles et dixerunt: '*Pax et securitas*[4], emortua est enim virtus Slavorum'. Defecit igitur in exercitu custodia. Moram autem faciente duce defecerunt exercitui alimenta, et destinati sunt pueri, qui deberent ire[t] ad exercitum

a) comes adolfus 2. b) Biruchne 4. c) *nomen deest, spatio vacuo relicto* 2; Verthen 4. d) *sic codd. edd.* e) copiosa 1a. f) urbe que dicitur Dim. 2. g) kazemorus 1a; kazemar 2. h) buggezlaf 2. i) nuncium 2. *L.* k) volente 1a. l) promisserunt 1a. m) id (illud) 1a. n) ad explorandum 4. o) mandaverunt 2. p) ergo *edd. L.* q) marquardus 1a. r) abschonditum 2. s) *seq.* revereneiam *delet.* 1a. t) ire *bis script.* 1a.

1) *Iudith* 2, 8: cum his quae exercitibus sufficerent copiose. 2) *Cf. supra p.* 192, *n.* 6. 3) *Luc.* 18, 34: verbum istud absconditum. 4) 1. *Thess.* 5, 3: Cum enim dixerint: pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus.

1164. (Iul. 6).

ducis propter victualia afferenda. Quibus primo diluculo[1] iter aggressis, ecce in ascensu[a] clivi apparuerunt cunei Slavorum cum populo innumerabili tam equitum quam peditum. Quibus visis retorsere pedem pueri et 5 clamore valido[2] dormientem suscitavere exercitum. Alioquin omnes mortem[b] sompno copulassent[c]. Tunc viri illustres atque militares Adolfus atque Reinoldus[d] cum paucissimis Holzatensium atque Thetmarsiensium[e], qui forte sompno exciti maturius occurrerant[f], exceperunt 10 hostes in descensu clivi, et contrita est prima acies Slavorum[g] ab eis, et percusserunt eos usque[3] ad interiora stagni[4]. Quos e vestigio subsecuta secunda Slavorum acies operuit instar montium[5], et percussi sunt Adolfus comes et Reinoldus comes[h], et fortissimi quique ceciderunt. 15 Et obtinuerunt Slavi castra Saxonum et diripuerunt predas castrorum. Porro Guncelinus et Christianus[i] et cum eis amplius quam trecenti[k] milites conglobati in unum continebant se in latere pugnae ignorantes, quid agerent. Formidolosum[l] quippe erat con- 20 gredi cum tanto hoste, omnibus scilicet sociis aut interfectis *aut fuga[m] disiectis. Accidit igitur, ut cuneus quidam Slavorum veniret ad tabernaculum quoddam, ubi multi erant armigeri et equi plures. Quibus expugnandis cum valentius instarent, armigeri clamaverunt 25 ad dominos suos, quorum globus fuit e vicino: 'Quid statis, o fortissimi milites, et quare non succurritis servis vestris? Rem utique turpissimam agitis'. Qui concitati clamore servorum suorum insilierunt in hostes et quasi ceco furore pugnantes liberaverunt pueros suos. Deinde 30 castris fortius inmersi, difficile dictu est, quantos ictus

*p. 91.

a) assensu 2. b) mortem omnes 1a. c) cōpulassent 2. d) Reinnoldus 2. e) thetmarcieneium *corr.* thetmarsiensium 1a; thetmarsieneium 2; Thetmarsientium *S.* f) *ita* 1a. 2; accurrerant *edd. L.* g) Slavorum *om.* 2. h) comes *om.* 2; comes Rein. *edd. L.* i) Cristianus 2. k) trescenti, *praecedit* tescenti *delet.* 2. l) *seq.* 35 enim *delet.* 1a. m) in fugam *edd.*

1) *Die Iul.* 6; *v. Necrol. Luneburg. [Wedekind, 'Noten' III, p. 50], Mollenbecc. ['Archiv f. Gesch. und Altertumskunde Westfalens' V, quod tamen diem Iul. 5. dicit], Hildesheim. [Leibniz, SS. rer. Brunsvic. I, p. 765], Visbecc. [Böhmer, Fontes IV, p. 498]. L. Adolfum* 40 *comitem* octava sanctorum Petri et Pauli apostolorum, *i. e. Iul.* 6, *in ecclesia maiore Mindensi sepultum esse Hermannus de Lerbeke, Chron. comitum Schauenburg., Meibom., SS. rerum Germ. I, p.* 506, *perperam tradit.* 2) *Hebr.* 5, 7: cum clamore valido. 3) 1. *Reg.* 7, 11: percusserunt eos usque ad locum. 4) *Lacus dicti 'Kummerower See'.* 45 *Cf. supra p.* 122, *n.* 6. 5) *Cf. Osea* 10, 8: dicent montibus: 'Operite nos'.

1164. (Iul. 6). dederint vel quas[a] strages hominum fecerint, donec victrices illas Slavorum acies disicerent[b] et reciperent castra, quae perdiderant. Denique miscuit Deus Slavis spiritum vertiginis[1], et ceciderunt de manibus optimorum militum. Et audierunt Saxones, qui erant in latibulis, et egressi sunt et resumpta audacia fortiter infusi sunt hostibus et percusserunt eos attricione magna nimis[2], et repletus est campus ille acervis mortuorum[3]. Et venit dux festinanter[4], ut fieret suis presidio, et vidit ruinam, quae facta est in populo[5] suo, et quia mortuus est comes Adolfus et fortissimi quique, et resolutus est in lacrimas multas. Sed dolorem eius mitigavit copiosior victoria et cedes Slavorum maxima, qui ad duo milia et quingentos connumerati sunt. Precepit igitur dux corpus Adolfi comitis concidi frustatim[c] et assum condiri opere pigmentarii[6], quo posset circumferri[d] et patriis[e] inferri monumentis[7]. Et impletum[f] est vaticinium, quod cecinit pridie quam pateretur, sepissime reiterans versum: (Ps. 16, 3.) *Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.*

Slavi igitur, qui effugerant manus gladii, venerunt Dimin et succenso castro illo potentissimo transierunt ad interiora Pomeranae[g] regionis, fugientes a facie ducis. (Iul. 7?). Sequenti autem die[8] venit dux cum exercitu universo Dimin et repperit castrum exustum, et collocavit illic[h] partem exercitus, ut deponerent vallum et adequarent solo et ut essent presidio vulneratis, quibus opus erat cura. Ipse vero cum reliquo exercitu ivit in occursum Waldemari[i] regis. Et abierunt sociata manu, ut depopularentur latitudinem Pomeranae[k] regionis, et venerunt ad locum qui dicitur Stolpe[9]. Illic Kazemarus[l] et Buggezlavus[m] iam olim fundaverant[n] abbatiam in

a) quantas *edd.* b) disiacerent 1[a]. 2. c) frustratim 1[a]. 2. *S*, *alterum* r *delet.* 2. d) circumferre 1[a]. e) patris inferre *corr.* patriis inferri 1[a]; patris *edd.* f) repletum 1[a]. g) pomerani *vel* pomeram 2. h) ibi *edd.* i) woldemari 2. k) pomerani *corr.* pomerane 2. l) cazemar 2. m) buggezlaus 1[a]; buggezlaf 2; Buggezlafus *S.* n) fundaverunt 1[a].

1) *Is.* 19, 14: miscuit in medio eius spiritum vertiginis. 2) *Num.* 11, 33: percussit eum plaga magna nimis. 3) *Cf. de hac pugna Ann. Palid., SS. XVI, p.* 93, *qui et ipsi securitatem exercitui neglegentiam generasse dicunt; Albertum Stad., ibidem p.* 345; *Ann. Egmund., ibid. p.* 463; *Saxonem Gramm. l. l.* 4) *Eodem, ut videtur, die. Cf. infra l.* 23. 5) 1. *Reg.* 4, 17: et ruina magna facta est in populo. 6) *Exod.* 37, 29: opere pigmentarii. 7) *Similia referunt Ann. Egmund. l. l. L.* 8) *Cf. n.* 4. 9) *Cf. Saxonem Gramm. l. l., qui tamen reges ibi demum convenisse tradit.*

memoriam patris sui Wertizlavi[a], qui ibidem et occisus[1] 1164. et sepultus est. Ille primus inter duces Pomeranorum conversus est ad fidem per manus sanctissimi[b] Ottonis Bavenbergensis episcopi, et ipse fundavit episcopatum 5 Uznam[c] et admisit cultum Christianae religionis in terram Pomeranorum[2]. Illuc igitur pervenit exercitus ducis, *et non erat qui resisteret*[3]. Slavi enim semper[d] ultra progredientes diffugiebant a facie ducis, nusquam ausi[e] subsistere pre formidine faciei eius. (1. Mach. 14, 7.)

10 Sepultura[f] Adolfi comitis. Cap. CI. (5).

In diebus illis venit nuntius in terram[g] Slavorum, (Ind.). qui diceret duci: 'Ecce legatus regis Greciae[4] cum multo comitatu venit Bruneswich[h] loqui tibi[i]'. Ad hunc audiendum dux egressus est Slaviam, omisso[k] exercitu 15 et[l] prosperis expedicionis[m] successibus. Alioquin propter recentem[n] victoriam et impetum faventis fortunae omne robur Slavorum consumpsisset usque in finem et fecisset terrae[o] Pomeranorum, sicut fecit terrae Obotritorum. Omnis igitur terra Obotritorum et finitimae regiones, 20 quae pertinent ad regnum Obotritorum, assiduis bellis, maxime vero hoc novissimo bello tota in solitudinem redacta est[5], Domino scilicet favente et dexteram piissimi ducis semper[p] confortante[6]. Si[q] quae Slavorum extremae remanserant reliquiae, propter annonae penuriam 25 et agrorum desolaciones tanta inedia confecti sunt, ut[r] congregatim ad Pomeranos sive ad Danos fugere[s] cogerentur, quos illi nichil miserantes Polanis[t], Sorabis atque Boemis vendiderunt.

Postquam igitur dux exiens Slaviam[u] dimisit exer- 30 citum, unumquemque in sua[7], corpus Adolfi comitis per-

a) wertislaui 2. b) sancti *R. B.* c) usnam 1a. d) propter 1a. e) amplius 1a. f) Sepulcrum *L.* g) terra 1a. h) Brunswich *edd.* i) qui tibi *alia manu in spatio vacuo supplet.* 1a; tibi loqui, tibi *eadem manu in marg. supplet.* 2. k) obmisso 1a. l) et *om.* 1a. m) expediciore, ciore *alia manu supplet.* 1a; ex- 35 peditus *S;* expeditionis expeditus *R. B.* n) propter comitis mortem importunam convocata fortitudine omne *edd.* o) fecisset terram Pomeranorum socios Obotritorum *S. (R).* p) semper *om. edd.* q) S3 (Sed) 1a. r) i (in) 1a. s) confugere *edd.* t) Polonis 1a. *edd.* u) Slavia *edd. L.*

1) *Circa a.* 1134; *cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 577. 715; 40 *Hauck, 'KG. Deutschlands' IV, p.* 587. 2) *Cf. supra I,* 40. [*p.* 83]. *L.* 3) *Similiter saepe in Vulg.* 4) *Manuelis Comneni. L.* 5) *Ier.* 50, 13: redigetur tota in solitudinem. 6) *Eadem fere verba supra I,* 10, *p.* 23. *ex Adam. II,* 2. 7) 1. *Mach.* 11, 38: dimisit . . exercitum . . unumquemque in locum suum.

1164. latum est Mindin ibique sancta devocione reconditum[1]. Cometiam vero tenuit Machtildis[a] vidua eius cum filio tenello[2]. Et inmutata est facies terrae huius, eo quod iusticia et quies ecclesiarum sublato bono patrono penitus infirmata videretur. Ipso enim superstite clero nichil durum, nichil asperum videbatur. Tantus erat fide, bonitate, prudentia atque consilio, ut universis videretur constructus virtutibus. Hic unus de bellatoribus Domini et certe non infimus in funiculo sortis suae[3] utilis inventus est, exstirpans[b] ydolatriae super*sticiones et faciens opus novae plantacionis, quod fructificet in salutem. Novissime[c] peracto boni itineris cursu[4] pervenit ad palmam portansque vexilla in castris Domini stetit pro defensione patriae et fide principum usque ad mortem. Rogatus, ut vitae consuleret fugae compendio, vehementer detestatus est, manibus pugnans et voce Deum[d] orans[5] mortem libenter excepit ob virtutis amorem. Huius emulacione instigati illustres viri et optimi ducis boni satellites, Guncelinus atque Bernhardus[e, 6], quorum unus Zuerin, alter Racesburg[f] preerat, fecerunt et ipsi opus[g] bonum, in funiculo partis suae bellantes prelia Domini, ut suscitaretur cultus domus[7] Dei nostri in gente incredula et ydolatra.

cf. Dan. 3, 19. 10, 8. — *p. 92.

(6). Restauratio Dimin. Cap. CII[h].

Pribizlavus igitur[i], rebellionis auctor, paternae hereditatis factus extorris consistebat[k] apud duces Pomeranorum Kazemarum atque Buggezlavum[l], ceperuntque reedificare Dimin. Inde frequenter exiens Pribizlavus[m]

a) machildis 1a; Mechtildis *R. B.* b) extirpans 1a, *edd.* c) Novissimo 1a. d) Dominum *edd. L.* e) benhardus 2. f) racisburg 1a. g) opus *om.* 2. h) *nulla capituli distinctio in* 2. i) ergo *edd. L.* k) conscistebat 2. l) buggezlaum 1a; Buggeslavum *edd. L.* m) pribizlaus 1a.

1) *Cf. Ann. Egmund. supra laudatos. L.* 2) *Adolfo III.* 3) *Cf. Micha* 2, 5: Erit tibi mittens funiculum sortis in coetu Domini. 4) peracto — cursu *iam supra p.* 20, *l.* 35. *ex Adam. I,* 64; *cf.* 1. *Tim.* 6, 12. 2. *Tim.* 4, 7. 5) 2. *Mach.* 15, 27: Manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes. 6) *Ergo pater eius Heinricus, quem Saxo l. l. p.* 115. *huic pugnae interfuisse contendit, tunc iam mortuus fuisse vel ipso tempore mortem obiisse videtur, quamquam Saxo p.* 121. *eum et rebus a.* 1167. *interfuisse tradat; ultimum subscripsit tabulae a.* 1164. *Iul.* 12. *datae, 'Lübeck. UB.' II,* 1, *nr.* 6; *cf. Kobbe, 'Gesch. und Landesbeschreibung des Herzogtums Lauenburg' I, p.* 150, *n.* 2; *supra p.* 179, *n.* 2. 7) *Cf. supra, p.* 39, *n.* 6.

1161—1166?

per insidias percutiebat fines Zuerin[a] atque Racesburg[b] et tulit captionem multam tam de hominibus quam de iumentis. Cuius exitum observantes Guncelinus atque Bernhardus pugnabant et ipsi de insidiis, et commissa 5 creberrima pugna semper meliores inventi sunt, quousque perditis fortioribus viris et equis Pribizlavus[c] nil[d] iam posset moliri. Et dixerunt ad eum Kazemarus[e] et Buggezlavus: 'Si tibi placet habitare nobiscum et uti diversorio[1] nostro, cave, ne offendas oculos virorum 10 ducis[2], alioquin propellemus te de[f] finibus nostris. Iam pridem enim[g] duxisti nos[3], ubi percussi[h] sumus attricione maxima et perdidimus viros et urbes meliores, nec hiis contentus iteratam super nos inducere vis principis iram?' Et cohibitus est Pribizlaus[i] ab insania sua. 15 Humiliatae[k] igitur sunt[l] vires[m] Slavorum, nec ausi sunt mutire[4] pre formidine ducis.

1166? Et habuit dux pacem cum Waldemaro[n] rege Danorum, et celebraverunt colloquia ad Egderam[o, 5] sive Lubike[p] pro commodis utriusque terrae[6]. Et dedit rex 20 duci pecuniam magnam, eo quod pacarentur termini eius per ipsum a vastacione Slavorum. Et ceperunt inhabitari omnes insulae maris, quae ad regnum pertinent Danorum[q], eo quod pirata defecisset, et confractae sint naves predonum. Et inierunt pactum rex et dux, ut, 25 quascumque gentes terra marique subiugassent, tributa socialiter partirentur.

Et increvit ducis potestas super omnes qui fuerunt ante eum, et factus est princeps principum terrae, et *cf. Apoc. 1, 5.* conculcavit colla rebellium et effregit municiones eorum 30 et perdidit viros desertores[7] et fecit pacem in terra et edificavit municiones firmissimas[r] et possedit hereditatem multam nimis. Preter hereditatem enim magnorum

a) Suerin 2. b) racisburg 1a. c) pribizlaus 1a. d) nihil *R. B. L.* e) Kacemarus 2. f) de *om.* 1a. g) enim pridem 1a; dudum enim *edd.* h) contriti sumus contritione *edd.* i) *ita codd. h. l.;* Pribezlauus *S. R.* k) *littera maiuscula* H *minio picta novus versus coeptus est in* 2. l) sunt igitur 2. *L.* m) urbes 1a. n) woldemaro 2. o) Egderam *edd. L.* p) lubeke 2. q) Dan. pert. 2. r) fortissimas 2.

1) *Iudic.* 18, 3: utentesque illius diversorio. 2) 1. *Reg.* 29, 7: non offendas oculos satraparum. *L.* 3) *Scil. a.* 1164, *supra p.* 196. 4) *Ios.* 10, 21: nullusque . . mutire ausus est. *L. Cf. Terent., Andria* 3, 2, 25. 5) *A.* 1167. *hoc factum esse tradit Saxo l. l. p.* 121, *quod vix credi potest; cf. Philippson, 'Heinrich der Löwe' II, App.* 6a. *Quae exposuit Breska, 'Forschungen' p.* 581. (589 *sqq.*), *G. Waitz, SS. XXIX, p.* 121, *n.* 4, *iure in dubium vocasse videtur. Cf. Wigger, 'Mecklenb. Jahrb.' XXVIII, p.* 156, *n.* 1. 6) *Paene eadem verba supra p.* 137, *l.* 10 *sq.* 7) 1. *Mach.* 7, 24: viros desertores. *L.*

1166. progenitorum, Lotharii cesaris et coniugis eius Richenzen[a] multorumque ducum Bawariae atque[b] Saxoniae, accesserunt ei nichilominus multorum principum possessiones, ut fuit Heremannus[c] de Winceburg[d. 1], Sifridus[e] de Hammemburg[2], Otto de Asle[f. 3] et alii, quorum 5 mentio excidit. Quid dicam de amplissima potestate Hartwici archiepiscopi, qui de antiqua Udonum prosapia descendit? Nobile illud castrum Stadhen[g] cum omni attinentia sua, cum cometia utriusque ripae[4] et cometia Thetmarsiae[h] vivente adhuc episcopo[5] obtinuit, quaedam 10 quidem[i] hereditario iure, quaedam beneficiali; extenditque manum in Fresiam et admovit eis exercitum, et dederunt ei pro suimet redemptione quod postulati fuissent[6].

(7). Invidia principum de gloria ducis. Cap. CIII. 15

Sed quia gloria parit invidiam[7], et quia nil durabile in rebus humanis, tantam viri gloriam zelati sunt omnes principes Saxoniae. Ille enim inmensis diviciis locuples, clarus victoriis et propter geminum Bawariae et Saxoniae principatum[k] sublimis in gloria sua, omni- 20 bus Saxoniae tam principibus quam nobilibus inportabilis visus est. Sed manus principum formido cesaris continuit, ne concepta molimina transferrent in effectum. 1166. (Oct.). Postquam autem cesar quartam profectionem paravit in Italiam[l], et oportunitatem tempus adduxit, statim in- 25 veterata conspiracio processit in publicum[8], et *facta* *est *coniuracio valida* omnium contra unum[9]. Fueruntque *p. 93.

cf. Eccli. 9, 16. — 2. Reg. 15, 12.

a) richezen 1a; rechenzen 2. b) et 1a. c) he'ma9 1a. d) wiceburg 2; Wittimburg 4; Winzeburg *edd. L.* e) Siffridus 2. f) aese 1a. g) Staden *edd.* h) thetmarcie 1a; Thetmarsciae *edd. L.* i) vero 1a. k) ducatum 1a; *cf. supra* 30 *p.* 106, *n.* 1. l) Ytaliam 1a.

1) *V. supra I,* 73, *p.* 139. *L.* 2) *De hereditate Sifridi comitis de Bomeneburg a.* 1144. *defuncti vide v. Uslar-Gleichen, 'Geschichte der Grafen von Winzenburg' p.* 138 *sq.* 142 *sqq.* 3) *Otto comes de Asle subscripsit a.* 1170. *tabulae 'Mecklenb. UB.' I, nr.* 92. 35 *Vide de eo v. Uslar-Gleichen l. l. p.* 248 *sqq.* 4) *De cometia dicta Stadensi vide Dehio, 'Hartwich von Stade' l. l., App. I.* 5) *A.* 1145; *cf. Dehio, 'Gesch. des Erzbistums Hamburg-Bremen' II, p.* 55. 6) *Cf. supra I,* 68, *p.* 129. 7) *Sallust, Iug. c.* 55: post gloriam invidiam sequi; *cf. Adam III, c.* 46. 8) *Circa finem a.* 1166; *v. Ann.* 40 *Reichersperg. a.* 1166, *SS. XVII, p.* 475. 9) *De rebus sequentibus Helm. optimus auctor est; cf. praeterea Ann. Palid. saepe dictos, Albertum Stad., SS. XVI, p.* 345 *sq., Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p.* 152 *sq., Chron. regiam Colon., SS. rer. Germ. p.* 119 *sq., alios.*

inter eos primi Wichmannus[a] Magdeburgensis archiepiscopus[b], Heremannus[c] Hildensemensis episcopus[1]. Post hos fuerunt principes hii: Lodewicus[d] provincialis comes Thuringiae, Adelbertus marchio de Saltwedele[e] et filii[f] eius, Otto marchio[g] de Camburg[2] et fratres eius, Adelbertus palatinus comes de Someresburg. Hos adiuverunt nobiles hii: Otto de Asle, Wedekindus de Dasenburg[h, 3], Christianus[i] de Aldenburg, quae est in Amerland. Super hos omnes prepotens ille Reinoldus[k] Coloniensis archiepiscopus et cancellarius[l] imperii insidiatus est duci, facie quidem absens et in Italia positus, sed totus[m] consilio[n] expugnacioni[o] ducis intentus[4]. Tunc principes qui erant in orientali Saxonia cum Thuringorum principe Lodewico obsederunt municionem ducis quae vocatur Aldeslef[p, 5] *et fecerunt contra eam*[q] *machinas multas*. Porro Christianus comes de Amerland collecta Fresonum manu[6] occupavit Bremam et omnes fines eius et fecit motum magnum[7] in occidentali regione. Videns igitur dux, quia consurgunt undique bella, cepit communire civitates et castra et ponere custodias[r] militum in locis oportunis[8]. In tempore illo cometiam Holzatiae, Sturmariae atque Wagirae administrabat vidua Adolfi comitis cum filio adhuc tenello[9]. Propter consurgentes autem motus bellorum[s] posuit dux puero tutorem, qui preesset armis, Heinricum[t] comitem, Thuringia natum[u, 10], avunculum pueri, virum scilicet impatientem ocii et totum armis deditum. Communicato quoque fidelium suorum consilio[n] Pribizlavum principem Slavorum[11],

1166.

1167.

1. Mach. 11, 20.

a) Wigmannus Magedeb. 1a. b) episcopus *edd.* c) he'ma9 1a; Hermannus *edd.* d) Lodewichus 1a. e) saltwede 1a; *spatium nomini minio inserendo vacat* 2, *cf. supra p.* 194, *n.* m; Soltwedele *R. B. L.* f) *ita* 1a. *edd.;* filius 2. *L.* g) marchio *alia manu superscr.* 2. h) *sic edd.;* daseborg 1a; daseburg 2. i) Cristianus 2. k) reinnoldus 2. l) cancelarius 1a. m) totus *om.* 2. n) concilio 1a. o) expugnacione *corr.* expugnacioni 2. p) adelef 1a; aldesleff 2. q) cum 2. r) *seq.* insidias *delet.* 1a. s) bellorum motus *edd. L.* t) Henricum *R. B. L.* u) natum *om.* 1a.

1) *Cf. Cron. S. Petri Erford. mod., Mon. Erphesfurt. p.* 185. 2) *Marchio Misnensis; vide Böttiger, 'Heinrich der Löwe' p.* 242, *n.* 262. *L.* 3) *Dasenburg, castrum dirutum prope fluvium Diemel. De Wedekindo v. Jaffé, Mon. Corbei. p.* (578). 595. *et omnino Wigand, 'Archiv' I,* 2, *p.* 25 *sq. et infra c.* 11. *L.* 4) *Cf. Ficker, 'Rainald von Dassel' p.* 97 *sqq.* 5) Castrum quod vocabatur Vetus Haldesleve *Chron. Montis Sereni a.* 1167. 6) *Cf. Albert. Stad. a.* 1167. *L.* 7) *Cf.* 1. *Mach.* 13, 44 *(Matth.* 8, 24*):* Et factus est motus magnus. 8) *Bruneswich e. gr. Vide Albert. Stad.* 9) *Cf. supra p.* 200, *l.* 2. 3. 10) Henricus comes de Suarzeburg (Suarzburch *etc.*) *subscripsit tabulis 'UB. des Bistums Lübeck' I, nr.* 4. 6. *etc., qui videtur esse hic ab Helm. dictus. Cf. Arnold. Lubec. II,* 6, *SS. XXI, p.* 130: *infra p.* 210, *n.* 5. 11) *In tabulis a.* 1171 *sqq. dicitur princeps de Mikelenburg vel de Kizin, 'Mecklenburg. UB.' I, nr.* 100. 101. 113. *L.*

1167. quem multis, ut supradictum est, preliis expulerat provincia, admisit in gratiam et reddidit ei omnem hereditatem patris sui, terram scilicet Obotritorum, preter Zuerin[a] et attinentia eius. Et fecit Pribizlavus[b] duci et amicis eius securitatem fidelitatis, nulla deinceps bellorum tempestate corrumpendam, stare scilicet ad mandatum ipsius et observare oculos amicorum eius absque omni offensione.

(8). Depredatio Bremensium. Cap. CIIII.

Tunc congregavit dux exercitum grandem et intravit orientalem Saxoniam, ut pugnaret cum inimicis suis in medio terrae[1] ipsius. Et viderunt, quia venit cum manu forti[2], et timuerunt occurrere illi. *Et fecit plagam magnam in terra* hostili et vastavit eam incendiis et depredacionibus[c] et pervagatus est terram[3] usque ad muros Magdeburg[d]. Deinde[4] convertit exercitum in occidentales partes, ut comprimeret tumultum Christiani[e] comitis, et improvisus venit Bremam et cepit eam. Et[f] fugit Christianus[e] comes in abditas Fresiae paludes. Et irrupit dux Bremam et depredatus est eam. Et transfugerunt[g] cives eius in paludes, eo quod peccassent adversus ducem et iurassent[h] Christiano[e], et posuit eos dux in proscriptionem, quousque interventu archiepiscopi mille et[i] eo amplius marcis argenti pacem indempti[k] sunt[5]. Christianus[e] autem comes post paucos dies mortuus est[6], et sopita sunt mala rebellionis eius molimine suscepta.

1. Mach. 13, 32.

Grassantibus[l] igitur usquequaque civilibus bellis Hartwicus[m] archiepiscopus decreverat apud se declinare tumultum consurgentis belli et sedit Hammemburg solitarius[7] et quietus, structuris claustralibus et ceteris ecclesiae suae commodis intentus. Tunc Coloniensis archiepiscopus ceterique principum mandaverunt ei per scripta[n],

a) Suerin 2. b) pribizlaus 1a; pribislauus 2. c) rapinis 3. d) magedeburg 1a. e) Cristian. 2. f) Tunc *edd. L.* g) transfugierunt 2. h) iurasset 2. i) i eo *eadem manu corr.* et eo 2. k) indepti 1a. *Ranzovianus (?), de quo cf. praefationem nostram; cf. supra p. 76, l. 31. et saepius.* l) *littera maiuscula* G *minio picta, novo versu coepto in* 2. m) hartwichus 1a; Hartwigus *S.* n) litteras *edd.*

1) in medio terrae *saepe in Vulg.* 2) in manu forti *saepissime in Biblia.* 3) *Cf.* 4. *Reg.* 17, 5: Pervagatusque est omnem terram. 4) *Indutiae tunc factae sunt.* 5) *Cf. supra p.* 76, *n.* 8. *L.* 6) *Cf. Albert. Stad. l. l. p.* 346. *L.* 7) *Thren.* 3, 28: sedebit solitarius et tacebit: *Adam III,* 54: sedit . . solitarius et quietus.

ut revocaret ad cor omnes pressuras, quibus attrivisset 1167. eum dux: nunc[a] tandem venisse tempus, quo possit[b] auxilio principum recuperare statum honoris sui, patere sibi urbem Stadhen[c] et ereptam cometiam, si manus principum adiuverit. Hartwicus igitur archiepiscopus, multis experimentis edoctus fortunatum semper[d] in preliis ducem esse, ambiguam quoque principibus inesse fidem et se *huiusmodi sponsionibus sepe delusum, fluctuare cepit animo[1]. Provocabat [quidem[e]] eum recuperandi honoris cupido, sed deterrebat eum sepe comperta mobilitas principum. Herebat interim superficies amiciciarum, et[f] pax sonabat[2] in verbis. Verumtamen[g] castra sua Vriburg[h] et Horeburg[i] communire cepit archiepiscopus et congessit illic apparatum armorum et escarum, quae[k] sufficerent in menses et annos.

*p. 94.

Expulsio Conradi episcopi. Cap. CV. (9).

Circa hos dies Conradus Lubicensis ecclesiae episcopus morabatur apud archiepiscopum, et pendebat in ipso summa consilii[3]. Et perlatum est ad ducem, quia non sentiret[4] *ea quae pacis sunt*, sed quae ad destructionem ducis, et quia suggerit archiepiscopo, ut transeat ad principes et rescindat amicicias, quas pepigerat cum duce. Volens igitur dux rem certius nosse vocavit eum ad colloquium Ertheneburg. At ille declinans[l] iram potentis declinavit in Fresiam veluti fungens legacione archiepiscopi. Quem demum redeuntem dux secundo vocavit. Conductu igitur[m] domni archiepiscopi et domni Bernonis Magnipolitani occurrit duci apud Stadhen[n] auditurus verbum eius. Et convenit eum dux super hiis quae ad ipsum perlata[o] fuerant, qualiter scilicet verbis malis derogaverit honori suo et dederit consilium adversus eum in malum. Affirmat episcopus se nichil horum recognoscere. Multis ergo[p] verbis hinc et inde habitis cupiens[q] dux convulsas[5] amicicias[r] resarcire[s] et

Luc. 14, 32.

a) *seq.* autem *delet.* 2. b) posset 2. c) stathen 1[a]. *edd.* d) super *corr.* seper 2. e) quidem *solum habet* 4. f) sed 1[a]. g) Verumptamen 2 *saepius.* h) Vriborg 1[a]. *edd.* i) hoeborg 1[a]. *(edd.).* k) qui 1[a]. 2. l) male suspicans iram 4. m) ergo *edd. L.* n) stathen 1[a]. *S.* o) perlata ad ipsum 1[a]. p) igitur 1[a]. q) cupiens dux *om.* 1[a]. r) *seq.* reserare *delet.* 2. s) resercire 1[a].

1) *Ita et supra p.* 29, *l.* 14. *ex Verg. Aen. X,* 680. 2) *Adam III,* 33: lingua . . pacem sonare videretur. 3) *Cf. Adam II,* 9. *III,* 33. *L.* 4) *Cf. supra p.* 97, *n.* 7. *L.* 5) *Similiter supra I,* 66. *in.*

1167. episcopum iam olim sibi dilectum tenacius colligere, cepit ab eo familiariter exigere hominii debitum, quod sibi imperiali donacione permissum in superioribus[1] ostensum est, in hiis videlicet Slavorum provinciis, quas ipse iure belli in clipeo suo et gladio possederat[2]. Ad huius propositionis verbum vir magnanimus resiliit, dicens modicam esse stipem[a] ecclesiae suae, nunquam se huius intuitu libertatem suam occupaturum aut cuiuslibet potestati submissurum. E converso proponit dux omnino aut loco cedere aut propositis parere[b]. Cumque fixus in sententia maneret[3] episcopus, precepit dux obcludi ei introitum parrochiae suae et omnes reditus episcopales tolli. Post discessum igitur[c] ducis locutus est archiepiscopus ad Conradum episcopum: 'Existimo, quod non sit cautum vobis consistere apud nos propter satellites ducis, in quorum medio sumus. Quin pocius consulite honori nostro[d] et saluti vestrae[e] et transite ad Magdeburgensem[f] archiepiscopum[4] et[g] principes, ut possitis evadere manus inimicorum vestrorum. Ego quoque post paucos dies prosequar vos et peregrinabor cum peregrinante'. Et fecit iuxta consilium archiepiscopi et transiit ad Magdeburgensem[f] archiepiscopum et mansit apud eum ferme duobus annis[5]. Inde abiens in Franciam visitavit Cisterciense[h] concilium[i] et reconciliatus est Alexandro[k] papae per manus Papiensis episcopi[6], qui fuit partium Alexandri[k] et eiectus de sede sua morabatur in Clara-valle. Deditque pontifici in mandatis, ut prebita sibi facultate aut ipse iret ad Alexandrum[k] aut legatum dirigeret. Hiis ita peractis reversus est

a) stirpem 2. b) patere 2. c) ergo *edd. L.* d) *sic* 2. *edd.;* v̄ro (vestro) 1a. e) *sic* 1a. *edd.;* n̄re (nostre) 2. f) magedeburgensem 1a. g) et — magedeburgensem archiepiscopum *in marg. inferiore eadem manu supplet.* 1a. h) cistersiense 1a. i) consilium et reconsiliatus 2. k) allex. 1a.

1) *I, c.* 88. (87), *p.* 173. 2) *Cf. ibidem l.* 16 *sq. L.* 3) *Verg. Aen. II,* 650: fixusque manebat. 4) *Wichmannum.* 5) *Multo minore tempore, cum Hartwicus, quem reversus virum Magdeburg vidisse et quocum multis diebus moratus esse infra dicitur, iam a.* 1168. *Oct.* 11. *mortuus sit.* 6) *Petrus et Ysirus vel Syrus occurrunt his annis episcopi Papienses, alter e. gr. St. nr.* 3967. *a.* 1163; *cf. Marronus, De ecclesia et episcopis Papiensibus (Romae* 1767) *p.* 42 *sq.; Capsoni, 'Origine . . della chiesa Pavese' (Pavia* 1769), *'Serie . . . de' veschovi'. Quidam Papiensis episcopus fuit a.* 1163. *legatus Alexandri III. papae ad Fridericum imperatorem, Sudendorf, Registrum I, p.* 67. *Uter eorum hic eiectus fuerit — nisi Helm. omnino in nomine erravit —, non satis apparere censeo. Aliter Giesebrecht, 'DKZ.' V, p.* 234. 376 *sq.* 611. *VI, p.* 483.

Magdeburg[a] et invenit illic[b] Hartwicum Hammemburgensem archiepiscopum — nam et ipse loco cesserat —, et manserunt apud Magdeburgensem[c] archiepiscopum diebus multis. 1167 68.

Verumtamen milites Hartwici archiepiscopi, qui erant in castris Horeburg[d] et Vriborg[e], faciebant frequentes excursus et faciebant incendia et predas in possessionibus ducis. Quam ob rem dux transmissa milicia occupavit Vriborg[e] et fregit munimenta eius et adequavit eam solo et fecit tolli omnes reditus episcopales, non reliquit ex eis parvas reliquias[1]. Soli qui erant in castro Horeburg[f] continuerunt se usque ad reditum archiepiscopi, eo quod locus esset munitus propter paludosas voragines. Fervebat[g] autem sedicionum seva tempestas per omnem Saxoniam, contendentibus scilicet universis principibus adversus ducem, et factae sunt captiones militum et demembraciones et eversiones urbium atque domorum et incendia civitatum. Et addita[h] est Goslaria principibus. Et precepit dux custodiri vias, ne quis frumentum induceret Goslariae, et esurierunt[i] valde.

Intronizacio Calixti papae[2]. Capitulum CVI. (10).

In diebus illis Fretherícus imperator morabatur in Italia, et contritae sunt rebelliones Longobardorum[k] a formidine[l] virtutis eius, et effregit civitates multas populosas[m] atque munitas, et[n] abusus est Longobardia[o] supra reges qui fuerunt ante eum[3] diebus multis. Et convertit faciem suam, ut iret Romam ad fugandum Alexandrum et statuendum Calixtum[4]. Paschalis enim brevi tempore vivens defunctus erat. Cesar igitur obsidens Ianuam[5], quae fuerat partium Alexandri, premisit Reinoldum[p] Coloniensem et Christianum Mogontinum et partem exercitus iussit preire Romam. Et venerunt 1167. *p. 95.

a) magedeburg 1[a]. b) ibi *edd. L.* c) magedeburgensem 1[a]. d) Horeborg *edd. L.* e) Friborg 1[a]. *edd.* f) horeborg 1[a]. g) *in syllaba* bat *pergit cod.* 1. h) ddita *manu C in spatio vacuo supplet.* 1. i) surierunt *manu C corr.* esurierunt 1. k) longabardorum 2. l) fortitudine 2. m) populosasque, *sed* que *videtur delet.* 2. n) et — diebus multis *om. S. (R).* o) longabardia 2. p) reinnold. 2.

1) *Ios.* 10, 28: non dimisit in ea saltem parvas reliquias; *cf. supra p.* 131, *n.* 4. 2) *In toto hoc capite Helm. Calixtum nominat loco antecessoris Paschalis III. L.* 3) 3. *Reg.* 16, 33: super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eum. 4) *Rectius Paschalem III, qui obiit a.* 1168. *Sept.* 20. *L.* 5) *Anconam potius. L.*

1167. (Maii 29). Thusculanum[a], quae non longe est a Roma. Quorum introitu comperto Romani exierunt cum inmenso exercitu pugnaturi propter Alexandrum, et egressus Reinoldus[b] et Teutonicus[c] miles pugnaverunt pauci contra innumeros et obtinuerunt Romanos et percusserunt ex eis 5 ad duodecim milia et persecuti sunt fugientes usque ad portas Urbis[d]. Et corrupta est terra[1] propter cadavera occisorum, et permanserunt mulieres Romanorum viduae in annos multos, eo quod defecissent viri habitatores Urbis[2]. Ipsa die, qua haec gesta sunt Romae, pugnavit 10 cesar cum Ianuanis et obtinuit victoriam, compos effectus civitatis[3]. Et assumpto exercitu abiit Romam et invenit Reinoldum[b] et exercitum, quem premiserat, letantem de salute suimet et de ruina Romanorum[e]. Et admovit[f] exercitum, ut caperet Romam, et obpugnavit domum 15 beati Petri, quia presidium Romanorum illic erat, et iussit ignem portis inmitti et abegit Romanos a turribus per vaporem fumi. Et obtinuit templum et replevit edem interfectis[4]. Et intronizavit Calixtum in cathedram Aug. 1. et egit illic celebritatem beati Petri ad vincula. Ad- 20 movitque[g] manum Lateranensibus, ut destrueret eos, dederuntque ei pro vita simul et civitate quicquid[h] postulati fuissent[5]. Coacti, ut comprehenderent Alexandrum, non prevaluerunt, eo quod noctu fugam inisset. Et accepit filios nobilium obsides[6], ut de cetero obe- 25 dientes essent Calixto fide irreprehensa.

Secuta est hos cesaris prosperos eventus repentina calamitas[7]. Tanta enim pestilentia subito Romam invasit, ut infra paucos dies universi pene interirent. Aug. Mense enim Augusto pestiferae nebulae in partibus illis 30 consurgere dicuntur. Mortui sunt ea pestilentia Reinoldus[b] Coloniensis[8], Heremannus Verdensis[9], qui erant

a) thuscuslanum 2; Tusculum *R. B.* b) reinnold. 2. c) teutunicus 2. d) urbis *manu C in marg. supplet.* 1. e) romonarum 1. f) admonuit, n *expuncto corr.* admouit 1. g) Admonuitque, n *expuncto corr.* 1. h) quitquid 1. 35

1) *Exod.* 8, 24: corruptaque est terra; *Gen.* 6, 11: corrupta est autem terra. 2) *Cf. App. ad Rahewini Gesta Frid. imp., SS. rer. Germ. ed.* 2. *p.* 279: In Urbe pestis eadem desevit adeo, ut dicebatur, quod mulieres maritis viduate ab exteris civitatibus expetere conubia cogerentur. 3) *Neque eodem die (Maii* 29*) imperatorem Anconam* 40 *in deditionem accepisse neque eodem die eum contra Anconitanos pugnasse alibi relatum est.* 4) *Cf. supra p.* 78, *l.* 29 *sq. et p.* 79, *l.* 21 *sq.* 5) *Similiter supra p.* 202, *l.* 13 *sq. et n.* 6. 6) 1. *Mach.* 9, 53. 11, 62: Et accepit filios principum regionis (eorum) obsides. 7) *Prov.* 1, 27: repentina calamitas; *cf. supra p.* 191, *n.* 3. 8) *Die Aug.* 14. *L.* 45 9) *Die Aug.* 11. *L.*

duces[a] consilii; preterea nobilissimus adolescens[b], filius Conradi regis[1], qui duxerat unicam filiam Heinrici ducis nostri, insuper multi episcopi, principes et nobiles ipso tempore interierunt. Cesar cum residuo exercitu reversus est in Longobardiam. Illic positus audivit motum, qui fuit in Saxonia, et missa legacione[2] frequentibus induciis surgentem repressit[c] sedicionem, quousque[d] preteriret tempus, et ipse liberaretur ab expedicione Italica[e]. — 1167.

In tempore dierum illorum misit Heinricus dux Bawariae et Saxoniae legatos in Angliam, et adduxerunt filiam regis Angliae cum argento[f] et auro et diviciis magnis, et accepit eam dux in uxorem[3]. Separatus enim fuerat a priore coniuge domna Clementia propter cognacionis[g] titulum[4]. Habuit autem ex ea filiam[b], quam filio Conradi regis dedit in matrimonium, qui etiam modico supervixit tempore, preventus inmatura morte[h] in Italica expedicione[i], ut supra dictum est. — 1168. *(Febr. 1).*

Concordia principum et ducis. Capitulum CVII. (11).

Emenso igitur post haec non longo intervallo videntes Longobardi, quia corruissent[5] columpnae regni et defecisset robur[k] exercitus, conspiraverunt unanimiter adversus cesarem et voluerunt interficere eum. Ille presentiens dolos clam recessit a Longobardis et reversus in Teutonicam[l] terram indixit[m] curiam Bavemberg[n, 6], vocatisque universis principibus Saxoniae coarguit eos — *(Maio).*

a) ducis 1. 1a. b) *seq. spatium nomini inserendo vacuum relictum* 2. c) repr. surg. *edd. L.* d) quouslibet *alia manu fere coaeva corr.* quousque 2. e) ytalica 2. f) auro et argento 2. g) ɔnacionis 1; ɔɔgnac. 2. h) morte *radendo corr.* 1. i) exped. Ital. *edd.* k) rubur 1. l) teutunicam 2. m) induxit *(ita 1a) corr.* indixit 1. n) boueberg 1a.

1) *Fridericus de Rothenburg, cui ducis filia [usque ad a.* 1172. *unica legitima], Gertrudis nomine, a.* 1166. *in matrimonium data est, quam postea Canutus rex Daniae duxit; v. infra c.* 14. [110]. *L.* 2) *Christianus I. archiep. Mogontinus et Bertholdus dux de Zaringe secundum Ann. Palid. l. l. p.* 93. *legati erant; cf. Varrentrapp, 'Erzbischof Christian I. von Mainz' p.* 40, *n.* 1. 3) *Mathildam filiam primogenitam Heinrici II. regis, cui dux a.* 1168. *Febr.* 1. *in civitate Minden ad Wiseram coniunctus est. V. Orig. Guelf. III, p.* 504 *sq. De legatis supra memoratis v. Ann. Egmund. ad a.* 1167. *[l. l. p.* 466*]. L. Cf. Philippson, 'Heinrich d. Löwe' II, p.* 132 *sq. et p.* 434, *n.* k. *Locis ibi laudatis adde Stephani Normannici Draconem III, v.* 193 *sqq., SS. XXVI, p.* 171. 4) *Quam cognationem v. apud Wedekind, 'Noten' I, p.* 177. *L.* 5) 2. *Reg.* 10, 15: Videntes . . Syri, quoniam corruissent. 6) *Plures*

1168. (*Iul.*). de violacione pacis, dicens tumultum Saxoniae dedisse Longobardis materiam defectionis. Multis itaque dilacionibus, multa pru*dentia[a] et consilio dissensiones[b], quae erant[c] inter ducem et principes, ad conventionem pacis[d] inclinatae sunt[1]. Et cesserunt omnia iuxta placitum ducis, et ereptus est a circumventione principum absque omni suimet diminucione[2]. Et revocatus est domnus Hammemburgensis archiepiscopus in sedem (*Oct.* 11). suam, tactusque[e] infirmitate infra paucos dies obiit, et extincta est morte illius vetus controversia[f], quae fuit super cometia Stadensi[g], et possedit eam dux de cetero absque omni contradictione. Conradus quoque Lubicensis episcopus interventu cesaris meruit redire in parrochiam suam, ea scilicet condicione, ut sopita priori obstinacia[h] exhiberet duci quae iusta sunt[3]. Potitusque reditu in gratia ducis mutatus[i] est in virum alterum[4]; didicit enim in his quae ipse passus est compati fratribus suis et de cetero pronior esse in humanitatis[k] officio. Clerum nichilominus defensavit a circumventione principum et potentum, precipue vero de manibus Heinrici[l] comitis Thuringi[5], qui nec Deum nec homines reverens[6] aspirabat in[m] bona sacerdotum.

*p. 96.

Cum[n] autem omnis bellorum motus auctore Deo rediret in serenam pacis quietem, Wedekindus[o] de (*cf. Ps.* 27, 3. 84, 9.) Dasenberg[p] recusavit pacem, quam locuti sunt principes. Hic enim ab adolescentia[q] sua ad malum strennuus semper militiae usum in rapinas detorserat, sed ne malum posset[r], quod voluit, ducis refrenatione acrius tenebatur. Captus enim aliquando et in vincula con-

a) providentia *edd.* b) dissentiones 1. 1[a]. c) erant *e corr. posteriore* 2. d) paucis *corr.* pacis 2. e) factusque *S.* f) contriuersia 2. g) Stathensi 2. *L.* h) abstinencia 2; obstinatione *R. B.* i) mutatusque 2. k) humilitatis *edd.* l) Henrici *R. B. L.* m) ad *edd.* n) *littera maiuscula* C *minio picta novo versu coepto* 2. o) Wedekinus 1. 1[a]. p) Dasenburg *edd.* q) *prius* a *superscr.* 1. r) *nihil excidisse videtur; cf. Ps.* 39, 15. 69, 4: qui volunt mihi mala. *O. H.-E.*

curias indixit secundum Ann. Palid. l. l. p. 94; *imperatorem querelas principum* in Bomeburg *audisse tradit Albert. Stad., in hac parte non Helm. secutus; de curia Kal. Iunii Frankinvurt celebrata dicit Chron. reg. Colon., SS. rer. Germ. p.* 120; *cf. Philippson l. l. p.* 434, *n.* h. 1) *De curia Würzburg celebrata m. Iulii v. tabulam Friderici [St. nr.* 4095*] dicentem:* in generali curia Wirzeburg celebrata, ubi inter discordes principes Saxoniae . . plenam reconciliationem perfecimus. *L.* 2) *Ante reditum imperatoris principibus inferior fuit, quod Helm. dicere noluit.* 3) 1. *Mach.* 7, 12. 2. *Mach.* 11, 14: quae iusta sunt. 4) *Cf.* 1. *Reg.* 10, 6: mutaberis in virum alium. 5) *V. Albert. Stad. a.* 1183. *de morte Heinrici comitis de Swarzenborch, qui hoc loco dictus esse videtur.* 6) *Cf. Luc.* 18, 4: Deum non timeo nec hominem revereor.

1168.

iectus fidem dederat[a, 1], ut de cetero temperaret a rapinis et staret ad mandatum ducis sincero obsequio. Sed ille ingruente tempore belli pollicitacionis inmemor in ducem omnibus acrius desevit[2]. Ceteris igitur ad pacem reductis[b] hunc singularem ferum[3] dux obsedit in castro Dasenberg[c]. Sed cum omnem obsidionis et machinarum violentiam mons altior eluderet[d], misit dux et vocavit viros industrios de Rammesberg[e, 4], qui aggressi rem difficilem et inauditam perfoderunt radices montis Dasenberg[c] et interiora montis collustrantes repererunt[f] puteum, unde castellani hauriebant aquam. Quo obturato defecit aqua castellanis, et necessitate constrictus Wedekindus dedit[g] se et castrum in potestatem ducis, ceteri dimissi dispersi sunt, unusquisque in terram suam[5].

De Zuantevit Ruianorum symulachro. Capitulum CVIII.

(12). 1168.

In tempore illo[6] congregavit Waldemarus rex Danorum exercitum grandem et naves multas, ut iret in terram Rugianorum ad subiugandum eam sibi. Et adiuverunt eum Kazemarus[h] et Buggezlavus[i, 7], principes Pomeranorum, et Pribizlavus princeps Obotritorum, eo quod mandasset dux Slavis ferre auxilium regi Danorum, ubicumque forte manum admovisset[k] subiugandis exteris nationibus. *Prosperatum est* igitur *opus in manibus* regis Danorum, et obtinuit terram Rugianorum in manu potenti[8], et dederunt ei pro sui redemptione quicquid[l] rex

1. Mach. 2, 47.

a) dedit *S. (R)*. b) reductus *corr.* reductis 1. c) Dasenburg *edd.* d) cluderet 2. e) Rammelsberg *L.* f) reppererunt 2. g) dedidit *edd.* h) kazemar 2. i) buggezlaphus 1; buggezlaph 2; Buggezlafus *S.* k) admonuisset, n *expuncto corr.* 1. l) quitquid 1.

1) *A.* 1157. *hoc factum esse videtur; cf. Wibaldi Epist. nr.* 462, *Jaffé, Monum. Corbeiensia p.* 595; *Philippson l. l. p.* 130, *nr.* 7, *ubi adde epistolam Wibaldinam nr.* 466; *idem p.* 430, *n.* i *non recte epistolam nr.* 462. *ad a.* 1168. *trahere voluit.* 2) *Cf.* 2. *Mach.* 7, 39: in hunc super omnes crudelius desaevit. 3) *Ps.* 79, 14: singularis ferus. 4) *Metallorum operum antiquitus peritos.* 5) 1. *Mach.* 6, 54: dispersi sunt, unusquisque in locum suum. 6) *A.* 1168. *dicitur infra c.* 13. [109] *in. A.* 1167. *Ann. Lund., SS. XXIX, p.* 205; 1169. *Ann. Magdeb., SS. XVI, p.* 193; 1170. *Ann. Ryenses, ibid. p.* 403, *Colbaz., SS. XXIX, p.* 175. *Saxonis amplissima narratio, SS. XXIX, p.* 121 *sqq., interdum magis a.* 1169. *quam* 1168. *convenire videtur; v. l. l. p.* 124, *n.* 2. *A.* 1168. *defendit F. Salis, 'Archiv f. Urkundenforschung' I, p.* 316, *n.* 5. 6. 7) *Quos dicit Saxo p.* 125. 129. 8) *Ps.* 135, 12: in manu potenti.

1168. imposuisset. Et fecit produci simulachrum illud antiquissimum Zuantevith[a], quod colebatur ab omni natione Slavorum, et iussit mitti funem in collo[b] eius et trah per medium exercitum in oculis Slavorum et frustatim[c] concisum[d] in ignem mitti[1]. Et destruxit fanum cum 5 omni religione sua et erarium locuples diripuit. Et precepit, ut discederent ab erroribus suis, in quibus nati fuerant, et assumerent cultum veri Dei. Et dedit sumptus in edificia ecclesiarum, et erectae sunt duodecim ecclesiae in terra Rugianorum, et constituti sunt sacer- 10 dotes, qui gererent populi curam in his quae Dei sunt. Et affuerunt illic[e] pontifices Absalon[f] de Roschilde et Berno de Magnopoli[2]. Hii adiuverunt manus regis cum omni diligentia, ut fundaretur cultus domus[3] Dei nostri in natione prava atque perversa[4]. Erat[g] autem tunc 15 temporis princeps Rugianorum[h] vir nobilis Iaremarus[5], qui audita veri[i] Dei cultura et fide catholica alacriter ad baptisma convolavit, precipiens omnibus[k] suis etiam secum sacro baptismate renovari. Ipse vero factus Christianus tam in fide firmus quam[l] in predicacione erat 20 stabilis[6], ut secundum Paulum iam a Christo vocatum videres. Qui fungens vice apostoli gentem rudem et beluina rabie sevientem partim predicacione assidua, partim minis ab innata sibi feritate ad novae conversacionis religionem convertebat. 25

*De omni enim natione Slavorum, quae dividitur *p. 97. in provincias et principatus, sola Rugianorum gens durior[7] ceteris in tenebris infidelitatis usque ad nostra tempora perduravit, omnibus inaccessibilis[m. 8] propter maris circumiacentia. Tenuis autem fama[9] commemorat Lode- 30 wicum Karoli filium[10] olim terram Rugianorum obtulisse

a) Zuentevich 2. b) collum *edd.* c) frustratim 1. d) conscisum 2. e) illuc *corr.* illic 1. f) absolon 2. *edd.* g) Erat — convertebat *(l. 25) om.* 2. h) ruianorum 1. 1ª. i) vera *edd.* k) precip. etiam omn. suis *edd.* l) tam *edd.* m) inadcessibilis 1. 35

1) *Die S. Viti (Iun. 15) hoc factum esse Helm. non tradit neque verum est; Salis l. l. p.* 318 *sqq.* 2) *Tabulam Friderici I. Bernoni datam (St. nr.* 4106*), quam in his rebus enarrandis omnes priores secuti sunt, adulteratam esse probavit Salis l. l.* 3) *Cf. supra p.* 39, *n.* 6. 4) *Philipp.* 2, 15: in medio nationis pravae et perversae. 5) *Cf.* 40 *Ann. Ryenses a.* 1170, *SS. XVI, p.* 403; *Saxonem l. l. p.* 127. 129. 6) *Cf. Col.* 1, 23: in fide fundati et stabiles. 7) *Eadem verba supra p.* 15, *l.* 17 *sqq.* 8) *Eadem p.* 70, *l.* 29. 9) *Verg. Aen. VII,* 646: tenuis famae perlabitur aura; *Boetius, De cons. phil. II,* 7: fama tenuis. 10) *Cf. supra p.* 16, *n.* 2. 4. 45

beato Vito in Corbeia[a], eo quod ipse fundator extiterit[b] cenobii illius. Inde egressi predicatores gentem Rugianorum sive Ranorum ad fidem convertisse feruntur illicque oratorium fundasse in honore[c] Viti martiris, cuius veneracioni provincia consignata[d] est. Postmodum vero, ubi Rani, qui et Rugiani, mutatis rebus a luce veritatis aberrarunt[e], factus est error peior priore[1]; nam sanctum Vitum, quem nos servum Dei confitemur, Rani pro deo colere ceperunt[f], fingentes ei simulachrum maximum, *et servierunt creaturae*[g] *pocius quam creatori*[h, 2]. Adeo autem haec supersticio apud Ranos invaluit, ut Zuantevith[i] deus terrae Rugianorum inter omnia numina Slavorum primatum obtinuerit, clarior in victoriis, efficacior in responsis[3]. Unde etiam nostra adhuc etate non solum Wagirensis[k] terra, sed et omnes[l] Slavorum provinciae illuc[m] tributa annuatim transmittebant, illum deum deorum esse profitentes. Rex apud eos modicae estimacionis est comparacione flaminis[4]. Ille enim responsa perquirit et eventus sortium explorat. Ille ad nutum sortium, porro[n] rex et populus ad illius nutum pendent.

Rom. 1, 25.

Inter varia autem libamenta sacerdos[o] nonnunquam hominem Christianum litare[p] solebat, huiuscemodi cruore deos omnino delectari iactitans[5]. Accidit ante paucos annos[q] maximam institorum multitudinem eo convenisse piscacionis gratia. In Novembri enim flante vehementius vento[r] multum illic allec[s] capitur, et patet mercatoribus liber accessus, si tamen ante deo terrae legitima sua persolverint. Affuit tunc forte Godescalcus quidam sacerdos Domini de Bardewich invitatus[t], ut in tanta populorum frequentia ageret ea quae Dei sunt. Nec hoc latuit diu[u] sacerdotem illum barbarum et accersitis rege et populo nuntiat irata vehementius numina nec aliter posse placari[v], nisi cruore sacerdotis, qui peregrinum inter eos sacrificium offerre presumpsisset.

a) corbegia 1. *edd.* b) exstiterit 2. c) orat. sancti Viti martiris fundasse 2; in honorem Viti *edd.* d) consignita 2. *L.* e) oberrarunt 2. f) perceperunt 2. g) creatore *corr.* creature 1. h) creatore *corr.* creatori 2. i) zuanteuit 1; Zuanteuich 2. k) wairensis 2. l) omnis . . . provincia 2. m) illic 1. 1a. 2. n) et porro *edd.* o) *iterum* autem *addit* 2. p) libare 4. q) *seq.* uel *delet.* 2. r) vento *om.* 2. s) halec *edd.*; hallec *L.* t) imutatus 2. u) diu latuit 2. v) placari posse *edd.*

1) *Matth.* 27, 64: et erit novissimus error peior priore. *L.* 2) *Cf. supra p.* 16, *l.* 24 *sqq.* *L.* 3) *Eadem supra p.* 103, *l.* 4 *sqq.* 4) *Cf. p.* 17, *l.* 11. *et p.* 71, *l.* 1. 5) *Eadem supra p.* 102, *l.* 25 *sq. et p.* 103, *l.* 8 *sqq.* *L.*

Tunc barbara gens attonita convocat institorum cohortem rogatque sibi dari sacerdotem, ut offerat[a] deo suo placabilem hostiam[1]. Renitentibus Christianis centum marcas offerunt in munere. Sed cum nil proficerent, ceperunt intentare[b] vim et crastina bellum indicere. 5 Tunc institores onustis iam de captura navibus nocte illa iter aggressi sunt et secundis ventis vela credentes tam se quam sacerdotem atrocibus ademere periculis.

Quamvis autem odium Christiani nominis et supersticionum fomes plus omnibus Slavis apud Ranos in- 10 valuerit, pollebant tamen multis naturalibus bonis[2]. Erat enim apud eos hospitalitatis plenitudo, et parentibus debitum exhibent honorem. Nec enim aliquis egens[c] aut mendicus apud eos aliquando[d] repertus est. Statim enim, ut aliquem inter eos aut debilem fecerit 15 infirmitas aut decrepitum etas, heredis curae delegatur plena humanitate fovendus[e]. Hospitalitatis enim gratia et parentum cura primum apud Slavos virtutis locum optinent[f]. Ceterum Rugianorum terra ferax frugum, piscium atque ferarum[g]. Urbs terrae illius principalis 20 dicitur Archona.

Transmutacio corporis et sanguinis.

(13). Capitulum CVIIII.

1168. Anno igitur incarnati verbi M°C°LX°VIII° fundatum est opus novae plantacionis in terra Rugianorum, 25 et edificatae sunt ecclesiae et presentia sacerdotum illustratae. Servieruntque regi Danorum sub tributo[3], et accepit filios nobilium obsides[4] et abduxit eos secum in terram suam. Haec[h] autem acta sunt tempore, quo Saxones civilia bella gerebant. Postquam autem Do- 30 minus pacem reddidit, confestim dux misit legatos ad regem Danorum requirens obsides et medietatem tributorum, quae solvunt Rani, eo quod laudatum et iuramento firmatum esset[5], ut, quascumque gentes rex Danorum expugnare voluisset, dux ferret auxilium et cum 35

a) offerrat *radendo corr.* offe:rat 1. b) ructare *S.* c) egenus *edd. L.* d) aliquando *om. edd.* e) fouendis 1; fouendus *corr.* fouendis 1a. f) obtinent 2. g) est *add. edd. L.* h) Hii *alio atram. corr.* Hec 2.

1) *Num.* 5, 8: ut sit placabilis hostia. 2) *Eadem supra p.* 6, *l.* 9. *de Pruzis.* 3) *Deut.* 20, 11: serviet tibi sub tributo; *cf.* 40 *p.* 52, *n.* 6. 4) *Cf. supra p.* 208, *l.* 25. 5) *Supra p.* 201, *l.* 24 *sqq.*

*p. 98. participacione laboris fieret etiam[a] particeps *emolumenti. Cumque rennueret[b] rex, et nuntii redissent[c] inacti, dux ira permotus vocavit principes[d] Slavorum et mandavit, ut facerent ultionem[e] de Danis. Vocati sunt et dixerunt[1]: 'Assumus'. Et obaudierunt ei cum leticia qui misit illos. Et amoti[f] sunt vectes et ostia[g, 2], quibus iam pridem conclusum erat mare, et erumpebat vadens et inundans et intentans excidium[h] multis Danorum insulis et regionibus maritimis. Et instauratae sunt predonum naves et occupaverunt in terra Danorum insulas[i] opulentas. Et saturati sunt Slavi post diutinam inediam diviciis Danorum, incrassati, inquam, sunt, impinguati[k] sunt, dilatati sunt[3]. Audivi a referentibus, quod Mekelenburg[l] die fori de captivitate Danorum[m] septingentae numeratae sint[n] animae, omnes venales, si suffecissent emptores. 1168.

Porro tanti excidii calamitatem ostenderant presagia quaedam. Sacerdos enim quidam in terra Danorum quae[o] dicitur Alfse assistens sacro altari, cum sublevasset calicem sumpturus hostiam, ecce visa est in calice species carnis et sanguinis. Ille de timore tandem resumpto spiritu[4], non audens sumere insolitae visionis speciem, transiit ad pontificem[5], ibi in conventu cleri calicem videndum obtulit. Et[p] cum multi dicerent id factum divinitus ad confirmandam[q] plebis[r] fidem, pontifex altiori sensu protestatus est gravem ecclesiae inminere tribulacionem et sanguinem Christiani populi multum fundendum. Quociens enim sanguis martirum[s] effunditur, Christus denuo in membris suis crucifigitur. Nec prophetantis fefellere vaticinia. Vix enim preterierunt dies XIIII[cim], et superveniens exercitus Slavorum occupavit omnem terram illam, ecclesias subvertit et populum captivavit, omnem vero resistentem percussit in ore gladii[6].

a) 7 *alia manu corr.* 7̄ (etiam) 2. b) rennuerit 1. 1a. *L.* c) redisset *corr.* redissent 2. d) princeps 1. e) ult. fac. *edd. L.* f) admoti 1. 1a. 2. g) hostia, h *eodem atram. expunct.* 2. h) exitium *edd.* i) civitates 4. k) ipūgnati *corr.* ipiguati 2. l) Mikelenburg *L.* m) Danorum *om.* 1. 1a. n) sunt 2. o) qui 1. 1a. p) Et *om. edd.* q) confirmandum 2. r) plebȝ *corr.* pleb' 1. s) eff. nrm (nostrum) *corr.* eff. mrm (martirum) 2.

1) *Baruch* 3, 35: Vocatae sunt et dixerunt: Adsumus; *cf. Iob* 38, 35. 2) *Cf. Iob* 38, 10: et posui vectem et ostia. 3) *Deut.* 32, 15: incrassatus, impinguatus, dilatatus. 4) *Iudith* 13, 30: resumpto spiritu. 5) *Sleswicensis episcopus intellegendus est, ut videtur.* 6) *Cf. Iudith* 2, 16: omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii.

1168—71? Diu ergo siluit rex Danorum dissimulans gentis suae ruinas. Reges enim Danorum segnes et discincti et inter continuas epulas semper poti vix aliquando sentiunt percussuras plagarum[1]. Tandem veluti sompno 1171? excitus rex Daniae[a] congregavit exercitum et percussit partem modicam Circipanae regionis[2]. Filius quoque regis[3] ex concubina natus Christoforus[b] nomine cum mille, ut[c] aiunt, loricis[4] venit Aldenburg, quae Danice dicitur Brandenhuse[5], et percusserunt maritima illius. Ecclesiam vero, cui deserviebat Bruno sacerdos, non leserunt nec attigerunt[d] penitus bona sacerdotis. Recedentibus igitur Danis Slavi e vestigio prosecuti sunt et dampna sua ultione decupla compensaverunt. Dania enim maxima ex[e] parte in insulas dispertita est, quas ambit mare circumfluum, nec facile caveri possunt insidiae piratarum, eo quod illic[f] sint promunctoria[g] latebris Slavorum aptissima[h], unde clam egredientes percutiunt de insidiis incautos; Slavi enim clandestinis[i] incursibus[k] maxime valent. Unde etiam recenti adhuc etate latrocinalis haec consuetudo adeo apud eos invaluit, ut omissis[l] penitus agriculturae commodis ad navales excursus expeditas semper intenderint[m] manus, unicam spem et diviciarum summam in navibus habentes sitam. Sed nec in construendis edificiis operosi sunt[6], quin[n] pocius casas de virgultis contexunt, necessitati tantum consulentes adversus tempestates et pluvias. Quociens autem bellicus tumultus[o] insonuerit[p], omnem annonam paleis[q] excussam, aurum quoque[r] et argentum et preciosa quaeque fossis abdunt, uxores et parvulos municionibus vel certe silvis contutant. Nec quicquam[s] hostili patet direptioni nisi tuguria tantum, quorum[t] amissionem facillimam iudicant. Danorum inpugnaciones

a) Dacie 1. 1[a]. *L.* b) cristoferus 2; Christophorus *edd. L.* c) ut *alia manu coaeva superscr.* 2. d) attingerunt, n *expuncto corr.* 1. e) ex maxima p. *edd.* f) ibi *edd.* g) promontoria *edd. L.* h) amplissima *corr.* aptissima 2. i) clamdestinis 2. k) insidiis *edd.* l) *sic edd.;* emissis *(ita 1[a]) corr.* omissis 1; emessis 2. m) intenderunt 2. n) q2 (quia) *alio atram. corr.* quin 2. o) tum. bellicus 2. p) insoñit *statim corr.* insonuerit 1. q) *seq.* percussam *delet.* 2. r) aurum atque arg. *edd.* s) quisquam 2. t) quarum 1. 2.

1) *Is.* 30, 26: percussuram plagae. 2) *Cf. Saxonem l. l. p.* 142: Rex *(Waldemarus)* . . . Circipinensem statuit attemptare provinciam, *et sequentia. A.* 1171. *indicare videtur Knytlingasaga c.* 124, *SS. XXIX, p.* 315 *sq.* 3) *Haec Saxo iam antea p.* 140 *sq. narravit.* 4) cum . . . loricis *et supra p.* 170, *l.* 20. 5) *Brammesios dicit Saxo l. l. Aldenburgenses. L.* 6) *Cf. Widukind. II,* 20. *de Slavis.*

pro nichilo ducunt, immo[a] voluptuosum existimant manum cum eis conserere. Solus eis dux est formidini, qui protrivit robur Slavorum[b] super omnes duces, qui fuerunt ante eum[1], plus multo quam ille nominatus
5 Otto, et misit frenum in maxillas eorum[2] et quo voluerit declinat eos. Loquitur pacem, et obtemperant; mandat bellum, et dicunt: 'Assumus'[3].

Reconciliacio[c] regis Danorum et ducis. Capitulum CX.

(14).

10 Rex igitur Danorum perspecta calamitate gentis suae vidit tandem, quia bona est pax[4], et misit legatos ad fortissimum[d] ducem rogans preberi sibi locum familiaris colloquii ad Egederam[e, 5]. Et venit dux ad expetitum placiti locum in[f] nativitate sancti Iohannis
15 baptistae. Et occurrit ei rex Danorum et exhibuit se pronum[g] ad omnem voluntatem ducis. Et recognovit ei medietatem tributorum et obsidum, quae *dederant Rani, et de erario fani equam portionem, et ad singula, quae dux iudicavit exigenda, devote paruit rex. Et re-
20 novatae sunt inter eos amiciciae, et inhibiti sunt Slavi, ne de cetero inpugnarent Daniam. Et facti sunt vultus Slavorum[h] subtristes[i] propter confederacionem principum. Et misit dux nuntios suos cum nuntiis regis in terram Ranorum, et servierunt ei sub tributo[6] Rani.
25 Et rogavit rex Danorum ducem, ut filiam suam, viduam Fretherici[k] nobilissimi principis de Rodenburg[l], daret filio suo[7], qui iam designatus erat rex, in uxorem[8]. Interventu itaque magnorum principum[9] consensit dux et misit filiam suam in regnum Danorum; et facta[10] est

1171? — *Iun. 24.* — *p. 99.

30 a) inmo 1; ymmo 2. b) *seq.* semper *delet.* 2. c) Reconsiliacio 1. 1a. d) fortissimum *om.* 1. 1a. e) Egdoram *edd.;* Egedoram *L.* f) i *supra lineam supplet.* 2. g) primum *S.* h) eorum 2. i) subtstes *signo compendii omisso* 1. k) frederici 2. l) radenburg 1. 1a. *edd.;* rodenborg 2.

1) *Cf. supra p.* 207, *n.* 3; 3. *Reg.* 14, 9. 16, 25. 30. *etc.* 2) *Cf.*
35 *Is.* 30, 28: frenum . ., quod erat in maxillis populorum: *Ezech.* 29, 4. 38, 4. 3) *Cf. p.* 215, *n.* 1. 4) *Cf. Gen.* 49, 15: Vidit requiem, quod esset bona. 5) *Bis de colloquio ad Egdoram facto loquitur Saxo, l. l. p.* 140. 143, *sed de uno tantum agi plerique opinati sunt, ut Philippson l. l. p.* 435, *n.* c. *Aliter Holder-Egger SS. XXIX, p.* 143,
40 *n.* 1. 6) *Cf. supra p.* 214, *n.* 3. 7) *Kanuto.* 8) *V. Albert. Stad. a.* 1171, *Chron. regiam Colon. a.* 1172. *L.* 9) *Aliquo tempore post memoratum colloquium hoc factum esse ex his et aliis Helmoldi verbis colligendum est.* 10) 1. *Mach.* 4, 58: Et facta est laetitia in populo magna valde, *et similiter saepius.*

1171. leticia magna[a] omnibus populis borealium nationum, iocunditas et pax simul orta est. Et mutatum est gelidum illud frigus aquilonis[1] in lenes austri flatus, et cessavit maris vexacio, et detumuerunt procellae tempestatum[b]. Et pacata est via transeuntibus a Dania in 5 Slaviam [et[c] e converso], et ambulaverunt mulieres et parvuli per eam, eo quod submota sint offendicula, et defecerint[d] predones in via. Omnis enim Slavorum regio incipiens ab Egdora, qui[e] est limes regni Danorum, et extenditur[2] inter mare Balthicum[f] et Albiam[g] per 10 longissimos tractus usque[h] Zuerin, olim insidiis horrida et pene deserta, nunc dante Deo tota redacta est veluti in unam Saxonum coloniam, et instruuntur illic civitates et oppida[i], et[k] multiplicantur ecclesiae et numerus ministrorum Christi. Pribizlavus[l] quoque, deposita diu- 15 turnae rebellionis obstinacia[m], sciens, quia non expedit sibi calcitrare adversus stimulum[3], sedit quietus[n] et contentus funiculo portionis sibi permissae[o] et edificavit urbes Mekelenburg, Ylowe[p] et Rozstoc et collocavit in terminis[q] eorum Slavorum populos. Et quia Slavorum 20 latrones inquietabant[r] Teutonicos[s], qui habitabant Zuerin[t] et in terminis eius, Guncelinus[4] prefectus castri, vir fortis et satelles ducis, mandavit suis, ut, quoscumque Slavorum invenissent incedentes per avia, quibus non esset evidens ratio, captos statim suspendio 25 necarent[u]. Et cohibiti sunt utcumque Slavi a furtis et a latrociniis suis[v].

a) in *add. L, cf. p.* 217, *n.* 10. b) tempestatis *corr.* tempestatum 2. c) *uncis inclusa habuit* 4. d) defecerunt 2. e) *ita codd. et edd.* f) Balticum 2. *R. B.* g) albeam 2. h) usque ad *edd.* i) opida 1. 1[a]. k) et *om. edd.* l) Pribizlaus 1. 1[a]. *L.* 30 m) abstinacia 2. n) quetus *corr.* quietus 1. o) permisisse, si *expuncto corr.* permisse 1. p) ilowe 2. q) terminos 2. r) ta *alia manu superscr.* 2. s) teutunicos 2. t) Zwerin 2. u) nece irent 2. v) suis *om.* 1. 1[a]. *L.* — Hic est finis cronice Slavorum *in margine scripsit manus saec. XV. in cod.* 1, *quibus ipsis verbis librarius cod.* 1[a] *finem operis indicavit;* finit hiistoria 2. 35

1) *Eadem supra p.* 12, *l.* 28 *sq.* 2) *Scil. regio quae extenditur.* 3) *Actus* 9, 5. 26, 14: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. *L.* 4) *Guncelino ab Helmoldo titulus comitis nuspiam tribuitur, qui tamen in tabulis inde ab a.* 1167. *ei adscribitur. Vide 'Mecklenburg. UB.' I, nr.* 88. *L. Cf. Wigger, 'Mecklenb. Jahrb.' XXVIII, p.* 118, *n.* 2. *et p.* 160. 40

APPENDICES.

Helmoldi pretiosissimo libro duos libellos de historia Nordalbingiae saec. XII. ex. scriptos, versus qui dicuntur de vita Vicelini et epistolam Sidonis praepositi Novi-monasterii, annectere visum est, multo minoris pretii opuscula, sed utilia supplementa Cronicae Slavorum.

Uterque libellus scriptus est Novi-monasterii[1], *alter a Sidone praeposito huius monasterii, alter sine nomine auctoris traditus. Etiam hunc a Sidone scriptum esse multi*[2] *opinati sunt, quorum tamen rationibus res omnino evinci non potest*[3]. *Nam quod eadem verba eaedemque dictiones in utroque libello occurrant, saepissime inde efficitur, quod uterque auctor eisdem locis Bibliae vel locutionibus omnibus fere medii aevi scriptoribus communibus usus sit. Ut iidem errores utrobique inveniantur, inde factum est, quod Sido scribens illos versus ante oculos habuerit et exscripserit, neque ideo ipse auctor versuum censendus est. Sed gravissimum huius sententiae argumentum est, quod auctor versuum agens de Sidone*[4] *nomen eius consulto suppresserit; quod neminem nisi Sidonem ipsum facere potuisse opinantur. At tunc, cum versus componerentur, Sido iam praepositus Novi-monasterii fratrem monasterii sui libellum illum scribentem rogasse potuit vel ei praecepisse, ne nomen ipsius proferret, unde elucet hac ratione non omnem scrupulum tolli. Sunt enim alia indicia, quae diversos auctores indicare videntur. Inter ea, quae Schirren protulit, vix neglegendum mihi videtur, quod alter auctor semper loquatur de archiepiscopo Hamburgensi, alter ubique de Bremensi, etsi hoc ratione nimis fere acute*

1) *V.* 6. 215. 239. 2) *W. v. Bippen, 'Kritische Untersuchung über die Versus de Vita Vicelini und den sog. Bericht des Propst Sido' (Lübeck* 1868*); N. Beek in praefatione editionis suae infra dicendae p.* 133 *sqq.; Wattenbach, 'DGQ.' II, ed.* 6, *p.* 342. 3) *Contradixit Schirren, 'Beiträge' p.* 1 *sqq., argumentis quibusdam nimis subtilibus usus.* 4) *V.* 260 *sqq.*

a V. Cl. Schirren inventa explicare nolles. Atque diverso modo dicendi diversisque locutionibus utrumque scriptorem usum esse perspicis. In versibus legitur persaepe vovere, devovere, vota vovere, *quod non nisi semel occurrit in epistola; in versibus centies* aptus, *similibus epistolae locis semper* idoneus, *et alia sunt eiusmodi, maioris quoque momenti, quae hic exponere longum est. Indoctus fuit poeta, sed privilegia monasterio suo data diligenter legit et plerumque recte quae in iis continentur exposuit. Sido fuit scriptor levissimus, qui et neglegenter erravit et sciens ac prudens mentitus est. Dubito etiam, num Sido Holsatus*[1] *scripserit* Nordalbingos . . fide malignos[2]. *Ideo, quamvis rem non omnino liquere libenter concedam, potius tamen putaverim non Sidonem versus composuisse.*

Sido Holsatus fuit praepositus Novi-monasterii ab anno, ut hucusque opinati sunt, 1174. *ad a.* 1201, *quae tamen opinio recta esse non potest. In versibus*[3] *enim dicitur Eppo prior post Vicelini mortem fuisse praepositus Novi-monasterii annis sex, deinde Herimannus*[4] *annis* 14; *et* Ordo prepositorum nostri monasterii[5] *tradit Sidonem monasterio annis* 27 *praefuisse; qui in tabula*[6] *quadam incerti anni, quam I. M. Lappenberg a.* 1201. *asscripsit, dicitur* bone memorie. *Ex quibus omnibus fortasse effici potest, ut censeamus eum ab a.* 1175. *ad a.* 1202.[7] *monasterium rexisse. At Helmoldus videtur dicere voluisse Epponem mortuum esse die Maii* 1. *a.* 1163[8], *et tunc sedisset annis octo, mensibus fere quinque. Auctor autem versuum in annis praelatorum enumerandis saepius erravit, quippe qui Sifridum archiepiscopum Hamburgensem, qui paucos annos ante versus scriptos mortuus sit, tribus annis sedisse tradat*[9], *cum sederit annis quatuor vel quinque. Si igitur recte Helmoldi verba supra interpretatus sum, Sido praefuit ab a.* 1177. *ad a.* 1204, *quod nec refelli potest tabula modo allata, quae sine anno tradita est.* Sydo prepositus de Novo-monasterio *subscripsit testis tabulae a.* 1197. *datae*[10], *a.* 1199. *post diem*

1) Ordo prepositorum nostri monasterii *v.* 10, *'Quellensammlung der Gesellsch. f. Schleswig-Holst.-Lauenb. Gesch.' IV, p.* 201. 2) *V.* 19; *cf. v.* 13 *sqq.* 3) *V.* 248. 4) *V.* 250. 5) *Ordo v.* 15. 6) *'Hamburg. UB.' I, nr.* 230, *p.* 288; *Hasse, 'Regesten' I, nr.* 228. 7) *Cum Eppo a.* 1154. *ex. vel* 1155. *in. praepositus factus sit, et si eum vere tantum sex annis sedisse putamus, ante Kalendas Maii a.* 1161. *mortuus esse non potest, et post annos quatuordecim, quibus Hermannus monasterio praefuit, annus fuit* 1175, *quo Sido praepositus creatus est.* 8) *Cf. supra p.* 185, *n.* 3. 9) *V.* 287. 10) *'UB. des Bistums Lübeck' I, nr.* 18, *p.* 22; *Hasse, 'Regesten' nr.* 203.

Aug. 15. *litteras*[1] *dedit H[ugoldo] abbati monasterii S. Michaelis Hildesheimensis de Margareta moniali S. Michaelis, filia Marchradi iudicis Holsatiae, et de tertia parte possessionis cuiusdam ad Novum-monasterium pertinentis, quam* 5 *Marchradus violenter usurpaverat. Plura de vita Sidonis comperta non habemus.*

Versus compositi sunt post Theodoricum a. 1186. *circa mensem Decembrem a Friderico I. imperatore episcopum Lubicensem confirmatum*[2], *quod auctor Novi-monasterii po-* 10 *situs a.* 1187. *in. scire potuit. Neque multo post, a.* 1187. *videlicet exeunte vel a.* 1188, *eos scriptos esse veri simile est, cum de episcopatu a.* 1188. *in Livonia erecto nihil in versibus de Christiana fide dilatata agentibus*[3] *dicatur.*

Aliquot annis post scripsit Sido epistolam suam, qua 15 *impedire voluit, quominus monasterium cui praeerat ecclesia Bishorst privaretur, vel ne parrochia illa divideretur vel minueretur. Quod ut efficeret, impudenter mentiri nulla necessitate coactus veritus non est. Nam cum tabulae Novomonasterio datae — si verae sunt — optime sufficerent,* 20 *ut probaret ecclesiam illam ab Adelberone archiepiscopo huic monasterio donatam esse, Sido tamen — et in hac re ab auctore versuum plane diversus*[4] *— his non aut vix usus est, sed multa commentus est omnino incredibilia, quibus ostenderet locum Bishorstensem magni faciendum esse propter servitia* 25 *fratribus Novi-monasterii exhibita ideoque, ut ipsius verbo utar, destruendum non esse. Ibi cum dixerit ecclesiam suam locum illum iam* ad LXX annos et ultra *possedisse, et cum in versibus legerit Vicelinum a.* 1125. *medio in Wagriam venisse, apparet epistolam non ante a.* 1195, *nec post a.* 1196. *con-* 30 *scriptam esse, cum auctor nihil de morte Meinhardi Ykescoliensis, qui hoc anno die* 11. *Octobris mortuus est, acceperit.*

Auctor versuum multas tabulas monasterio suo et Segebergensi datas plerumque fideliter exscripsit. Neque Helmoldi neque alios scriptos libros ante oculos habuit, sed reliqua vel 35 *ex relatione fratrum sui monasterii vel ipsi visa narravit. Familiarissimum eum fuisse Thietmaro priori Novi-monasterii, postea praeposito Birsensi, ex versibus* 306—321. *iure colliges. Sido in epistola ipsos versus potissimum, omnes etiam errores eorum secutus est, sed omisit ea quae poeta ex ta-*

40 1) *Hasse, 'Regesten', I, nr.* 214. 2) *V.* 275. 3) *V.* 146 *sqq.* 4) *Acriter, sed, ut mihi videtur, iuste de Sidone iudicavit C. Kuss, 'Staatsbürgerliches Magazin' IX, p.* 504 *sqq.; qui nec Versus neque auctorem eorum maioris aestimavit, ibid. p.* 783 *sqq.*

bulis assumpserat. Quod iure ei crimini dari potest, cum Helmoldi Cronica ei ad manus fuerit, qua neglegentissime usus ne falsus quidem contra veritatem ei contradicere veritus est. Omnia quae de loco Bishorst, unico refugio fratrum Wagirensium tempore persecutionum, narrat quin ipse commentus sit, nemo dubitabit. In iis quae ad versus et epistolam adnotavi Helmoldum rarius respexi, quippe qui a lectore ubique adhibendus sit. Quasdam adnotationes a N. Beek scriptas in linguam Latinam versas et littera B insignitas recepi.

Versuum codex unicus optimus est archivi publici Hamburgensis Cl. I Lit. 0^a, nr. 11, membranaceus foliorum 10 non numeratorum circiter $25 \times 17\frac{1}{2}$ cm., conservatus in eadem capsula, in qua est codex epistolae Sidonis infra 2^b dictus, saec. XIII. in. diligenter et accurate scriptus. Continet privilegia Novo-monasterio data usque ad a. 1174, versus nostros nullo titulo ornatos, duabus columnis f. 5^r—f. 7^v. scriptos[1]. Etsi hunc librum non autographum esse appareat, textus tamen versuum optimus uno tantum loco emendatione eget. Quem codicem cum ipse contulerim, pauca, pleraque orthographica, correxi.

Epistolae Sidonis tres supersunt codices minoris pretii, omnes ad editionem parandam adhibendi. Varia lectione eorum, quos Berolinum missos omnes contuli, collata et pensata dicendus est

2^a) codex Novi-monasterii[2] S. Trinitatis siti in civitate 'Wiener Neustadt' chartaceus 4^0, signatus XII D 21[3], foliorum 245, cui superscriptum: Quem ego frater Iohannes cum Naszo scripsi in diversis annis, plerasque vero partes, ut ipse adnotavit, a. 1512. Quo anno et epistola Sidonis f. 179^r—183^v. scripta est[4]. Iohannes cum Naso scriba et in toto codice et hic bene ac fideliter functus est munere suo, ideoque huius libri varia lectio plerumque praeferenda est textui codicis

2^b) asservati in archivo Hamburgensi sub numero Cl. I. Lit. 0^a, nr. 11. Est chartaceus 8^0, $29{,}5 \times 21{,}5$ cm., scriptus saec. XV.[5] lineis longis; chartae impressum est

1) Sequitur recentiore manu scripta tabula Gerhardi archiepiscopi a. 1238. data, Hasse, 'Regesten' nr. 584; deinde pars tabulae Hartwici archiepiscopi anno incerto datae, Hasse l. l. nr. 228; tum manu antiqua scriptum registrum bonorum Novi-monasterii, Hasse nr. 222. 2) Neukloster, quod coenobium subest monasterio Sanctae Crucis (Heiligenkreuz) sito in Austria inferiore. 3) Quae in codice continentur, descripsit H. J. Zeibig, 'Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit' 1854, col. 5 sqq. 26 sqq. 4) Vide infra p. 245, n. f. 5) Valde erravit Lappenberg,

signum P, *quale libro a.* 1479. *impressum affert Briquet, 'Les Filigrans. Dictionnaire historique du papier' nr.* 8574. *Codex est* 8 *foliorum, quorum* 1—5^r. *continent Sidonis epistolam. Primi folii margine lacerata quaedam litterae abscisae sunt, aliis locis scriptura evanuit, aqua vel pulvere oblitterata. Scriba verba codicis a se exscripti saepius omisit, mutavit, alia ipse addidit. Uterque codex* 2^a·b *ex eodem libro transscriptus eadem nonnulla habet vitiata. Quibus mendis caret codex*

1) *bibliothecae regiae Bruxellensis*[1] *nr.* 3520 (8972—73), *continens* Acta sanctorum, *collecta a viris doctis societatis Bollandistarum saec. XVII. Epistola Sidonis f.* 43^r—48^v. *scripta est a scriba linguae Latinae parum gnaro, qui, quid scriberet, nescivit. At cum formam litterarum nonnumquam potius depinxerit quam descripserit*[2], *facillime paene ubique colligi potest, quae et quomodo verba scripta fuerint in codice ab eo descripto. Praebet enim inter alia* muni eorum *pro* municonem, Bu dco en *pro* bndcoe, explorans *pro* xpianis *et alia sensu prorsus carentia, saepissime* Bremenn *pro* Bremen (mensis) *et similia, quae inter variam lectionem afferre supervacuum visum est. Sed hic liber solus habet verba non pauca, quae scriba rudis atque indoctus addere neutiquam potuisset, non ergo dubitandum, quin ex antiquo codice ea transscripserit. Qui cum haec verba servaverit atque vacuus fuerit mendis in* 2^a·b *traditis, longe maioris pretii fuit quam liber in codicibus* 2^a·b *transscriptus*[3].

Quae cum ita sint, editionem hanc ita institui, ut codice 1 *fultus diiudicarem, quibus locis discrepantes codd.* 2^a *aut* 2^b *errarent; consentientibus autem* 2^a *et* 2^b *plerumque* 1 *praetuli his locis, quibus vel* 1 *vel* 2^a·b *ipsa verba epistolae servavisse poterant. Verba omnia in* 2^a·b *omissa, quae in* 1

qui codicem saec. XIV. in. vel etiam saec. XIII. scriptum esse postea putavit, cui N. Beek, 'Quellensammlung' IV, p. 154, *assensus est, qui tamen postea 'Nachträge' p.* 455. *errorem correxit. Est enim scriptura fere similis illi a.* 1473. *scriptae, editae ab Arndt-Tangl, 'Schrifttafeln' II. ed.* 4, *nr.* 68, *paulo quidem ea maior.* 1) *Cf. Van den Gheyn, 'Catalogue des manuscrits de la bibliothèque royale de Belgique' V, p.* 614. 2) *Cf. 'Zeitschrift der Gesellsch. f. Schleswig-Holst.-Lauenb. Gesch.' VIII. p.* 326 *sq.* 3) *Sed neque codicem deperditum scriptum fuisse ante saec. XIV. vel XV. colligendum videtur ex quibusdam vitiis libri* 1, *qui habet e. gr.* ad *pro* cū, hostud *pro* hostiū, ex *vel* etsi *pro* ec (eciam), quod *pro* questio, *ubi* questio *per siglam vel compendium* (qo) *scriptum fuisse apparet, et similia, quae formam litterarum obliquam recentioris temporis innuere videntur.*

leguntur, in textum recepi. In rebus orthographicis et nominum formis servavit codex 1 *nonnumquam vetustiorem morem scribendi saec. XII, sed multa depravata, quaedam mutata sunt secundum morem saec. XVI. et XVII*[1]*;* 2[a] *et* 2[b] *in his non multum inter se discrepant; plerumque selegi ea, quae rationi scribendi saec. XII. ex. accommodata esse videbantur.*

Versus ediderunt 1) *ex codice supradicto Hamburgensi Erpoldus Lindenbrog, Historia archiepiscoporum Bremensium (Lugduni Batav.) p.* 122 *sqq.; iterum in SS. rer. Germ. Septentrionalium ed.* 1, *Francofurti* 1609; *ed.* 2, *ibidem a.* 1630, *p.* 134—141; *ed.* 3. *curante Fabricio Hamburgi a.* 1706, *p.* 118—124. *Hunc secuti sunt Leibnitius, SS. rer. Brunsvicensium I, p.* 774—780; *Staphorst, 'Hamburg. Kirchengeschichte' (Hamburg* 1723*) I, p.* 626 *sqq., qui codicem Hamburgensem iterum inspexit; Westphalen, Monumenta inedita II, p.* 1—8; *Langebek, SS. rer. Danicarum IV, p.* 446—455[2]. *Ultimus versus edidit N. Beek, 'Quellensammlung' IV, p.* 157—171, *qui ibidem p.* 129—156. *in praefatione sua pleraque collegit et exposuit eorum, quae hic breviter disserui, nonnumquam tamen ab eo dissentiens.*

Sidonis epistolam edidit I. M. Lappenberg, 'Staatsbürgerliches Magazin. Herausg. von N. Falck, Schleswig' 1829, *tomo IX, p.* 4 *sqq., solo codice Hamburgensi usus. N. Beek, l. l. p.* 172—184. *epistolam iterum edidit ex codd.* 2[a. b]. *C. Schirren, 'Zeitschrift d. Gesellsch. f. Schleswig-Holst.-Lauenb. Gesch.' VIII, p.* 312 *sq.* 326 *sq. primus codice Bruxellensi usus partem variae lectionis eius dedit.*

Berolini a. d. IV. Idus Februarii.

B. SCHMEIDLER.

VERSUS DE VITA VICELINI.

Gesta[a] patris primi bona pontificis Vicelini
Isto tantillo comprendit musa libello.
Saxonie vicus Quernhamele sit benedictus,
Qui genuit talem, dedit experientia qualem.
5 Wisara lactentem novit bene, Brema docentem.

a) *littera* G *minio picta c.*

1) *Habet ubique* ae *pro* e, *quod Sidonem ca. a.* 1196. *plerumque scripsisse verisimile est,* poene, coeteri *pro* pene, ceteri, subjicere *et similia, quae non ante saec. XVI. vel XVII. scribuntur.* 2) *I. M. Lappenberg editionem facere voluit, sed non perfecit; cf. 'Archiv' VI, p.* 304.

Albia transvexit iuvenem, qui nos bene rexit,
Defuncti vero cineres adlambit Hyrundo[1].

Anno[a] milleno centeno bis duodeno 1125. *Iun.*
Conpleto, verbum quo[b] subluxit caro factum[2],
Dum verno sole post brumam progrediente
Cancri ferventis calor esset solsticialis[3],
*Doctorem mirum Deus advexit Vicelinum **col. 2.*
Istas in partes, Sathanas ubi triverat artes,
Instituens furtis homines utique rapinis
Et scelerum morbis, quibus impius interit orbis.
Hamamburgensem tunc rexit Adelbero[4] sedem,
Qui desperatos medicum[5] direxit ad egros
Illustremque virum supradictum Vicelinum
Ad Nordalbingos transmisit fraude malignos
De Bremense scola raptum[6], sub spe tamen illa,
Ut disciplinam melius qui rexerat illam,
Vir prudens, castus, humilis patiensque, modestus,
In verbis certus, pius et sermone disertus
*In cura populi, qui commissus foret illi, **col. 3.*
Ex hoc argueret pravos stultosque doceret,
Formam preberet morum mitesque foveret.
Qui vir perfectus, discretus cordeque rectus
Lumbos succinxit[7], ut presul Athelbero iussit,
In Domino fisus Albin transire paratus.
Transiit ut flumen, secum tulit utile lumen,
Instans doctrine, sibi que fuit ars medicine,
Infundens oleum, curans inpendere vinum[8].
Hos, quos curavit, ad spem vite reparavit.
Wipenthorp venit, ibi sedem ponere cepit,
Clerum collegit, fratres sub iura redegit.
Relligio crevit, quam disciplina subegit,
Ecclesieque locum mutavit, nomen et ipsum;

a) *littera* **A** *minio picta c.* b) q̊: *c.*

1) *Schwale fluvium significavit nomine simili 'Schwalbe'. B.* 2) *Ioh.* 1, 14: verbum caro factum est. 3) *I. e. circa medium mensem Iun. a.* 1125. *B. Re vera a.* 1126. *ex. Vide supra p.* 90 *sq.* 4) *A.* 1123—1148. *B.* 5) *Cf. Matth.* 9, 12. *Marc.* 2, 17. *Luc.* 5, 31. 6) *Minime Brema, cum Vicelinus e Francia veniens Adelberonem et Heinricum regem Slavorum adierit. Cf. Helm. I,* 45. 46, *supra p.* 90 *sq.* 7) *Prov.* 30, 31: succinctus lumbos; *Eph.* 6, 14. 1. *Petr.* 1, 13: succincti lumbos; lumbos accingere *saepissime in Biblia Vulg.* 8) *Luc.* 10, 34: infundens oleum et vinum.

Quam modicam[1] reperit, in maiorem reparavit,
Nomen adaptavit de iure, Novumque vocavit,
40 Idque monasterium bene conviventibus aptum
Christo devovit fieri, cui vivere vovit.
Augustinus erat, hos qui per scripta regebat, 5
Nam normam vite clero determinat ipse.
Illum qui misit ut presul Atelbero vidit
45 Ecclesiam sane per eum bene fructificare
Perque virum talem divinam crescere laudem,
(1136). Hac letus venit altareque sanctificavit[2], 10
Incepteque domus titulo satis exhilaratus
Et dotes auxit et honores accumulavit:
1142. 50 Villam cum decimis[2], bannum cum parrochianis
Pastori primo condonavit Vicelino,
Commissa cura populi cum prepositura[3], 15
1141. Et bis septenas in parrochia bene cultas
Adiecit villas, decimas quoque contulit illas;
*col. 4. 55 *Inque locis quicquid accrescere postea possit
Incultis, in eas simul est collata potestas[4].
Ecclesiam Bishorst[5] illi subiecit et Ichhorst[6], 20
Bishorst cum bannis, bannos cum parrochianis[5];
Cum Wicfletensi[7] decima bannum dedit illi
60 Et decimas, Ciestre[8] retinet quas litus utrumque;
Ichhorst cum bannis, bannos cum parrochianis;

1) *Cf. supra p.* 93, *n.* 2. 2) *'Hamburg. UB.' I, nr.* 153, 25 *a.* 1136: concessimus . . ecclesiam . . . Novum-monasterium . . cum decimis . . . et quadam villa Drageresthorp, cum omni utilitate eius . . . quae nos in dedicatione altaris basilicae novae ibidem ab ipsis inchoatae usui . . fratrum mancipavimus. 3) *'Hamburg. UB.' I, nr.* 166, *a.* 1142: nomen prelationis tibi et . . successoribus tuis . . . 30 confirmamus, quatenus . . nomine et dignitate prepositus de Novo-monasterio dicaris . . . . Sed et parrochianos ad eandem ecclesiam . . . pertinentes . . committimus . . . Preterea . . ecclesiam Bishorst . . cum banno simul . . . concedimus. 4) *'Hamburg. UB.' I, nr.* 163, *a.* 1141: In Novo-monasterio . . decimam cum aliarum . . villarum 35 decimis veluti in . . . *(sequuntur* 14 *nomina).* Preterea de omnibus, quae in silvis sive paludibus . . . elaboraverint, . . decimationes accipiant. *Verba* Preterea — accipiant *iam in 'Hamburg. UB.' I, nr.* 159, *a.* 1139. *leguntur.* 5) *V. n.* 3. 6) *Hartwicus archiepiscopus in 'Hamburg. UB.' I, nr.* 230. *contendit a.* 1164. *se de propria benivolentia* 40 *praebendis fratrum adicere* . . . ecclesiam Ichhorst cum decima et banno. *Sed idem contendit de ecclesia Bishorst a.* 1142. *donata.* 7) *'Hamburg. UB.' I, nr.* 163, *a.* 1141: decimas . . usque ad lacum Wicflet. *Ibidem nr.* 230, *a.* 1164: adicimus . . paludem Wicflete cum decima et banno. *De situ vide ibidem nr.* 169. 179. 8) *'Hamburg. UB.' I, nr.* 163: 45 decimas iuxta fluvium Ciestere in utroque litore a villa Elmeshorne usque ad lacum Wicflet.

Bredenberg decimam claudunt[a] Stura, Lutesou unam[1], 1139.
Et Sladen ad Wilstram claudit cum Walburgou unam.
Presulis has decimas donavit larga voluntas[1],
65 Et Bishorstensis decimatio tota paludis 1146.
Additur[2], et queque fratrum labor occupat eque,
Eruit et queque suus agricultor ubique[3].
Hoc quoque permisit, ut, si quis pastor obibit,
Ne lis contingat, electio libera fiat; 1142.
70 Et sit cunctarum rerum respectus ad ipsum,
Subiectusque locus sit successoribus eius,
Hammamburgensi qui presideant bene sedi[4].
Talia collata pia presul Athelbero dona,
Cartas conscriptas et res in scripta redactas
75 Bullis firmavit bannoque suo stabilivit.
Inde videns domni presul studium Vicelini
Ad convertendas animas et salvificandas,
Illi vicinas placuit committere terras[5],
Lucrari gentes Christo simulachra colentes,
80 Ut vice pontificis solventis sive ligantis
Verba Dei sereret, credentes multiplicaret.
Tunc Heinricus erat, qui Slavis imperitabat,
Vicine genti sibi iure suo famulanti.
Hunc prudens adiit doctor suadereque cepit, 1126.
85 Ut propter summi pateretur premia regni
*Idola deponi Christoque Deo famulari *col. 5.
Ecclesiasque strui, per regnum delubra tolli.
At rex[6] Heinricus, fidei non fictus[7] amicus,

a) claudit c.

1) *'Hamburg. UB.' I, nr.* 159, *a.* 1139 *(nr.* 163, *a.* 1141*)*: decimas iuxta Wilstram fluvium, scilicet a lacu Sladen usque ad fluvium qui vocatur Waltborgou, necnon et alias decimas in australi plaga fluminis Sture, videlicet a fluvio Lutesou usque ad montem Bredenberch. 2) *'Hamburg. UB.' I, nr.* 179, *a.* 1146: paludem quae est versus Bishorst . . . . et decimationes . . que inde proveniunt . . usibus fratrum deputavi. 3) *Cf. p.* 226, *n.* 4. 4) *'Hamburg. UB.' I, nr.* 166, *a.* 1142: ut nullam in hac . . ecclesia prepositus Hammenburgensis vel alia quelibet persona potestatem habeat nisi tu et qui tibi . . prepositi per liberam fratrum electionem successerint et . . . a . . Hammenburgensis ecclesiae archiepiscopis investituram acceperint. 5) *Primum dedit Adelbero legationem praedicandi, deinde ad sustentationem fratrum donationes supradictas concessit.* 6) *Vere eum regem fuisse probavit multis testimoniis collectis W. Ohnesorge, 'Zeitschr. d. Ver. f. Lübeck. Gesch.' X,* 1, *p.* 97 *sqq.* 7) *Cf.* 1. *Tim.* 1, 5: fide non ficta.

Audit gratanter, que suaserat ille[a] decenter,
90 Iureque regali de causa spirituali,
Ut decuit, toti prefecit eum regioni[1]:
Idola destruere, fidei portas aperire[2],
In fidei verbis deponere colla superbis, 5
Ecclesias struere, perversos quosque docere.
95 His homo firmatus omni virtute probatus
Ecclesiam Bucue[3] veteri fundavit in urbe,
Misit eo fratres missas reverenter agentes
Officiumque suum: Liudolfum, Brun, Herimannum[4]. 10
Principe vivente[5] pacem fratres habuere.
1127. (Mart. 22.). 100 Defuncto rege mala protinus invaluere,
Expulsi stare fratres ibi non valuere.
Ergo concussus animo doctor reverendus
Regem Romanum perrexit adire[6] Liuderum[7], 15
Gestas exposuit res et votum patefecit,
105 Pro Christo plures se velle subire labores,
Ut tantum Christus cunctis fieret manifestus.
Quem bene suscepit cesar pius atque remisit
Conditione bona, non imminuens ea dona, 20
Quantis Slavorum rex investiverat illum[8];
1134? 110 Adiecit tamen his maiestas inperialis[9],
Indigenis terre concedens vel sua queque
Predia vendendi vel queque volent tribuendi

a) illi *c., emendavit Lindenbrog.* 25

1) *Nihil de hac re habet Helm. I,* 46, *supra p.* 91; *eundem errorem Sidonis epistola infra p.* 238, *l.* 27 *sq.* 2) *Cf. Actus* 14, 26: quia aperuisset gentibus ostium fidei. *B.* 3) *Bucu est nomen loci, quo Adolfus comes a.* 1143. *urbem hodiernam Lübeck fundavit. Sed Vicelinus a.* 1126. *in urbem dictam Alt-Lübeck venit; auctor igitur sub* 30 *nomine Bucue veteris recte hanc urbem intellegere videtur, cui tamen nunquam nomen Bucue fuit. Cf. W. Ohnesorge l. l. p.* 53 *sqq.* 4) *Qui demum circa a.* 1136. *missi sunt; Helm. I,* 54, *supra p.* 105. 5) *Nemo fratrum vivo Heinrico diutius Lubeke moratus est; v. Helm. I,* 46. 48. 54, *supra p.* 91. 93. 105. 6) *Gen.* 48, 1: ire perrexit. 7) *Cf.* 35 *Helm. I,* 53. *in. B.* 8) *De tabula Lotharii imperatoris St. nr.* 3293 *(Hamburg. UB.' I, nr.* 151*) v. Schirren, 'Beiträge' p.* 209 *sqq., Hauck, 'KG. Deutschlands' IV, p.* 602, *n.* 6; *Schultze, 'Die Urkunden Lothars III.' eam inter spurias non connumerat. — De confirmatione donationum Heinrici nulla in tabula fit mentio.* 9) *Tabula dicit:* concessimus, 40 ut illius terre habitatores liberam habeant potestatem offerendi sive vendendi bona sua prefate ecclesie vel alteri *(non* cuique; *Segebergensi?),* quam . . Vicelinus . . in eadem terra fundare studuerit. Idem concedimus ipsi de Holtsatis . . . *Praeterea concedit,* ut . . omnia que ipsis *(scil. fratribus, non Holsatis)* . . collata fuerint ab omni exactione 45 *absolvantur.*

Ecclesie cuique, quam construeret pater iste.
Insuper Holtzatis[1] loca per nemorosa locatis
115 Hec est libertas, hec est concessa potestas,
Hoc etiam donis cesar superaddidit istis,
5 *Ne gravet ulla suos exactio dura colonos; *col. 6.
Cartis inscripsit hec et bulla stabilivit.
Addidit[2] ad grandem Christi genitricis honorem 1137.
120 Pro prece[3] consortis thalami manus inperialis
In Sigebergensi villa[4] loca congrua patri,
10 Ut sub castello conversos collocet illo,
Predia villarum donans illis aliquarum.
Nomina villarum sunt hec subter positarum:
125 Est Sigebergensis illorum villa forensis[5],
Vicus Rikeri[6], cum Ziusla vicus Hageri,
15 Cum Witenburna bina vicus Moikigga,
Et quas incultas[7] sibi possunt addere villas,
Quas pariter funis amplectitur imperialis;
130 Castri namque iugum, quo tendant[a. 8] solis ad ortum,
Terminus Holtorum fines prefigit earum
20 Solis ad occasum[9]. Fuit hoc regi bene suasum,
Commoda terrena dare pro celestibus illa.
Scriptis firmavit hec et bulla solidavit.
135 Cesar ut hec fecit, vires pater inde recepit,
In Sigebergenses intendere cepit honores,
25 Fundavitque domum Domino, conscivit in unum[10],
Qui pro spe regni parerent relligioni.
Fecit conventum, bene cepit habere proventum.
140 Omnibus indixit omni quo tempore vixit,
Cesaris ut memores et regine simul omnes
30 Et Sigebergenses pariterque Monasterienses
Orent his veniam flectentes iudicis iram

a) cum tendat *mutarit B.*

1) *Minime. V. p.* 228, *n.* 9. 2) *De tabula Lotharii imperatoris monasterio Segebergensi data v. supra p.* 105, *n.* 1. 3) Pro
35 remedio animae *tabula.* 4) *De hac nihil in tabula, necdum villa tunc existebat. B.* 5) *Helm. I,* 58. *in., a.* 1143: incommoda fori . . forensis ecclesia. 6) *Tabulae recensio A (Hasse, 'Regesten' nr.* 73*):* Rizeristorpp, Hageristorpp, Zuizle, Movene (*lege* Moicene), duo Wittenburne. 7) cum omni utilitate . . cultis sive incultis *tabula.* 8) *Scil.*
40 *fratres.* 9) *Id est: castrum Segeberg est finis et terminus harum villarum et possessionum ad orientem, terra Holsatorum ad occidentem.* 10) *Cf. Helm. I,* 53. *ex., I,* 55. *in.*

Pro multis donis, que causa relligionis
145 Ecclesiis illis tribuere Deique pusillis.
Sic semen iactum succrevit centuplicatum[1]:
Ad Travenam iactum cepit contingere Penum,
*col. 7. *A modico fluvio, qui vulgo vocatur Hyrundo, 5
Ad mare nimbosum, quod vergit solis ad ortum,
150 Ramos[2] extendit, in cor maris[3] inde tetendit.
Ecclesiis[4] positis accrevit turba fidelis:
Aldenburg, Sarou, Plunen, Burnhavede, Bosou
Cum Zlameresthorpe, Suslen, Wendsina, Tadesla. 10
Sed post hec annis viginti quinque peractis[5],
155 Per quos ingenuus vir et illustris Vicelinus
Multos sudores tulerat variosque labores
Et Christi cultum plantarat sanguine fratrum,
Hammaburg Hartwicus presedit nobilis ortus, 15
Qui divestitam dum sedem metropolitam
160 Cerneret ac gentes sibi subtractas boreales[6],
Danos cum Suedis, Normannos cum Scridevindis[7],
Hammamburgensem reparari nisus honorem
Est perscrutatus, hoc munere quis foret aptus. 20
Strennuus in rebus tunc inventus Vicelinus
1149. (Sept. 25). 165 Est sublimatus in honorem pontificatus:
Aldenburgensis locus est per eum renovatus,
Et presul dictus est Antiquipolitanus.
Est Evermodus Racesburg sede levatus[8], 25
Tercius est dictus Emehard Magnopolitanus.
170 Hi tres pontifices auxerunt Hamburg honores,
Istos Hartwicus promovit nobilis ortus,
Clarus ut exinde foret archiepiscopus ipse,
Et successores reperirent sedis honores. 30
Ergo predictus vir apostolicus Vicelinus
175 Sic exaltatus in honorem pontificatus
Extulit in culmen condonatum sibi lumen,
Lumen in ecclesiis et clero relligionis,
Lumen honestatis populo fuit et pietatis. 35

1) *Luc.* 8, 8: (semen) fecit fructum centuplum. 2) *Is.* 6, 13: quercus quae expandit ramos suos. 3) *Cf. supra p.* 16, *n.* 3. *De Rugianis, non de Livonibus hoc dictum esse puto; cf. Schirren, 'Beiträge' p.* 233. 4) *Vide dissertationem supra p.* 113, *n.* 5. *dictam.* 5) *Secundum v.* 8 *sqq. esset a.* 1150; *at Hartwicus I. sedit a.* 1148—1168. 40 6) *Cf. Helm. I,* 69, *supra p.* 130. 7) *De Scridevindis v. Adam. IV,* 24; *schol.* 132; *'Hamburg. UB.' I, p.* 792. *B.* 8) *Quod demum inter a.* 1152. *et* 1154. *factum est; Helm. I,* 77, *supra p.* 145.

*Primos sudoris fructus propriique laboris[a], *col. 8.
180 Et Sigebergensem clerumque Monasteriensem
Affectu patris refovebat amoreque matris
Et lac maternum prebens panemque paternum,
Sumptus carnales dans his et spirituales,
Moribus et vita fuit omnibus unica forma.
185 Hincque videns portas fidei clementer apertas[1]
Slavorum populo, quem foverat ipse, tenello
In fidei norma, fit et illis amodo forma,
Quomodo mente bona contempnant idola vana,
Christum vero Deum credant, qui regnat in evum.
190 Promovit clerum pro curis ecclesiarum,
Pastores posuit in eis, quas ipse dicavit,
Deque monasterio proprio sibi collocat isto
Natu maiores in claustrum Sigeberg omnes.
Illic prepositus Liudolf[2], Thietmarque[3] decanus
195 De Brema raptus, Rachel complexibus aptus,
Presbiter et Flandrus ibi Volchart[4] claviger aptus,
Et reliqui fratres ibi cum pueris seniores.
Cessit et in Kevena Liudmundo prepositura[5],
Presbiter aptus ei Meinbrandus[b, 6] fit comes illi.
200 Hinc quoque subtracti sunt fratres per loca sparsi:
Aldenburgensis Brun[7], Helmold erat Bosowensis[8],
Deilaph Suslensis[9], Herioldus Burnhavedensis
Et Bishorstensis Heriman, Ecbrecht Porokensis[10].
Tales quippe viros elegerat ille sacerdos,
205 Miserat in multam quem presul Athelbero messem[11],
Qui secum sererent et messem multiplicarent.

a) *versus post vel ante hunc versum excidisse videtur, nisi auctorem* primos sudoris fructus *dixisse credis* clerum *sequentis versus. O. H.-E.* b) Membrandus, *ut videtur, c.*

1) *Cf. supra p.* 228, *n.* 2. 2) *Praepositus Cuzelinae sive Segeberg factus, ut videtur, a.* 1152, *supra p.* 144 *sq.; cf. 'Hamburg. UB.' I, nr.* 160, *p.* 149. 3) *Cf. supra p.* 87, *n.* 3. *et p.* 113, *n.* 4. 4) *Cf. supra p.* 94, *n.* 2. 5) *Liudmundus a.* 1136. *a Vicelino Segeberg missus est, Helm. I,* 54, *supra p.* 105. *A.* 1139. *subscripsit 'Hamburg. UB.' I, nr.* 160: prepositus de Heslinge; *quo monasterio Kevenam translato a.* 1164. *'Hamburg. UB.' I, nr.* 230: prepositus de Kevena. *Cf. Helm. I,* 47 *ex. (B).* 6) *Tabulae Vicelini a.* 1150. *Novi-monasterii datae subscripsit* Membrandus sacerdos; *'Zeitschr. d. Ges. f. Schleswig-Holstein.-Lauenb. Gesch.' VIII, p.* 310. 7) *A.* 1156. *a Geroldo Aldenburg missus est; Helm. I,* 84. (83), *supra p.* 163 *sq. (B).* 8) *V. praefationem ad Helm.* 9) *Et hic demum a Geroldo a.* 1156. *in locum suum missus est, Helm. I,* 84. (83). *ex. B.* 10) *Urbis hodie Preetz dictae? B.* 11) *Matth.* 9, 37. *Luc.* 10, 2: Messis . . multa.

Sed pene disiecta domus hec sic est reparata:
Eppo Frisensis prior et vir spiritualis,
Ut Domino vovit, immobilis ipse remansit;
*col. 9. 210 *Reimbertus mansit etiam, quem Flandria misit.
Tunc iuvenum numerus sensim succrevit adauctus, 5
Qui disciplinis instructi relligionis
Servantesque locum ceperunt sistere gressum.
Post hec fervente studio pietatis ubique
215 Prepositum nostrum seu pontificem Wagerorum
Et labor absumpsit multus seniumque gravavit, 10
Corpore defecit, graviter languescere cepit.
O quam iudicia nobis divina tremenda!
Lectulus excepit quem morbus pondere pressit,
220 Lingua privavit, languentia membra resolvit,
Detinuitque duos iunctis sex mensibus[1] annos. 15
Hunc egrum fratres tenuere Monasterienses,
Suntque velut patri sibi dilecto famulati.
Ut consummatus est et velut igne probatus[2],
225 Ille vir egregius est tandem carne solutus,
Spiritus exceptus celesti sede receptus. 20
1154. In medio mensis qui dicitur esse Decembris,
Dec. 13. (12). Idibus eiusdem presul defungitur idem[3]
Anno milleno centeno ter duodeno,
230 Addas his annos bis dinumerando novenos,
A patre transmissus ex quo Deus est homo factus. 25
Hammamburg sedit tunc archiepiscopus Hartwich,
Cesar et augustus Romanus erat Frithericus,
Dux erat Heinricus, comes Holtsatensis Adolfus,
235 Filius Ammonis Marcradus erat regionis
Prefectus, patrie prudens vexillifer ipse[4]. 30
Annus erat quintus ipsius pontificatus[5],
Qui presul dictus est Antiquipolitanus,
Ecclesie primus pastor nostre[6] Vicelinus,
240 Eius et adventus fuit hac tricesimus annus[7].
*col. 10. *Corpus in ecclesia positum coram crucis ara 35
Fratres ecclesie digno venerantur honore,
Et plures hodie venientes officiose
Vota vovent Domino, reddunt sua vota sepulto.

1) *Cf. Helm. I,* 75, *supra p.* 144, *l.* 22 *sqq.* 2) Igne probari *saepe in Vulg.* 3) *Helm. I,* 78: II° Idus Decembris. *B.* 4) *Cf. supra p.* 93, *n.* 1. 5) *Sextus in. B.* 6) *Scil. Novimonasterii.* 7) *Secundum v.* 8 *sqq. viginti novem cum circiter sex mensibus, re vera circiter viginti octo. Et Helm. I,* 69, *supra p.* 131, *loquitur de triginta annis, qui iam a.* 1149. *praeterierint; vide l. l. n.* 2. 40

245 Eppo prepositus hunc est virtute secutus,
Cum populi cura remanens in prepositura.
Iste domum Domini fabrica perfecit in omni,
Vixit sex[1] annis in cultu relligionis, 1155—1163?
5 Sextum post annum cure linquens Herimannum,
250 Qui bis septenis post illum prefuit annis 1163—1177?
Et sua, dum vixit, satis apte tempora rexit.
Huius temporibus Hartwicus presul honorus 1163.
Templum sacravit et dotes amplificavit[2],
10 Cunctaque firmavit, que presul Athelbero scripsit.
255 Hinc quoque prepositus defecit morte Liudolfus[3],
Et Sigebergenses consensu convenientes
Sumunt prelatum sibi Bremensem Thidericum[a].
Preposito vero defuncto post Herimanno,
15 Diraque mors omnes ut consumpsit seniores,
260 Suppositis humeris[4] onus assumpsere[5] laboris,
Quos bona pastoris scola prima Monasteriensis
Foverat infantes et noverat insipientes,
Artibus et studiis simul informarat honestis,
20 Quos Augustini lex cum monitis Vicelini[b]
265 Instituit pariter et vivere convenienter,
Ut memores patrum leges teneant seniorum,
Participes morum sint heredesque laborum,
Ut donum regni mereantur iure perhenni.
25 Aldenburgensi transmittitur a duce sedi 1155—1163.
270 Geroldus Suevus, qui sedem pontificatus
Aldenburgensem primus fecit Liubicensem. 1163.
*Conradus sedem germanus frater eandem[6] *col. 11.
Post illum tenuit, Heinrico vero reliquit[7], 1167.
30 Flandria quem misit: hos dux in sede locavit. 1173.
275 Post hos[8] prepositum Sygebergensem Thiedericum 1186.

a) Thidericu *c.* b) ic *evanuit c.*

1) *Quod mihi dubium est; cf. Helm. I,* 94, *supra p.* 185, *n.* 3. 2) *Cf. Helm. I,* 94. (93) *ex.; 'Hamburg. UB.' I, nr.* 230. 3) *Post a.* 1164, *quo subscripsit testis tabulae 'Hamburg. UB.' I, nr.* 230, *p.* 164. *B. Sed iam a.* 1162, *'Hamburg. UB.' I, nr.* 224, *p.* 209, *occurrit* Theodericus prepositus de Sicheberch; *de tabula 'Mecklenb. UB.' I, nr.* 65, *cui idem subscripsit, v. supra p.* 174, *n.* 2. 4) *Cf. Gen.* 49, 15: supposuit humerum suum ad portandum. 5) *De tertio praeposito Novi-monasterii Sidone agitur nomine suppresso.* 6) *Sedit ab a.* 1164. *Febr.* 1. *ad a.* 1172. *Iul.* 17; *v. Arnoldi Chron. Slavorum I,* 8. *et Necrolog. S. Michaelis, Wedekind, 'Noten' III, p.* 52. *B.* 7) *Cf. Arnold. l. l. I,* 13. *III,* 3. *B.* 8) *De Conrado a.* 1183. *electo, qui mox episcopatu se abdicavit, tacent versus; v. Arnold. l. l. III,* 6. *B.*

Collocat in sedem cesar Frederic Liubicensem [1].
1168. (Oct. 11). Vita decessit ubi presul nobilis Hartwich,
Baldwinum sedi cesar misit dominari [2];
1178. (Iun. 18). Qui post subtractus a vita morteque raptus
280 Sifrido sedem dimisit pontificalem [3], 5
1180. Qui [a] de Brandenburch translatus sedit in Hamburch.
Tunc de Bruneswic dux famosissimus Heinric
Culmine privatus est et ditione ducatus,
Suscepit regimen Anahaldensis comes iddem
285 Bernhardus, cuius germanus et ille Sifridus 10
Hammamburgensis fuit Ottoque Saltwidelensis [4].
Sed post hec ternis [5] ubi sedi prefuit annis,
1185. (Febr. 22). Sifridus moritur, Hartwicus sede levatur [6].
Hic mirare Deum, qui dives nunc et in evum
290 Disponit totum iusto moderamine mundum, 15
Exaltans humilem, propulsat sede potentem [7],
Omnibus in morum dans culmine spem meliorum.
Utlede progenito datur infula pontificalis,
Cuius conditio fuit ordo ministerialis.
295 Iste manus mittens ad fortia [8] queque deinceps 20
Est satis inventus industrius atque paratus
In causis rerum sane discernere verum.
Hic res ecclesie statuens non dilapidare
Iussum papale servavit et imperiale,
300 Nam non exhausit sibi credita, sed magis auxit [9]. 25
Hic quoque Birsenses dictas dudum moniales
Eiecit quasdam, maculaverunt quia famam
*col. 12. *Vite communis et celibis atque salubris,
Quasdam collegit et eas sub iura redegit,
305 Fecit claustrales, veluti decuit moniales. 30

a) *V.* 281—286. *fortasse alia manu scripta sunt.*

1) *Cf. Arnold. l. l. III,* 14; *tabulae Friderici I. imp. a.* 1186. *Nov.* 28. *datae (St. nr.* 4472*) subscripsit* Theodericus Lubicensis electus, *qui ipso illo tempore investituram accepit.* 2) *Cf. Dehio, 'Gesch. des Erzb. Hamburg-Bremen' II, p.* 89 *sqq.* 3) *Cf. ib. p.* 93 *sqq.* 35 4) *Omnes filii Adalberti I. marchionis Brandenburgensis.* 5) *Sunt anni* 4, *mensis* 1, *dies* 3 *vel* 5 *ab a.* 1180. *Sept.* 21. *ad a.* 1184. *Oct.* 24; *v. 'Hamburg. UB.' I, nr.* 266; *Dehio l. l. p.* 99, *n.* 2. 6) *Electus est* octava Kalendas Februarii, chathedra sancti Petri apostoli, *'Hamburg. UB.' I, p.* 238; *ergo intellegendum esse diem Febr.* 22. *(VIII. Kal.* 40 *Martii) Lappenberg l. l. n.* b *recte adnotavit. Alia argumenta pro electione die Ian.* 25. *facta allata stare non possunt, quod hic exponere longum est.* 7) *Luc.* 1, 52: Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles; *cf. Arnoldi Chron. Slav. VII,* 12, *v.* 3. *B.* 8) *Prov.* 31, 19: Manum suam misit ad fortia. 9) *Cf. Matth.* 25, 14 *sqq. Luc.* 19, 12 *sqq.* 45

Harum cum cura suscepta prepositura
Domnus Thietmarus tulit impositum sibi pondus
Claustri Birsensis, prior ante Monasteriensis;
Qui disciplinam reputans anime medicinam
5 310 Portas exstruxit, valvas appendere cepit,
Vectes opposuit[1] et clavibus ostia clausit,
Crudelis patulas ne mors ingressa fenestras
Obruat incautas[a] eterno lumine privans,
Tollat corruptas perimens in crimine captas.
10 315 Cuius cernentes ille studium moniales
Sub vigili cura susceperunt sua iura,
Iura tenenda bonis habitu sub relligionis,
Et discipline cervices subposuere.
Anno milleno centeno bis quadrageno, 1185.
15 320 Adiectis annis a Christi tempore quinis
Hec est divine sacra commutatio dextre[2],
Que bona sunt solidans, mala pellens, tempora mutans[3].
Est ad cor magnus Vicelinus et hic revocandus,
Pro studio cuius Deus est reverenter amandus.
20 325 Nam, velut elucet, sibi credita vinea floret,
Floret adhuc, ramos quia profert multiplicandos.
Hammamburgenses hoc norunt et Statherenses,
Non ignorat eum tenuit quem Brema magistrum,
Aldenburgenses hoc dicunt et Plunienses,
25 330 Hoc Sygebergenses ostendunt et Liubicenses,
Racesburgenses affirmant et Diminenses,
Contradicentes non sunt his Magnopolenses,
Non sunt Milenses[4] cum Sleswic ista negantes.

a) incau:tas *c., littera erasa.*

30 1) *Cf. Iob* 38, 10: posui vectem et ostia. 2) *Ps.* 76, 11: Haec mutatio dexterae excelsi. 3) *Cf. Dan.* 2, 21: Et ipse mutat tempora et aetates, *et similiter saepe Daniel.* 4) *Incolae, ut videtur, civitatis Meldorf. B.*

SIDONIS EPISTOLA[a].

Domino Gozwino[b, 1] confratri et sacerdoti[c] de Haseltorpe[d] Sydo, pusilli gregis[2] in Novo-monasterio minister exiguus, in ambiguis causis spiritu regi discrecionis. Ecclesiam Bishorst[e], ut audivimus, divestire[f] nitimini[g], eo quod transacte rei seriem ignoretis aut certe scire vos[h] dissimuletis. Ut igitur nova et intricata per vos emersa planius enodetur questio, novo et altiori prorsus eget[i] exordio.

Ante tempora recolende memorie[k] Lyemari archiepiscopi Christianitas cepta in provincia Wagrie ante multos annos abolita defecerat, et Christianis omnibus expulsis paganismus invaluerat. Barbari denique iugo Christianitatis[l] excusso[m] in Christianos sibi contiguos nimio furore debachati sunt et provinciam nostram usque Etzeho[n] totam pene depopulati sunt[3]. Tempestas hec persecucionis sevissima usque ad tempora et ultra predicti[o] pontificis crudeliter desevit, et terra pene in solitudinem redacta est[4], quia principes Saxonie auxilium subtraxerunt, eo quod durum esset ancipiti forte[p] se immergere periculo[5], aut certe quia difficilis et incertus esset Albie transitus in tam ambiguis et continuis casibus. Quapropter communicato cum suis dominus archiepiscopus consilio decimam provincialibus relaxavit et, *ne terra in*

1066. *Gen.* 47, 19.

a) Epistola missa ad quemdam in haseltorpe 2ª; *nulla inscriptio* 1. 2ᵇ. b) Godzwno 1; gozomo 2ª; Gozoino 2ᵇ. c) et sac. *om.* 2ª·ᵇ. d) Haselthorpe 1. e) Biishorst 2ᵇ. f) deuestire 1. g) queritis 2ª·ᵇ; *cf. infra p.* 242, *l.* 17: dimembrare nitimini. h) vos *om.* 1. i) egit *corr.* eget 2ᵇ. k) recol. mem. *a scriba in marg. suppl.* 2ª. l) cristianitas, cristiani *etc. saepe* 2ª·ᵇ. m) expulso 2ª·ᵇ. n) Idzeho 2ª. o) predā 2ª; *potius* predā *quam* predēī 2ᵇ. p) sorte 1.

1) Gozwinus Hammenburgensis eccl. canonicus *occurrit a.* 1162, '*Hamburg. UB.*' *I, nr.* 224, *p.* 209; Gozwinus Lubicensis eccl. canonicus *in tabula post a.* 1172. *data, Leverkus l. l. nr.* 10, *p.* 15. 2) *Luc.* 12, 32: pusillus grex. 3) *Helm. I,* 19 *supra p.* 40, *similia alio tempore gesta narrat, quae Sido fortasse legit et depravavit.* 4) *Gen.* 47, 19: ne . . redigatur terra in solitudinem; *cf. Exod.* 23, 29. *Ier.* 50, 13. 5) *De bellis Saxonum cum Heinrico IV. et V. gestis ab Helm. narratis cogitare videtur.*

solitudinem redigeretur[a], concessit, ut sex modii frumenti de opere aratri pro decima solverentur[1], et quia provincia eorum contigua esset terminis hostium, et nulla erat difficultas locorum ad impediendos insultus eorum incertos, pro hoc ipso levamine animequiores[b] incole et paratiores essent resistere persequentibus. Post discessum Lyemari archiepiscopi preerat sedi Bremensi Humbertus episcopus[2], post hunc Fridericus[c] episcopus[3], qui[d] ambo pallio archiepiscopali caruerunt[4]. Illis decedentibus successit[e] Adelbero[f] archiepiscopus[5], qui pallium a papa Innocentio[6] suscepit. Accessit[g] tunc temporis gravamen maximum Bremensi ecclesie, quia aquilonales[h] episcopi, qui a tempore beati Anscharii et a diebus Lothowici[i] imperatoris, qui fuit filius Karoli[k] Magni, suffraganei[l] Bremenses[m] fuerant, subtraxerunt[n] se a subiectione debita, et Acerus Lundensis episcopus[7] rapto fraudulenter pallio primus Danie archiepiscopus factus est. (1104.) Cum igitur iam desperatum esset Christianitatem diu abolitam[o] recuperari posse in Wagria, et in augmentum doloris[8] a dominio[p] Bremensis sedis episcopi recessissent[q] in Dania, tantis angustiis et pressuris archiepiscopo Adelberone[r] involuto *pater misericordiarum et Deus tocius consolacionis* (*2. Cor.* 1, 3.) dedit tandem invenire consolacionem[9]. Invenit enim inopinate sacerdotem, qui scole[s] Bremensi preerat[t], Vicelinum (*cf. V.* 20.) nomine, virum secundum cor suum[10], cuius repente Dominus spiritum suscitavit[11] et cor amoris sui igne succendit[u]. Succensus totus *obsequium*[v] *se Deo prestare* (*Ioh.* 16, 2.) vovit, transire Albiam[12], periculis se inmergere, verbum ewangelii in gentibus disseminare[13] constanter statuit. Acce-

a) redigatur *Vulg.* b) aquilonales inc. paratiores 1. c) Fredericus $2^{a.b}$. d) quia $2^{a.b}$. e) succ. *om.* $2^{a.b}$. f) Athelbero 2^b; Adalberto 1. g) successit 1. h) *prius* l *a scriba supra lineam suppl.* 2^b. i) Lodebici 1. k) Caroli 1. l) suffranei 2^a. m) bremensis 2^b; Bremenn *ut saepe* 1. n) subtraxerant 1. o) obolitam 1. p) domino 1. q) secessissent (?) 1. r) Adelborone 2^b; Adalberone 1. s) schole 1. 2^a. t) perrexerat 2^a. u) suscitavit *iterum* 2^b. v) obsequi 2^a; obsequiū 2^b, *signum compendii paene evanuit.*

1) *Cf. supra p.* 179, *n.* 4. 2) *Sedit a.* 1101—1104. *B.* 3) *Sedit a.* 1104—1123. *B.* 4) *Cf. Ann. Hildesheim. a.* 1123. *B.* 5) *A.* 1123—1148. *B.* 6) *Immo a Calixto II; v. 'Hamburg. UB.' I, nr.* 136, *p.* 126. *B.* 7) *Sedit a.* 1089—1137, *archiepiscopus factus a.* 1104. *Cf. Dehio, 'Gesch. d. Erzb. Hamburg-Bremen' II, p.* 22, *n.* 2. 8) 2. *Mach.* 9, 11: doloribus suis augmenta capientibus. 9) 2. *Thess.* 2, 15: dedit consolationem. 10) *Act.* 13, 22: Inveni David . ., virum secundum cor meum. 11) 1. *Par.* 5, 26. *etc.*: suscitavit . . spiritum. 12) *Vers.* 29: Albin transire paratus. 13) *Act.* 13, 49: Disseminabitur . . verbum Domini; 15, 7: audire gentes verbum evangelii; *cf. p.* 238, *l.* 3.

Helm. I, 46. dens autem ad archiepiscopum cor suum tali zelo[a] accensum aperuit[b], ille vero sermonibus ad tale negocium competentibus eum valde animavit. Commendatum eum divine gratie Eph. 3, 8. dimisit, *ewangelizare* verbum Dei[1] *in gentibus* auctoritate Helm. I, 47. sua misit[c]. Ecclesiam antiquitus Wipentorp[d]; [2], nunc 5 Novum-monasterium nuncupatum, cum parrochia in terminis regnorum sitam ei dimisit, ut ibi manens, cum per gratiam Dei ostium fidei patere[e]: [3] videret[f], facilem[g] ad barbaros haberet[h] accessum et, si persecucio urgeret, celerem haberet recessum. Ecclesiam Bishorst[i] cum parrochia 10 super litus Albie sitam, scilicet villis Wlberse et Rotmersvlete[k]. [4] et reliquis, eo quod remotus locus a barbarica persecucione esset, ei adiecit, ut, si quando[l] aliqua necessitate a mansionibus suis arceretur, refugium in tutioribus locis inveniret, eo quod locus ille propter[m] 15 circumadiacentes paludes omnibus esset inaccessibilis[n]. Predictus igitur sacerdos venerabilis talibus ab archiepiscopo suffultus adminiculis, adiunctis sibi in opus ewan- V. 34. 35. gelii fidelibus[o] sociis[5], primo sibi sedem[p] manendi in Novo-monasterio collocavit. 20

Inde succinctis lumbis[6] egrediens et regrediens, ut barbaros sub iugum fidei reduceret[q], verbo Dei instanter et intrepide cum suis insudavit. Nullam ecclesiam in tota provincia Wagrie invenit[7], omnes Christianos de terra[r] eiectos reperit[s]. Solus rex eorum Hinricus[t] 25 nomine Christianus Christianis favebat, quia suos[u] sibi rebelles per eos subiciens servire sibi compellebat. V. 88—94. Qui sacerdotem ad se venientem benigne suscepit, humane tractavit et toti regno suo in spiritualibus eum prefecit. Auctoritate igitur regia fultus cepit cum suis verbo predica- 30 Marc. 16, 20. tionis[v] viriliter[w] insistere et *Domino cooperante* ad fidem

a) zelo *om.* 2a. b. b) operuit 2b. c) misit 1. 2a. b, *reiecit B.* d) Wypentorp 2b. e) patrie *perscript.* 2a. b. f) uiderat *corr.* uident 1. g) fac. se ad 2a. h) fac. hab. ad barb. acc. 1. i) Biishorst 2b. k) reemersulete 2a; Rotmersulethe 2b. l) aliquando *add.* 2a. m) pr. *om.* 1. n) omn. exteris Nauessibilis 1. o) fid. *om.* 1. 35 p) sedem *om.* 1. q) duceret 2a. b. r) de terra *om.* 1. s) respicit 1. t) Henricus *h. l.* 1. u) solas (*corr.* solus?) 1. v) predicationibus 1; cum suis *iterum add.* 2b. w) fideliter ins. et viriliter 2a.

1) *Act.* 8, 4: evangelizantes verbum Dei. 2) *Cf. Vers.* 34; *Helm. I,* 94, *supra p.* 185. 3) *Act.* 14, 26: aperuisset gentibus ostium 40 fidei. *B.* 4) *Athelbero a.* 1142. *concambium, quo Vicelinus cum fratribus suis accepit* decimationem super Bishorst, Rotmersflete, Wulbersen, *confirmavit, non ipse haec donavit; 'Hamb. UB.' I, nr.* 166a, *p.* 782; *Hasse, 'Regesten' nr.* 83. 5) *Helm. I,* 46, *supra p.* 91. 6) *Cf. supra p.* 225, *n.* 7. 7) *Cf. Helm. I,* 35. 41, *supra p.* 69. 84. 45

multos[a] convertere. Sacerdotes tres: Ludolphus[b], Herimannus[c], Bruno cum sibi adherentibus Lubike missi sunt[1], et quia habitator ibi nullus[d] erat, et mercatores mercimonia sua incolis deferentes anchoras suas iecerant ad municionem Hinrici regis Slavorum, ubi confluencia est[e] aquarum et fluvius Swartow[f] defluit in Travenam[2], ad eos diverterunt, et quia infra vallum municionis ecclesia lapidea inventa est, illuc convenientibus divina celebraverunt. Ludmundus[g] sacerdos cum sociis sibi idoneis[h] Sigheberghe missus est, qui et ipse illuc concurrentibus[i] missas in tuguriis agendo consolacionem non minimam impendit. Sed brevi post spacio deficiente ab hac vita rege prefato ceperunt contra sacerdotem mala multa succrescere. Christiani a barbaris de terra expelluntur, doctores fidei per fugam vix[k] salvantur. Sacerdotes a piratis[l] Lubeke quesiti, ut interficerentur, declinantes interitum in densitate arundineti[m] mersi in aquis usque ad aures delituerunt[n] et post discessum latronum venientes Bishorst[3] salvati sunt. Similiter et Ludmundus[g] sacerdos cum suis declinans seviciam persequentium[o] de Sigheberghe[p] Bishorst receptus est; Volkerus[q] frater ad Travenam[r] a Slavis occisus in Novo-monasterio sepultus est.

V. 97. 98. — Helm. I, 54. 1136. — V. 99–101. — Helm. I, 55. 1138. — ib.

Non potest a memoria excidere, quod[s] ea tempestate conventus Novi-monasterii per saltus et nemora diffugiens latibula quesivit in paludibus *a facie gladii*[4] persequentium. Ornatus ecclesie nostre[t] in libris et scriniis et reliquiis et[u] ceteris utensilibus Bishorst[v] transmissus est totus. Locus iste[w] factus est unicum[x] refugium persecucionum mala declinantium. Ibi persone de Novo-monasterio utiliores et magis idonee propter incursus barbarorum misse, oportuno tamen tempore in opus ewangelii denuo mittende, conservate sunt. Sed a reliquis in Novo-monasterio remanentibus *oratio fiebat*

Act. 12, 5.

a) mltos 2b. b) luttolphus 2a. c) hermannus 1. 2b. d) nullus ibi 2b. e) est confl. 2a. b. f) Zwartow 1. g) Lundmundus 1. h) ydon. *semper* 2b. i) conuenientibus *corr.* concurrent. 1. k) uero 1; vix per fugam 2a. l) pyratis 2b. m) harund. 1. n) delicuerunt 2a. b. o) persecutionum 1. p) segheberghe 2a. q) Volterus 2a; Wollgerus 1; *seq.* sacerdos *minio delet.* 2b. r) Trauennam 1; traue 2b. s) qua 1. t) nostre *om.* 1. u) et *om.* 1. v) Bii *statim corr.* Bishorst 2b. w) ille 1. x) ut 1.

1) *Ex Helm. I,* 48. 54, *supra p.* 95. 105, *haec corrigenda sunt. B.* 2) *Cf. supra p.* 69, *n.* 2. 3) *Hinc incipiunt commenta. Cf. omnino Helm. I,* 55. *B.* 4) *Saepe in Vulg. legitur* a facie gladii *ut Iob.* 19, 26. *Ier.* 25, 16. 27. 32, 24.

sine intermissione ad Deum pro eis ad opus Dei conser- *V. 102—104.* vandis. In his malis constitutus sacerdos noster Vicelinus in Lotharium[a] imperatorem se contulit et statum miserandum ei adnuncians provincie, ut paci firmande incolis terre *Helm. I, 53.* prospiceret, ad montem Sigheberghe[b] visendum eum invitavit. Qui situm montis et loci[c] diligentius[d] intuens municionem fieri utilem in eo posse previdit et statim sepe circumposita custodiam militum in eo collocavit. Ut autem Christianis[e] se nolle deesse certius demonstraret et robur ad resistendum paganis et fiduciam augeret, congre- *ib.* gacionem[f] claustralium prope castrum fieri instituit et locum habitandi determinavit[g] ad occidentem montis solitudinem cis Travenam et citra[1], sex etiam[h] villas loco subservituras[i] destinavit, cultaque et inculta omnia collata bulla sua[2] et privilegio auctoritate imperiali confirmavit et sacerdoti nostro, qui iam ab archiepiscopo Bremensi in pre- *Helm. I, 53.* posituram Novi-monasterii confirmatus fuerat[3], omnia promovenda commendavit. Ex tunc virtus barbarorum infirmari, pars fidelium ad incolendam terram cepit roborari[4], ydola et delubra deponi, ecclesie Christo[k] ceperunt construi[l]. Vivente denique imperatore Lothario *pro- 1. Mach. 2, 47. speratum est opus* Dei *in manibus* sibi servientium. Ec- *Helm. I, 58.* clesia Sigheberghe[m] erecta est[5], fratres etiam de Novomonasterio[6] cum libris et scriniis et campanis et ceteris in servicio Dei[n] necessariis, cum equis et bubus, cum[o] aratris et plaustris[p] et personis ad id opus idoneis pro *ib.* cura rei familiaris Hagherstorp[q] missi sunt. Et quia ville ceperunt inhabitari, et ipsi verbo Dei fiducialius insistere et terram[r] cum ceteris ceperunt incolere et ibi- *ib.* dem edificia claustri instruere, eo quod locus ille remotus ab urbe et a[s] tumultu secularium commodior videretur et secretior quieti et discipline claustralium. Sacerdotes loco isti[t] preesse missi sunt: Thietmarus, qui decanus Bremensis in Novo-monasterio se dediderat[u], Volchardus[v] etiam sacerdos cum ceteris iunioribus[7] et clericis et laicis, qui et

a) Lutherum *fortasse* 1, *sed post mutatum.* b) Segheberghe 2[b]. c) loci montis 1. d) diligenter 2[a.b]. e) cristianus 2[b]; explorans 1. f) et congr. 1 *forte recte.* g) demonstravit 2[a.b]. h) etiam *om.* 1. i) subseruitur9 2[b]. k) ceper. Cristo 2[a.b]. l) consecrari 2[a]. m) Sighenberghe 1 *h. l. et infra l. p.* 241, *l.* 3; Segheberghe 2[b]. n) Dei serv. 2[a.b]. o) et 1. p) paustris *corr.* plaustris 1; palustris 2[a.b]. q) Hagerstorp 1; hagherstorpe 2[a]. r) terra 2[b]. s) a *om.* 1. t) illi 2[a.b]. u) dederat *statim corr.* dediderat 2[a]. v) Valchardus 1; volkardus 2[a].

1) *Cf. V.* 130—132. 2) *Cf. V.* 118. 128. 3) *Cf. V.* 52. 4) *Cf. V.* 135. 5) *Cf. V.* 136—139. 6) *Cf. Helm. I,* 57. *ex.* 58. *in.* 7) *Cf. V.* 197. 259.

verbo et exemplo indigenis decenter satis monita salutis[1] ministrabant. Comes Adolphus, vir prudens et strennuus, castrum Sigheberghe cum provincia Wagria adiacente ab imperatore Lothario possidebat[2], qui et Holtzacie[a] et Sturmarie[b] presidebat in comicia. Post non longum temporis[c] intervallum videntes denuo Slavi omni die virtutem suam inminui et terram suam[d] a Christianis Teutonicis incoli, exarserunt[e] in ira et facientes tres cuneos una[f] die in tribus locis, Lubeke, Susle[g] et Sigheberghe[h], terram latrocinio invaserunt et villas multas incendio vastantes inopinato impetu multos ceperunt, plures occiderunt. Ipsa die Elvericus[i] frater a Slavis occisus est ad Travenam[k], delatus inde in Novo-monasterio sepultus est. Qui Hagherstorpe[l] erant, in latibula diffugientes[m] salvati sunt, eo quod latrones loco illo Travenam non transierunt et conventum forte ibi[n] esse clericorum ignoraverunt[o]. Reversi[p] ad sua latrociniis terram appetere amodo non attemptaverunt[q], ideoque pacem terre a Deo[r] redditam omnes gratulati sunt. Ex tunc enim[s] Hinricus dux Saxonie, nepos Lotharii[t] imperatoris ex filia, cepit diviciis augeri[u] et viribus invalescere, et terrore[v] suo et comitis Adolphi industria Slavi sub iugum missi fiduciam resistendi Christianis ceperunt amittere. Communicato denique dux[w] consilio[3] cum Bremensi archiepiscopo Hartwico, qui Adelberoni[x] archiepiscopo successerat, et consedentes convenerunt in personam sacerdotis[y] Vicelini, ut eum novelle plantacioni in Wagria preficerent episcopum. Et[z] suscepta benedictione ab archiepiscopo levatus est episcopus in Antiquipolim, et cum eo Emmehardus[a] consecratus[b] est in Magnopolim[4]. Tali igitur capite roborata crescebat et confortabatur[5] ecclesia in Wagria, et honorem suum primum Bremensis per Vicelinum episcopum recuperavit ecclesia, qui inminutus erat

1147. *Helm. I, 63. 64.* *(Iun. 26).* *ib. I, 68.* *ib. I, 69.* 1149.

a) Holtsaciae 1. b) Stormariae 1. c) tempus 1. d) et t. suam *om.* 1. e) exarcerunt 2ª; exercerunt 2ᵇ. f) omni *delet. et in marg. a scriba corr.* una 2ᵇ. g) susule 2ª; Suzele 2ᵇ. h) Segheberghe 2ᵇ. i) Eluer : : us 2ᵇ. k) Travennam 1. l) Hagerstorpe 1. m) fugientes 2ª·ᵇ; *cf. supra p.* 239, *l.* 26. n) ibi *om.* 1. o) ignouerint 2ᵇ. p) Perversi 1. q) adtempt. 2ᵇ. r) a Deo *om.* 2ª. s) etiam 1. t) Lothari 1. u) augeri *om.* 1. v) terrore 2ª. w) dux *om.* 2ª·ᵇ. x) Adelborni 2ᵇ. y) sac. *om.* 2ª·ᵇ. z) ut 2ᵇ. a) Enmeh. 1. b) consecr. est *om.* 2ª·ᵇ.

1) *Tob.* 1, 15: monita salutis dabat eis. 2) *Minime; cf. Helm. I,* 53. 54. *ex.* 56. *ex. B.* 3) *Impudens mendacium. Cf. Helm. I,* 69. 70, *quae Sido legit.* 4) *Cf. V.* 163—169. 5) *Exod.* 1, 20: crevit . . et confortatus est.

ei per subtraxionem[a] suffraganeorum in borea[1]. Qui *cf. V. 190 sqq.* vero cooperatores legationis Vicelini episcopi[b] fuerant in gentibus, electi et positi sunt pastores et custodes in *V. 198.* gregibus ovium: Ludmundus[c] sacerdos prefectus est moni- *V. 194.* alibus in Kevena; Ludolphus[d] prepositus constitutus [est[e]] in Sigheberghe[f], qui claustrum de Hagherstorpe[g] trans- *V. 201. 202.* tulit ad castrum succedenti tempore[2]; Bruno sacerdos prelatus est ecclesie Aldenborch, Herioldus sacerdos in Burnhavede[h], Helmoldus socius et coetaneus noster[i] in Buzow[k], *V. 245–249.* Herimannus[l] prepositus tercius in ordine post episcopum; Eppo siquidem[m] secundus medius erat inter eum[n] et episcopum, qui prior[3] sub episcopo fuerat in Novo-mona- *V. 204.* sterio. Tales nimirum personas sibi[o] dominus episcopus in opus ewangelii asciverat et tempore oportuno in medium producendas sub tempestate persecucionis conservandas Bishorst collocaverat. Et nunc super hec omnia, frater dilecte, ut videtur, vos[p] dimembrare nitimini ecclesiam, in qua tales viri foti et enutriti sunt, qui viventes in carne plantaverunt ecclesiam sudore et labore suo[4] et suorum sanguine. Non putandum est[q] a sapientibus archiepiscopum Adelberonem[r] errorem passum in facto suo, qui ecclesiam Bishorst cum numero villarum et *cf. 2 Cor. 5, 20. Eph. 6, 20.* banno resignavit ei, qui[5] vice sua legatione[s] functus est in gentes, quippe qui[6] prepositus Hamburgensis multis annis fuerat[7], et numerus ei[t] ecclesiarum[u] et villarum et termini[v] notissimi erant, et ecclesia nostra iam ad[w] LXX annos et ultra possedit[8].

Absit a domino meo archiepiscopo Hartwico, ut transgrediatur terminos antiquos patrum suorum[9] et factum tanta antiquitate confirmatum evacuare conetur. Absit, ut contingat eum assimilari perdici[10] obliviscenti

a) *sic* 1. 2^a; subtraxcionem 2^b. b) episc. *om.* 1. c) Lundmundus 1. d) Luttolphus 2^a. e) est *om.* $2^{a.b}$. f) Segheberghe 2^b. g) hagherstorp 2^a. h) bornehouede 2^a; Burnehovede 2^b. i) noster *om.* 1 *spatio vacuo relicto.* k) Buzouelb 1. l) Hermannus $2^{a.b}$. m) quidem $2^{a.b}$. n) episc. et eum $2^{a.b}$. o) sibi *om.* 1. p) nos $2^{a.b}$. q) est *om.* $2^{a.b}$. r) Adalb. 1. s) legationem, m *delet.* 1; legacionē $2^{a.b}$. t) ei *om.* 2^b. u) et eccles. 1. v) et term. *om.* 1. w) ad *om.* 1.

1) *Cf. V.* 160. 170. 2) *Cf. Helm. I,* 84, *supra p.* 163. 3) *Cf. V.* 208. 4) *Cf. V.* 156. 5) *Scil. Vicelinus.* 6) *Scil. Adelbero.* 7) *Neque Adelbero nec Vicelinus sub nomine Hamburgensis praepositi umquam occurrunt; tabulae 'Hamburg. UB.' I, nr.* 162. *subscripsit* Wezelinus eiusdem *(Hamburgensis)* ecclesiae canonicus. 8) *Ergo haec non ante a.* 1195. *scripta esse possunt; cf. praef.* 9) *Prov.* 22, 28: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. 10) *Ier.* 17, 11: Perdix fovet quae non peperit; *cf. Isidor.,*

ova sua et negligenti producere pullos[a], cui assimilata[b] est prevaricatrix Iudea[1] maledictioni subiecta, sed potius optet et studeat assimilari[c] ei, qui assimilare[d] se[e] dignatus est galline congreganti pullos suos sub alas[f, 2] et defendenti nidum suum. Nidus procul dubio diligendus et[g] fovendus Bishorst et non destruendus, in quo tam utiles pulli[h] foti sunt. Ecce vinea per dexteram Dei plantata in Wagria et studio eorum irrigata, Deo incrementum dante[3], quomodo[i] iam floruit, quomodo[i] flores fructus parturierunt[4]! Athelbero[k] siquidem[l] archiepiscopus[m] per Vicelinum[n] sacerdotem, quem in gentes ewangelizare[5] misit, in radice plantavit vineam in loco nostro, qui[o] nunc vocatur Novum-monasterium[p], cuius germen per gratiam Dei videtur hodie in conventu ibi regulariter viventium; per ipsum in prepositura confirmatum auctus est numerus cenobiorum Bremensi ecclesie subiectorum, per ipsum episcopum consecratum primum suppletus est defectus Bremensium suffraganeorum[q] in episcopis, per ipsum reformata est Christianitas diu prorsus[r] abolita in terra Wagriorum. Vinea hec plantata in Novo-monasterio per incrementa virtutum in[s] primiciis plantacionis misit[t] radicem in altum et divina operante virtute faciens fructum sursum[u, 6] usque Sigheberghe[v] *extendit* primos *palmites suos* in latitudine, et sollerti studio domini episcopi per Ludolphum[w] primum illius ecclesie prepositum et fidum cooperatorem suum Thietmarum presbiterum, de numero pusilli gregis[7] de Novo-monasterio exceptos, iactum est primum fundamentum in loco illo ad habitationem et commansionem

cf. Ps. 79, 9. 10. — *Ps. 79, 12.*

a) suos *et* sub alas et defendenti nidum *(infra l. 4 sq.) iam hic add.* 2[a], sub — nidum *minio delet.* b) assimulata 2[b]. — est *om.* 2[a. b]. c) assimlari 2[a]; assimulari 2[b]; assilari 1. d) assimulare *corr.* assimilare 2[b]; assiliare 2[a]; assimilari *corr.* assimilare *vel e converso* 1. e) se *om.* 1. 2[a. b]. f) alis 1. g) e (est) 2[b]. h) pulli *om.* 2[b]. i) quo 1. k) Achelbero 1; Adelbero 2[a]. l) siq. *om.* 1. m) bremensis *add.* 2[a]. n) Vicellinum *h. l.* 1. o) que *corr.* qui 2[a]. p) Noui monasteri 2[b]. q) sufrancorum 2[b]. r) pr. *om.* 2[a. b]; dum pr. obolita 1. s) in *om.* 1. t) immisit 1. u) sursum *om.* 1. v) Sigeberghe 1. w) luttolphum 2[a].

Etymol. XII, 7, 63; *et Hieronymum, Super Ier.* 17, 11. *et alios, qui tamen omnes non ipsam hanc rem quam Sido de perdice dicunt.* 1) *Ier.* 3, 7—11: praevaricatrix Iuda; *quendam scriptorem ecclesiasticum hanc comparationem fecisse apparet, quem non reperi.* 2) *Matth.* 23, 37: volui congregare . . quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. 3) *Cf.* 1. *Cor.* 3, 6: plantavi . . rigavit . . Deus incrementum dedit. 4) *Cant.* 7, 12: Si floruit vinea, si flores fructus parturiunt. 5) *Eph.* 3, 8: in gentibus evangelizare. 6) 4. *Reg.* 19, 30. *Is.* 37, 31: mittet radicem deorsum et faciet fructum sursum; *cf. Ezech.* 17, 6. 7. 7) *Cf. supra p.* 236, *n.* 2.

communis[a] vite regulam ibi rite profitentium. Post hec vero[b] dominus episcopus a familiaribus suis admonitus locum illum[c] a subiectione debita Novo-monasterio[d] laxavit et anulo suo libertatem resignans privilegio sua bulla[e] insignito confirmavit[1]. In propria persona Sigheberghe[f], Hagherstorpe[g], Lubeke, Burnhavede[h], Adesla[i] ecclesias dedicavit[k, 2] et ceteris aliquibus loca ad construendas ante decessum[l] suum destinavit.

Omnibus rebus pro viribus suis rite dispositis dominus Vicelinus episcopus[m] longa infirmitate repente decubuit et diutino[n] labore deficiens *senex et plenus dierum* (*Gen.* 35, 29.) ab hac vita in pace quievit. Cui Geroldus, magister scole[o] in Bruneswich[p, 3] (*V.* 270/71.), natione Suevus, per ducem Hinricum[q] substitutus[r] est, qui sedem episcopalem de Aldenburgh[s] transtulit in Lubeke, ubi et prebendas de stipendiis episcopalibus statuens conventum canonicorum ibi esse instituit. (*V.* 245–49.) Eppo[t] autem sacerdos, qui prior ante in loco[u] fuerat, in prepositruram[v] Novi-monasterii successit[w]. (*V.* 272.) Geroldo episcopo[x] decedente, Conradus frater eius germanus in sedem successit, qui cum duce Hinrico[y] Iherosolimam[z] profectus ibi obiit. (*V.* 273.) Post eum Hinricus[a] abbas de Bruneswich[b] per ducem Hinricum[a] in sedem levatus est, qui ecclesiam ad titulum sancti Iohannis ewangeliste in civitate Lubicensi erigens congregacionem monachorum in ea coadunavit[4]; qui defunctus[5] ibidem sepultus est. Obiens ille successorem habuit Thidericum[c] prepositum de conventu Sighebergensi[d] exceptum (*V.* 275/76.), qui per Fridericum[e] imperatorem intronizatus[f] est in sedem. Cuius temporibus a comite Adolpho (1186.) invitati sunt monachi Cisterciensis ordinis de Lucca[g] in Lubicensem[h] episcopatum[6], et venientes collocavit in deserto[i] inter Lubeke[k] et Adesla[l] iuxta Tra-

a) comm. *om.* 1. b) verba 2[a.b]. c) illum *om.* 2[a.b]. d) Novo *om.* 1; lax. Nouom. 2[a]. e) bulla sua 2[a.b]. f) sighebergh 2[a]; segheberghe 1. 2[b]. g) Hagerstorpe 1. h) Burnahouede 2[a.b]. i) Adeslo 1. 2[a]. k) destinauit 2[b]. l) discessum 2[b]. m) episc. Vic. 1. n) diuturno 1. o) schole 1. 2[a.b]. p) brunswick 2[a]; Brunswic 2[b]. q) Henr. 1. r) sublimatus 2[a.b]. s) Aldenborch 2[a.b]. t) Quapropter 1. u) in loco ante 2[b]. v) prepositum 2[a.b]. w) successerat 2[a.b]. x) eps̄ (episcopus) 2[b]. y) Heinrico 2[b]. z) Hierosolymam 1. a) Heinr. 2[b]; Henr. 1. b) Brunswich 1; brunswick 2[a]; Bruneswic 2[b]. c) prepositum T. 2[a.b]; tider. 2[a]. d) seghebergensi 1. 2[b]. e) Freder. 2[a.b]. f) intronisatus 1; incronisatus 2[a]. g) Luca 2[a.b]. h) Liubic. 2[b]. i) desertum 1. k) Liubeke 2[b]. l) adeslo 2[a].

1) *De hac re nihil aliunde constat. B.* 2) *Cf. supra p.* 230, *n.* 4. 3) magister — Bruneswich *ex Helm. I,* 80, *supra p.* 149, *l.* 20. 4) *A.* 1177. *Sept.* 1; *Arnoldi Chron. Slavorum II,* 5. *B.* 5) *A.* 1182. *Nov.* 29; *Arnoldus l. l. III,* 3. *B.* 6) *Tabulas fundationis vide datas ab Hasse, 'Regesten' nr.* 163—165.

venam[a] in[b] loco, ubi fons Ciserin[c, 1] defluit in Travenam[a]. In eodem loco erectam ecclesiam ligneam dominus episcopus Thidericus[d] in honorem beate Marie[e] virginis[2] dedicavit et loco nomen Rinevelde[f] assignavit[3]. Ecce vinea Domini Sabaoth, quomodo in episcopatu Lubicensi effloruit et fructus faciens[4] quomodo *palmites suos extendit usque ad mare et* ultra mare[g] in Liflandiam[h] *propagines eius!* (Ps. 79, 12.) Per Vicelinum quippe episcopum[i] primum plantari in Antiquipolim cepit, deinde per[k] Emehardum[l] episcopum, contemporaneum[m] suum, in Magnopolim ramos[n] primum[o] extendit, per[p] Evermodum episcopum in Raceburgh[q] dilatari cepit et nunc[5] per Meinhardum episcopum in Liflandiam[r] transplantata *crescit in augmentum* honoris *Dei*. (Col. 2, 19.) Quatuor hii[s] consecrati in Bremensi ecclesia[t] et successores eorum supplent defectum suffraganeorum[u], qui subtracti sunt in borea. *Adaugeat dominus Deus ad* hunc numerum et decuplet[v] eum[6], crescat et confortetur[7] *ecclesia et ambulans in timore Domini consolacione sancti spiritus repleatur*[w], unde radii talis[x] flores et origo, et[y] unde talis fructus generosa propago. Amen. (2. Reg. 24, 3. Act. 9, 31.)

Memento famuli tui Vicelini episcopi[z], *Deus*, in bono[a] *et ne deleas miseraciones* eius, *quas fecit in domo Dei et in cerimoniis*[b] *eius*, et labores, quibus[c] insudavit pro recuperando honore[d] matricularis[e] sue Bremensis ecclesie[f]. (2. Esdr. 13, 14.)

a) Trauennam 1. b) in — Travenam *om.* 2[a, b]. c) cuserin *Ann. Hamburg. ex Alb. Stad., cuius codex unicus habet* Cusmer. d) tider. 2[a]; Theodoricus 1. e) beatae Martyris Agnetis ded. *male* 1. f) Ryneuelde 2[a]; Reyneuelde 2[b]. g) mare *om.* 2[b]. h) liiflandiam 2[a]; Leperlandiam 1. i) quippe per ep. suum plant. 1. k) *seq.* euerhardu *minio delet* 2[b]. l) Emmenhardum 1. m) contperaneu 1; contemperarium 2[a, b]. n) ramos *om.* 2[a]. o) primo 1. p) per *om.* 1. q) razeborch 2[a]; Raceborch 2[b]. r) liffland. 2[a]. s) hii *om.* 1. t) eccl. Brem. 2[a]. u) suffraganorum 2[a, b]. v) decaplet 2[b]. w) replebatur *Vulg.* x) tales 2[a, b]. — floris 1, *ut legendum esse censeo. B. Sch.* y) et *om.* 1. z) Vic. ep. *om.* 2[a], *ubi* omnipotens Deus. a) bono 2[a]. b) ceremoniis 1. c) quos 1. d) honorem 2[a, b]. e) immaculatae 1. f) Amen *add.* 2[a], *ubi sequuntur verba:* Explicit anno Domini 1512. in die Vitalis martiris gloriosi *(Apr. 28)* per me fratrem Iohannem cum naso presbiterum professum in Bardesholmen. Oretis dominum Deum pro me unum: Ave Maria; Finis *add.* 1.

1) *Rivus ille hodie dictus est 'die Heilsaue'.* 2) *Tabulae editae ab Hasse, 'Regesten' nr.* 203, *p.* 106, *a.* 1197. *subscripsit:* Abbas Sancte Marie in Rinevelde Rotmarus. 3) *Cf. Albert. Stad., 'Detmar-Chronik' ('Städtechroniken, Lübeck' I, p.* 40*) a.* 1186; *Presb. Bremensis Chron. Holtsatiae c.* 19, *SS. XXI, p.* 271; *Ann. Ryenses a.* 1190. *B.* 4) *Cf. p.* 243, *n.* 6. 5) *A.* 1195. *vel* 1196; *vide praef. B.* 6) 2. *Reg.* 24, 3: Adaugeat . . ad populum tuum . . iterumque centuplicet. 7) *Cf. p.* 241, *n.* 5.

INDEX NOMINUM ET RERUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

B.

C. *Cf.* K.

I. Y.

K. *Cf.* C.

N.

Q.

R.

T.

Theodericus, Thidericus.

GLOSSARIUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

abbas 114. 149, 25. 157, 1. 158, 15. 190, 1. 224, 20; abbates 59, 5. 176, 25; abbatissa 26, 25. — abbatia 60,5. 198, 30.
absis 39, 10.
abuti condicione = *abnuere* 52, 5.
acceptare, *eligere* 1, 5. 103, 5.
accersire = *accersere* 78, 5. 178, 10; accersiendus 67, 25. 74, 5. 86, 30.
acolitus 90, 10.
adumbratus (adumbro), *versteckt* 28, 15.
advocatus, *Vogt* 173, 1.
allec, *Häring* 213, 25.
allophili 35, 30.
altare 19, 5. 46, 5. 89, 15. 134, 10. 143, 25. 194, 10. 226, 10; altaris ministerium 140, 5; utensilia 114, 1.
apostolicus = *papa* 55. 82, 40, n. 3. 154, 15; apostolicus pontifex 152, 25.

bannus 226. 227, 15. 242, 20.
bathalia, *pugna* 182, 15.
beneficium, *Lehen* 106, 20. 133, 1. 146. — beneficiale ius 202, 10.
bulla 227, 15. 229. 240, 10. 244, 1.

caminata, *camera quae calefieri potest* 28, 25.
cancellarius imperii 203, 10.
canonica *praebenda* 90, 20. — canonicus 87, 1. 88, 40. 91, 15. 149, 20; *cf.* 149, 1; canonici 1, 1. 84, 15. 244, 15.
capella, *ecclesia parva* 65, 5.
capellanus 149, 15.
capescendis = capessendis 102, 25; capescentibus = capessentibus 88, 15.
capitanei 118, 10.
capitulum, *congregatio canonicorum* 151, 5. 190, 20.
captivitas = *homines capti* 70, 1. 73. 80, 5.
carta, *tabula* 227, 10. 229, 5.
castellani 211, 10.
censualis, *abgabepflichtig* 71, 1.
chorus, *pars ecclesiae clero reservata vel ipse clerus* 65, 1. 85, 20. 88.
citra = *ultra* 43, 5. 240, 10.
claustrum, *Kloster* 231, 15. 235, 1. 240, 30. 242, 5. — claustrales 234, 30. 240; claustr. officinae 113, 5; structurae 204, 30.
clericalis disciplina 88, 10.
clerus 2, 15. 12, 10. 19, 15. 35, 5. 36, 10. 78—80, 15. 93, 25. 128, 30. 132, 20. 150, 5. 151, 1. 163, 15. 170, 30. 185, 1. 186, 5. 187. 190. 200, 5. 210, 15. 215, 20. 225, 30. 226, 5. 230, 30. 231. — clerici 46, 5. 163, 10. 176, 1. 187, 1. 194, 5.
colligo = *excipio* 38, 25. 156, 30. 158, 30.
comes, *Graf* 32. 69. 70. *etc. saepissime;* provincialis comes 203, 1.
cometia, comecia, comicia 70, 15. 98, 5. 106, 20. 109, 20. 110, 15. 128, 30. 200, 1. 202, 5. 203, 20. 210, 10. 241, 5.
comitatus *partic., passive* 63, 1. 99, 10.
commansio 283, 25.

compacare 96, 20. 111, 5. 112, 25. 128, 30. 139, 5. 186, 15.
concurrere favore postulationi 26, 15; promocioni 131, 20; voluntati 135, 20; captivis pietate 140, 25.
conductus, *Geleit* 115, 20. 116, 1. 136, 15. 139, 10. 183, 15. 184, 1. 194, 30. 195, 5. 205, 25.
confessio, *Beichte* 86, 25.
confessor, *qui audit confessionem* 86, 20; conf. Dei 35, 15; Christi 38, 20.
confirmacionis gratia 186, 15.
constitutio episcoporum = *investitura* 80, 15.
contineo = *possideo, obtineo* 5, 15.
conventus *monachorum* 229, 25. 239, 25. 241, 15. 243, 10. 244.
conversio *ad fidem Christianam* 1, 5. 5, 5. 14, 20. 15, 15. 16, 1. 21, 1. 82, 30. 159, 15.
cortis = *curtis* 59, 25.
credulitas = *Christiana religio* 9, 15. 42, 1. 44, 10; credulitatem dare = *fidem, auctoritatem dare* 153, 10.
crismale 164, 1.
curia, *Reichstag* 18, 30. 37, 25. 38, 15. 99, 35, n. 2. 114, 10. 139. 143. 166. 177, 25. 178, 20. 209, 25; generalis principum 59, 20. 60, 35; = *fürstl. Hof* 45, 1. 149, 25. 162, 15; curiae mos 181, 20; *cf.* Romana curia *in Indice*; = *domus* 124, 1.
curiale colloquium 98, 15.
curitce = *modius in lingua Slavica (Slavis Lusatiae modernis* kórc*)* 174, 5.
curtis = *villa* 25, 30. 28, 20. 37, 15. 59, 25. 158, 10; *cf.* cortis.

decania 113, 10. 140, 15.
decanus 187, 5. 231, 15. 240, 30.
deiectio, *Demütigung* 18, 20. 43, 20. 59, 15. 60, 1.
deitas = *divinitas* 17, 1.
demolire = *demoliri* 19, 20.
discedo = *decedo* 26, 5.
disciplinatus *substant.* 88, 20.
divestire 62, 5. 230, 15.
ducatus 22, 25. 45, 25. 53, 20. 62, 25. 63, 5. 69. 81, 30. 96, 20. 105, 10. 109, 10 — 111, 1. 134, 30. 135, 30. 137, 30. 138, 20. 169, 25. 189, 30. 234, 5.
ducenses 150, 15.
ductrix 135, 30. 136. 149, 25.

ebdomas = *hebdomas, Woche* 147, 20.
ebes = hebes 92, 10.
episcopium, *Bistum* 64, 25. 146, 1. 162, 20.
estuarium, *germanice Laube* 67, 1.
excommunicare 59, 20. — excommunicationis sententia, verbum, vinculum 58, 5. 82.
expugnare = *oppugnare* 49, 20. 71, 15. 151, 15. 176, 15.
expugnatio = *oppugnatio* 50, 15. 73, 1. 121, 1. 122, 25.

faldones, *pallae, cyclades* 6, 15.
festinantia 100, 30. 127, 1.
fideles = *Christiani* 14, 25. 18, 30. 20, 15. 24, 10. 25, 5. 42, 10. 115, 1. 142, 25. 240, 15; fidelis 28, 35. 36, 1.
fidelitatis iura, sacramenta, *Treueid* 36, 15. 61, 20; iuramentum 67, 5; securitas fidelitatis 204, 5; *cf.* iuramentorum sacramenta 78, 15.
flumen *masculinum* 155, 25. 191, 1.
forefacere, *offendere, nocere* 29, 20.
forinseca bella 165, 25.
fraglare = *fragrare* 123, 30.
funis imperialis = *tabula (funis pro signo investiturae)* 229, 15.

gener = *sororis maritus* 28, 15. 29, 15.

hemmete, vulgo dictus modius, *Himpten* 181, 20.
hereditare, *vererben* 75, 10.
hominium 125. 139, 15. 173, 20. 206, 1.
homo = *fidelitate subiectus* 97, 10. 125. 133, 1. 146, 1; homo interior 141, 15.
honorabilem esse erga = *honorare* 25, 20.
honoratior = *honoratius* 78, 5.
hostia, *Hostie* 87, 20. 194, 10. 215, 20.

iaculari *passive* 182, 20.
indempti sunt = *adepti sunt* 76, 30. 100, 1. 204, 20.
infra = *intra* 44, 30. 82, 1. 84, 5. 87, 25. 120, 5. 169, 25. 192, 30. 239, 5.

populatissimus = *populosissimus* 35, 10.
portendi = *protendi* 7, 25. 8, 20. 24, 15. 42, 15. 72, 15.
potestas *masculinum* (= *princeps*) 106, 1; *cf.* 55, 25. 59, 5. 114, 15. 177, 20.
pravilegium 80, 25.
prebenda, *Pfründe* 64, 30. 113, 10. 176. 244, 15.
prebendarius 35, 35.
prelatus = *praepositus* 233, 10.
premunire = *praemonere* 61, 25. 66, 25. 119.
preparatura regia = *insignia regalia* 61, 5.
prepositura 144, 30. 226, 15. 231, 20. 233, 1. 235, 10. 240, 15. 243, 15. 244, 15.
prepositus 35, 10. 87, 25. 89, 10. 139, 1. 145, 25. 146, 5. 149, 10. 150. 151, 5. 156, 30. 163. 176. 185. 187, 5. 231, 15. 232, 5. 233. 242. 243, 25. 244, 25.
presul = *episcopus* 16, 1. 38, 25. 90, 25. 158, 5. 225, 20. 230, 20. 232, 30.
prima, *scil. hora* 108.
prior *monachorum* 144, 30. 232, 1. 235, 1. 242, 10. 244, 15.
protus, *protoscriniarius* 23, 1.
pueri, *Knappen* 172, 15. 196, 30. 197.

servitium = *exactio, vectigal* 10, 15.
signum, *Glocke* 108, 25. 164, 15.
sive, seu = *et* 1, 5. 5, 20. 6, 30. 8, 25. 12, 25. 13, 25. 15. 23, 30 — 25. 40, 5. 41, 20. 43, 5. 84, 1. 96, 20. 161, 25. 199, 25. 232, 5; *cf.* 24, 30. 182, 25.
sollempniae *fem.* 144, 25. 186.
stagnum, *lacus* 122, 20. 197, 10.
strepa, *Steigbügel* 152, 20. 153.
suasibilia verba 29, 15.
subire = *redire* 96, 20.
sublegalis = *subiugalis, subiectus* 10, 20.
suffraganei 21, 30. 23, 20. 130, 25. 237, 10. 242, 1. 245, 15. — suffraganeae sedes 133, 25.
sulcia, *salina* 145.
supputare (stipendia), *(Einkünfte) aussetzen, bestimmen* 38, 30. 147, 1.

tortura = *tormentum* 103, 20.
toto = *toti* 72, 25.

urbs, *Burgward, Burgbezirk* 28, 10; urbes cum suburbiis 38, 5; *cf.* 25, 30. (106, 20?). 175, 1; = *castrum* 24, 25. 42, 25. 43, 5. 49. 50. 52, 20. 63, 20. 69, 1 — 71. 73, 5. 74. 84, 1. 95. 110. 112, 10. 134, 25. 138, 5. 182. 190, 30. 191, 20 — 194. 196. 201, 10. 207, 15. 214, 20. 218, 15. 228, 5.

vadosus, *transmeabilis* 155, 25.
vaniglorius 133, 25.
vestitura 62, 5; *cf.* investitura.
vetare *aliquem absolute* 49, 15.
virtus = *iuventus, copiae* 32, 30. 81, 25. 115, 10.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Ad p. 7, *l.* 29/30: qui — Boemiae *mediis litteris experimenda, adde in marg.:* ib. Schol. 18.
P. 14, *n.* 10, *l.* 47. *pro* supra p. 12, l. 21 sq. *lege* supra p. 12, l. 20 sq.
P. 20, *n.* 3, *l.* 49. *pro* supra p. 14, l. 27. *lege* supra p. 14, l. 26.
P. 23, *n.* q, *l.* 39. *pro* primus *lege* prius. — *Ibid. n.* 1, *l.* 41. *pro* supra p. 12, l. 16. *lege* supra p. 12, l. 15.
P. 43, *l.* 1. *ad* magnus *adde notam* 1*) *Cf.* 1. *Mach.* 13, 44: factus est motus magnus in civitate.
P. 60, *n.* i, *l.* 40. *lege* hee *pro* hec.

P. 77, *l.* 17. *ad* resolvi *adde notam* 2*) *Cf. Horat. Carm. I,* 4, 1: Solvitur acris hiems. — *Ibid. l.* 24. *ad* potens *adde notam* 5*) *Cf.* 1. *Reg.* 14, 52: Erat autem bellum potens.
P. 112, *l.* 38, *n.* 2. *pro* prope villam Tensebeck *lege* inter villas Tarbek et Tensfeld. — *Ibid. l.* 43, *n.* 4. *pro* Süssel *lege* Süsel.
P. 118, *n.* 2, *l.* 42. *pro:* quod — explicabo. *lege:* Cf. 'N. Archiv' XXXIV, p. 765 sqq.
Ad p. 140, *l.* 44, *n.* 1. *adde: Cf. Dan.* 7, 1: summatimque perstringens.
Ad p. 142, *l.* 17. oraculi *adde notam* 1*) *Fortasse oraculi supra p.* 88, *l.* 24 *sqq. dicti; cf. ib. l.* 29: non inmemor oraculi. — *Ibid. l.* 21. *ad* Theoderico *adde notam* 1**) *Idem ac ille* Theodericus qui adhuc superest, *supra p.* 87, *l.* 21. *dictus?*
P. 144, *l.* 21. *ad* saluti *adde notam* 4*) *Hebr.* 6, 9: meliora et viciniora saluti.
Ad p. 148, *l.* 20 *sq. cf. Tob.* 5, 12: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo et lumen caeli non video?

Codice 2* *collato lectionem eius variam, quae maioris momenti esset, hic addi visum est:*

P. 11, *l.* 21: discessit; *p.* 25, *l.* 7: ecquardus; *p.* 33, *l.* 20: defensator; *p.* 35, *l.* 5: slauiam; *l.* 13: pecudum; *l.* 24: oderam; *p.* 38, *l.* 26: berenwardum; *l.* 28: consolacionem; *p.* 45, *l.* 19: princeps *a librario corr.* principes; *p.* 85, *l.* 17: hermanno; *l.* 26: adolescentis; *l.* 33/34: nam temporis satis adhuc superest; *p.* 86, *l.* 8: interdiu; *p.* 88, *l.* 15: discederet; *l.* 22/23: discipulatu; *p.* 89, *l.* 6, *n.* c: De profectione Vicelini in Franciam gratia studendi in theologia; *p.* 93, *l.* 5: pervenisset; *p.* 94, *l.* 5: egentes, atque sub professione regule beatissimi patris Augustini tam propriam; *cf. ib. n.* 4; *p.* 95, *l.* 20: que; *p.* 102, *l.* 19: Silue; *p.* 105, *l.* 15: generi *post corr.* genero; *l.* 25: sic; *p.* 106, *l.* 2: Conturbati; *l.* 9: contendencium *alia manu corr.* contendentes; *p.* 107, *l.* 20: reperturum Lubeck; *l.* 22/23: Pribizlaus fortunatus abesset; *p.* 108, l. 25: rotesco; *l.* 31: prime; *p.* 109, *l.* 2: rothesco; *p.* 113, *l.* 17: benignitatis; *p.* 123, *l.* 32: pre; *p.* 124, *l.* 9: fidelissimis *f.* 169ᵛ, *sed* fidissimis *f.* 177ᵛ; *p.* 133, *l.* 34: Vides; *p.* 134, *l.* 7: meteret; *l.* 11: Venitque *corr.* Venit quoque; *l.* 12/13: dedicavit illic altare domino Deo in ecclesia sancti Iohannis Baptiste in harena. Inde; *l.* 23: esset fort.; *l.* 23/24. inclin. essent; *p.* 135, *l.* 1/2: Venit ergo ad eum; *l.* 23: dominus meus; *l.* 26: dominus meus; *p.* 140, *l.* 12: post . . reditum de Francia; *l.* 29/30: egenus petens et pulsans; *p.* 141, *l.* 24: perintime; *p.* 142, *l.* 4: Cuius; *p.* 143, *l.* 19: busovam; *p.* 144, *l.* 11/12: noretinus; *l.* 12: nec dum.

W. de Giesebrecht b. m. in exemplari suo prioris editionis in usum scholarum, quod mihi V. Cl. B. de Simson concessit, adnotavit in marg. p. 178 *(huius ed. p.* 174, *l.* 20*): 'Cf. Ios.* 17, 4: dedisti mihi possessionem sortis et funiculi unius'; *p.* 217 *(huius ed. p.* 215, *l.* 11*): 'Cf.* 2. *Esdr.* 9, 25: et saturati sunt et impinguati sunt'.
